Universidad de Deusto
Biblioteca

Aristoteles 1562

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ferdinandi Miragli liber

Ferdinandi Miragli
liber

Ferdinandi Miragli
liber

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liber Petri magistri

18519
Bibliothek
Cardinal S.J.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS

omnia quæ extant Opera.

Selectis translationibus, collatisq; cum græcis emendatissimis, ac vetustissimis exemplaribus, illustrata, prestantissimorumq; ætatis nostrę Philosophorum industria diligentissime recognita.

AVERROIS CORDVBENSIS

in ea opera omnes, qui ad hæc vsq; tempora peruenere, commentarij.

Nonnulli etiam ipsius in Logica, Philosophia, & Medicina libri, cum Leui Gersonidis in Libros Logicos annotationibus, quorum plurimi sunt, à IACOB MANTINO, *in Latinum conuersi.*

Græcorum, Arabum & Latinorum lucubrationes quædam, ad hoc opus pertinentes.

MARCIANTONII ZIMARAE PHILOSOPHI, *in Aristotelis, & Auerrois dicta in Philosophia Contradictionum Solutiones, proprijs locis annexæ.*

BERNARDINI TOMITANI LOGICI, ATQVE PHILOSOPHI prestantissimi, in Arist. & Auer. dicta in Primo libro Poster. Resolut. Contradictionum Solutiones: nec non eiusdem libri locorum, qui obscuriores habentur Conuersiones, & Animaduersiones. in Auer. quæsita demonstratiua, argumenta, & magnorum commentariorum grauiores sententiæ, certo ordine collectæ. quæ omnia ex eiusdem Tomitani lectionibus excerpta fuere.
Elenchus autem qui in sequenti pagina cernitur, omnia clara faciet.

Tabulam vero M. A. Zimaræ huic adiunximus operi, veluti lucidissi ac eruditissimam, grauissimorum virorum iudicio approbatam



VENETIIS APVD IVNCTAS
M. D. LXII.

EX LIBRIS SCRIPT. PROV. GERM. S. J.
IHS

INDEX
LIBRORVM OMNIVM,

qui in hoc Aristotelis, & Auerrois Opere in decem voluminibus distincto, continentur.

In quo compendiosè traditur, quid noui additum sit, qui librorum fuerit ordo, quæ uè sint Interpretum nomina.

IN PRIMO VOLVMINE
IN TRES PARTES DIVISO
HÆC HABENTVR.

PORPHYRII Phœnicei Introductio, Seuerino Boetho interprete. fol. 1

ARISTOTELIS Stagiritæ Prædicamenta, eodem Seuerino interprete. 22

GILBERTI Porretani Sex Principiorum Liber. 62

Aristotelis de Interpretatione, eodem Boetho interprete. 68

PRIORVM Resolutoriorum Libri Duo. 1

Auerrois Cordubensis in Porphyrium, in Prædicamẽta, & in Librum de Interpretatione Cõmentaria, a Iacob Mantino in Latinum conuersa. 1. 22. 68

Media expositio in Libros Priorum Resolutoriorum, a Io. Francisco Burana Veronensi, latinitate donata. 1

LEVI Gersonidis in Porphyrium in Prædicamenta Arist. in Lib. de Interpretatione, & in Auer. Annotat. 1. 22. 68

In Secunda Primi Voluminis parte, hæc habentur.

Posteriorum Resolutoriorum Libri Duo. 11

Expositio Magna, siue Magna commentaria Auerrois, in

eosdem Libros,ab Abramo de Balmes,a Io.Frãcisco Burana Veronensi, & a Iacob Mantino Hebræo Philosopho in Latinum conuersa. Quas interpretationes, in studiosorum gratiam ita simul coniunximus, ac diuisimus, vt si quis eas ad inuicẽ conferat,quàm diligentissimè verbum verbo respondere videbit. ibidem
Expositio media in eosdem Posteriorũ Resolutoriorum Libros,a Io.Francisco Burana in latinum conuersa. fol.1
Epitome in Libros Logicę Aristotelis,Abramo de Balmes versore. 36
Quęsita varia in Logica, iuxta ordinem Librorum Logicæ, eodem interprete. 75
Epistola vna,eodem interprete. 120
Arabum nonnullorum Quæsita, ac Epistolæ, Abramo de Balmes interprete. 120

In Tertia Primi Voluminis parte, hæc continentur.

Topicorum Libri Octo. fol. 3
Elenchorum Libri Duo. 139
Expositio in octo Libros Topicorum, Abramo de Balmes interprete, cui annexa est illa super Quatuor primos Libros, a Mantino translata, quam super reliquos morte correptus explere non valuit. 3
Expositio in Libros Elenchorum, eodem Abramo versore. 139
Ad hæc,in Volumine seorsum edito quasdam Animadersiones,& Solutionum Cõtradictiones in Posteriora Analytica,Bernardini Tomitani imprimendas curauimus,ne quid deesset,quod studiosorum vtilitati conferret.

IN II. VOLVMINE.

Aristotelis Artis Rhetoricæ libri Tres, Marco Antonio Maioragio interprete. fol.1
Rhetorica ad Alexandrũ,Frãcisco Philelpho interprete. 158

De

De Poetica,Petro Victorio,patritio Florẽtino ĩterprete 203
Averrois Paraphrases in libros Tres Rhetoricorum, Abramo de Balmes interprete. 169
Paraphrasis in librum Poeticæ, a Iacob Mantino latinitate donata. 217
De Rhetorica demonstratiua tractatus. 203
De Rhetorica persuasiua tractatus. 192

IN III. VOLVMINE.

Aristotelis Moralium Nicomachiorũ libri Decem, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. fol.1
Magnorum Moralium libri Duo,Georgio Valla Placentino interprete. 162
Moralium Eudemiorum libri Quatuor: Primus,Secundus, Tertius, & Septimus, incerto interprete. Quartum vero, Quintum, & Sextum in Quinto, Sexto, & Septimo Nicomachiorum reperies, cum idem ad verbum hi cum illis sint. 194
De virtutib9 libellus,Alexãdro chamaillardo ĩterprete. 223
Politicorum libri Octo,Leonardo Aretino interprete. 226
Oeconomicorum libri Duo, seu vnus in duas diuisus partes Aretino interprete. 309
Eorundem Oeconomicorum libri Duo,Bernardino Donato Veronensi interprete. Primi quidẽ dimidium è Græco ab ipso translatum,reliquum vero,cum Græcum codicem non haberet, paraphrasi expressum. 322
Secundus vero,qui in Latinis alijs codicibus non nisi paucis legebatur, è Græco translatus. 327
Averrois in libros Decẽ Moralium Nicomachiorum Expositio,diligentissime castigata,ac singulis ipsius textus capitibus aptissime subordinata: cum prius transpositè multis in locis legeretur. fol.1
Paraphrasis in libros Platonis de Republica, Iacob Mantino interprete. 335
Leonardi Aretini in Libros Oeconomicorum explanatio. 311

Ante singula vero opera appositæ sunt ipsorum translatorum præfationes,& in Moralia Eudemia ipsius Aretini: doctissime quidem,ac non parum ad eorum,quæ in ipsis tractantur, intelligentiam conferentes.

IN IIII. VOLVMINE.

ARISTOTELIS de Physico auditu libri Octo, ex optimis codicibus castigati: ac in summas,& capita diuisi. fol.1

Quibus addita fuit Simplicij lectio in libro Septimo, a textu decimo,vsque ad vigesimumprimum,diuersa ab ea, quæ passim legitur. 313

AVERROIS in eos Prooemium,antea quidem difficillimũ, ita vt maximam publice legentibus & scolaribus angustiam afferret, nunc autem ad maximam redactum facilitatem,tum ex Iacob Mantini noua translatione, tum ex antiqua castigatissima. fol.1

Commentaria in eosdem magna,simul cum ipsius textu, ex plurium antiquorum, doctissimorumq; virorũ collatione exemplarium emendata,ac non parum claritatis adepta. fol.5

Expositio media super tres primos libros, Iacob Mantino interprete: super reliquos vero Quinque morte præreptus eam intactam reliquit. 434

Quamplurimæ figuræ,proprijs insertæ locis,mirabili confectæ artificio.

IN V. VOLVMINE.

ARISTOTELIS de Cœlo libri Quatuor. fol.1

De Generatione,& Corruptione libri Duo. 345

Meteorologicorum libri Quatuor. 400

De Plantis libri Duo. 488

Omnes ex optimis exemplaribus recogniti,ac in summas & capita diuisi.

AVERROIS in libros de Cœlo cum eius textu Commentarij. fol.1

Para-

Paraphrasis in eosdem,seorsum quidem posita,iuxta tamen ipsius cõmentarios diuisa,Paulo Israelita interprete. 272

In lib. de Gñatione, & Corruptione media Expositio. 345

In eosdem Paraphrasis, Vitale Nisso interprete. 389

In libros Meteorologicorum Expositio media,suis collocata locis. 409

IN VI. VOLVMINE in duas partes distincto.

ARISTOTELIS de Historia animalium libri Nouem, Theodoro Gaza interprete. fol.1

Decimus vero a Ioanne Bernardo Feliciano translatus. 111

De Partibus animalium libri Quatuor, Theodoro interprete. 117

De animalium Incessu, Nicolao Leonico Thomæo interprete. 204

De ordine librorum naturalium Aristotelis disputatio ex lectionibus M. A. Passari Ianuæ excerpta. 135

De Anima libri Tres, Michaele Sophiano interprete. 136

AVERROIS Paraphrasis in libros Quatuor de Partibus animalium, in singulis eorum partibus inserta Iacob Mantino interprete. 120

Commentarij in Tres libros de Anima. fol.1

Commentum Quintum libri Tertij de Anima, vltra antiquam translationem a Mantino latinitate donatũ, quod antea difficillimum erat. 138

Trigesimum sextum etiam cõmentum eiusdem libri, ab eodem translatum,quod prius vix intelligi poterat. 174

Sexti Voluminis Pars Secunda.

De Sensu,& Sensilibus. fol.4

De Memoria,& Reminiscentia. 17

De Somno & Vigilia. 23

De Somnijs. 27

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Diuinatione per somnum. 30
De animalium Motu. 38
De Generatione animalium libri Quinque, Gaza interprete. 43
De Longitudine & Breuitate vitæ. 144
De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione. 149
De Sanitate, & Morbo libri initium. 159
Paraphrasis in librum de Sensu, & Sensilibus. 13
In Librum de Memoria, & Reminiscentia. 21
In librum de Somno, & Vigilia, de Somnijs, de Diuinatione per somnum. 31
In libros Quinque de Generatione animalium, suis quibusque in locis collocata, Mantino interprete. 67
In librum de Longitudine, & Breuitate vitæ. 147

IN VII. VOLVMINE.

ARISTOTELIS problematum Sectiones duæ de quadraginta, Theodoro Gaza interprete, plerisq; in locis ex collatione græcorum codicum emendatæ, quæ quidem problemata, cum prius essent confusa, in ordinem redacta sunt. fol.1
Quæstiones Mechanicæ Nicolao Leonico Thomæo interprete, nuper recognitæ, ac variis figuris illustratæ. 98
De Mundo ad Alexandrum Liber, Gulielmo Budæo interprete. 110
De Admirandis Auditionibus Commentariolus, nuper a Dominico Montesauro Veronensi in latinum conuersus. 121
Physiognomicorum liber, plurimis in locis diligẽter castigatus, atq; in capita diuisus. 132
De Coloribus libellus, a Simone Portio Neapolitano latinitate donatus. 140
De Spiritu libellus, in capita distinctus. 148

De Xe-

De Xenophane, Zenone, & Gorgia, noua nuper Ioãnis Bernardi Feliciani translatione ad integritatem & cãdorem maximum restitutus. 151
De lineis insecabilibus Liber, nunc̃q; antea nec græce, nec latine impressus, vnà cum GEORGII PACHYMERII ea de re compendio, hactenus falsò Aristoteli ascripto, fidelissime in latinum conuerso, Iulio Martiano Rota medico interprete. 158
Alexandri problematum libri duo, Theodoro Gaza interprete, nonnullis in locis ad exemplarium græcorum veritatem emendati. 169
De Causis proprietatum elementorum Libellus Aristoteli ascriptus, nunc̃q; antea impressus. 204
De Causis Libellus ex hebræo in latinum conuersus, Aristoteli, seu Auempace, vel Alpharabio, aut Proclo ascriptus. 211

IN VIII. VOLVMINE.

ARISTOTELIS Metaphysicorum libri Quatuordecim, a Bessarione Cardinale Niceno latinitate donati: denuo vero castigati, ac in Summas & Capita diuisi. fol.1
AVERROIS in eosdem cum ipsius textu Commentarij, ex Antiquis, doctissimorumq; virorum exemplaribus castigati. fol.6
Proœmium in Duodecimum librum, antea quidem à Paulo Israelita, nunc vero etiam à Iacob Mantino in Latinum conuersum. 286
Epitome in eosdem Metaphysicorum libros, Mantino interprete: Aristotelis textibus, vt eis respondet, in margine citatis. 356
THEOPHRASTI Metaphysicorum liber. 396

IN IX. VOLVMINE.

AVERROIS Sermo de Substãtia orbis, castigatus, ac Duobus Capitulis auctus, ab Abramo de Balmes Hebræo latinitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinitate donatis. fol. 3
Destructio destructionum Philosophiæ Algazelis, Calo Calonymos Hebræo interprete: in Metaphysicis quidem in Sexdecim nunc diuisa Disputationes, duabus additis, cum prius ante hanc translationem non nisi Quatuordecim essent, præterquam, q; in earum quāplurimis pleraq; interiecta sunt dubia, quæ prius non extabant: in Physicis autem in Quatuor, quas idem Latinis donauit. 15
Tractatus de Animæ beatitudine. 143
Cui addita est Epistola de intellectu, quæ idem est cum dicti libelli parte, eodem Calo Calonymos interprete. 155

IN X. VOLVMINE.

AVERROIS COLLIGET libri septem, nuper diligentissime castigati. fol. 1
Libri Quinti Colliget, Capita Iviij. Iviij, & Iviiij. à Iacob Mantino ob rei difficultatem olim translata, cum antiqua translatione in lucem sunt ædita. 120
Collectaneorum item sectiones tres, tribus Colliget libris, Secundo scilicet, Sexto, & Septimo respondentes, à Ioanne Bruyerino Campegio elegantissime latinitate donatę, post antiquam translationem ob studiosorum commodum appositæ sunt. 177
Commentaria in AVICENNÆ Cātica diligentissime emendata, vnà cum eiusdem Auicennæ textu in partes, tractatus, ac capita distincto, atq; castigationibus Andreæ Bellunensis exornato. 220
Auerrois tractatus de Theriaca nunc̄q; antea apud latinos visus, nunc primum ex scriptis Andreæ à cruce Chyrurgi repertus. 306

Aristotelis

ARISTOTELIS VITA
EX DIOGENE LAERTIO,
LIBRO QVINTO DE VITA PHILOSOPHORVM.

ARistoteles Nicomachi Phæstiadisq; filius Stagirites fuit. Porrò Nicomacus à Nicomacho Machaonis filio Aesculapiiq; nepote originem duxit, vt Hermippus eo libro, quem de Aristotele scripsit tradit. Conuixit autem Amintæ Macedonum regi medicinæ, & amicitiæ gratia. Hic inter omnes Platonis discipulos maxime excelluit, voceq; gracili, vt Timotheus Athenienſis in libro de Vitis refert, & exilibus cruribus paruisq; oculis fuit, veste insigni, & annulis, ac tonsura utens. Natus est autem illi, & filius Nicomachus ex Herpylide concubina, ut Timotheus ait. Recessit à Platone dū adhuc superuiueret. Vnde dixisse illum tradunt, Aristoteles in nos recalcitrauit, non secus atq; in matrem pulli geniti. Refert Hermippus in uitis, cum Athenienſium legatus ad Philippum profectus esset Aristoteles, Academicæ scholæ præfectum fuisse Xenocratem. Cum uero reuersus esset, scholamq; sub alio uidisset, elegisse in Lyceo περίπατον, illicq; usq; ad vnctionem de ambulando cum discipulis philosophari solitum, atq; inde peripateticum appellatum esse. Aly idcirco sic vocatum asserunt, quòd ex ægritudine conualescenti, ac deambulanti Alexandro assistens quædam disserere soleret. Vbi vero iā plures esse cœperāt, sedens docebat, dicēs.

Silere turpe me, & Xenocratem loqui.

Ad propositam quæstionem discipulos vnà exercebat simul & oratoriam docens. Deinde ad Hermiam eunuchum profectus est, Atarnenſium tyranum, quem aly quidem delicias, ac lusus ipsius fuisse tradunt. aly vero sibi affinitate iunctum tradita ei filia: siue nepte, vt refert Demetrius Magnesius in libris de poetis, ac scriptoribus æquinoctis, qui & Eubuli seruum Hermiam fuisse ait, Bithynium genere, quem & dominum suum enecasse. Porrò Aristippus in primo de antiquis delictis libro, Aristotelem ait Hermiæ concubinam adamasse, quam ille cum sibi permisisset, duxisse eam, & gaudio elatum immolasse

molasse mulieri, vt Athenienses Eleusinæ Cereri, Hermiæq; pæana scripsisse, qui ἔνδον, hoc est, intus scriptus est. Hinc in Macedonia apud Philippum vixisse, atq; ab eo Alexandum filium erudiendū accepisse, petisseq; instaurari solum patrium à Philippo eversum. Id vbi impetrasset, dedisse illis leges. In schola quoq; leges tulit imitando Xenocratem, vt decendialem principem facerent. Vbi vero Alexandro instituendo satis visus est nauasse operam, eumq; sibi deuinxisse, commendato illi cognato Callisthene Olynthio, Athenas concessit. Eum audacius quàm par erat alloquentem regem, & minime illi obsequentem, ab ipso increpitum asserunt versu, admonente, ni talia loqui desisteret, mature periturum, quod & factum est: uersus autem sic habet,

Qualia mi loqueris, vereor sis nate superstes.

Namq; Hermolao in Alexandrum insidiarum socius fuisse deprehensus, cauea ferrea circumduci, pædore atque squalore oblitus, leoni postremo obiectus est, sicq; excesit é vita. Enimuero Aristoteles Athenas profectus, cum illic tredecim annis docuisset, clàm in Chalcidem concessit, quòd ab Eurymedonte hierophanta impietatis accusatus esset, siue, vt Phauorinus ait, in omnimoda historia, à Demophilo, quòd hymnum in eum, quem prædiximus Hermia scripserit, quodq; hoc epigramma statuæ, quæ in Delphis est, incidi curauerit.

Impius hunc quondam Persarum morte tyrannus
Mulctauit violans iusq; nefasq; virum.
Nam neque collato oppressit certamine, verum
Insidiose hominis vsus amicitia.

Hic uero, ut ait Eumolius in quinto historiarum, aconitum bibens, mortuus est septuagesimo ætatis anno. In quem est nostrum hoc epigramma,

Nuper Aristotelem, læsa vt pietate nocentem
Detulit Eurimedon sacrificus Cereris.
Ille aconita bibens subterfugit. certe aconiti
Hoc erat iniustum uincere sacrificum.

Idem uero refert ipsum Platoni trigenarium se in disciplinam dedisse, sed profectio fallitur. Namq; septimo decimo ætatis anno Platonem audire cœpit. Est autem hymnus huiusmodi.

Virtus laboriosa generi mortalium, honestissimum vitæ humanæ incitamentum. Pro tuo siquidem formà o uirgo, expetenda est in Græcia mortis conditio, & grauium assiduorumq; laborum tolerantia. Talem nimirum inseris hominum animis fructum plane immortalem, & auro præstantiorem, parentibusq; ipsis, somnoq; dulcissimo. Nam in gratiam tuam Iouis Hercules, & Ledæ filij multa perpessi sunt, qui quid possent, opere declararunt. Quin & tui desiderio Achilles, & Aiax ad inferos penetrarunt, tuæq; formæ lucullentissimæ gratia Atarneæ ciuem Solis priuauit lumine. Quo enim clarus spectatusq; rebus gestis? Hunc immortales meæ auctiorem reddent musæ, quæ Iouis hospitalis decus augere solent,

Primam hunc orationem iudicialem pro seipso scripsisse, cum huius criminis argueretur, Phauorinus in omnimoda historia author est, ac dixisse Athenis,

Et pyra nata pyris, ficusq; in ficubus extant.

Ait autem Apollodorus in chronicis, natum illū anno primo, nonagesimæ nonæ olympiadis, perrexisseq; ad Platonem decimoseptimo ætatis anno, annosq; viginti apud eum fuisse commoratum. Tum vero venisse Mitylenem principe Eubulo, quarto anno centesimæ octauæ olympiadis. Verum Platone primo anno functo uita, sub Theophilo profectum esse ad Hermiam, mansisseq; annos tres. Sub Pythodoto autem se contulisse ad Philippum secundo anno centesimæ nonæ olympiadis, Alexandrum quintumdecimum iam annum ætatis agente. Athenas vero concessisse secundo anno centesimæ vndecimæ olympiadis, atq; in Lyceo tredecim annos docuisse, ac demum perrexisse Chalcidem, tertio anno centesimæ quartædecimæ olympiadis, morboq; periisse, cum esset annorum ferme sexaginta trium. Quo etiam tempore Demosthenes in Calabris defunctus sit sub Philocle. Fertur autem ob Calisthenis insidias in Alexandrum, infensum fuisse regi, illumq; ad eum contristandum Anaximenem extulisse, ac misisse Xenocrati dona. Lusit in eum epigrammate Theocritus Chius, ut ait Ambryon in libro de Theocriti uita, in hunc sensum,

Hermiæ eunuchi simul Eubuliq; sepulchrum
Mente uacans, uacuum struxit Aristoteles:
Timum quoque sic illum agit,
Sed neque Aristotelis leuitas miseranda loquacis.

Hæc uita philosophi fuit. Cæterum nos ipsius quoque testamenta legimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus in hunc ferme modum. Bene quidem ac rite erit. Quod si quid contigerit ita legauit Aristoteles. Curatorem quidem omnium, & per omnia iussit esse Antipatrum. Quoad uero Nicanor adolescat, curatores ac tutores instituit Aristomenem, Timarchum, Hipparchum, Cliotelem, & Theophrastum si uoluerit, ac si curam suscipere uelit filiorum & Herpylidis, rerumq; omnium. Cumq; puella fuerit matura uiro tradi illam Nicanori. Sin uero puellæ quippiam contigerit, quod absit, uitaq; prius quàm connubio iungatur, siue etiam postquam nupserit antequam filios procreet, excesserit, Nicanor dominus esto, ut & de puero & de cæteris dignæ nobis ac sese disponat. Curet autem Nicanor & de puella, & de puero Nicomacho, nihil ut illis desit, patris ac fratris una implens munus. Quod si Nicanori quidpiam contigerit, quod absit, siue priusquam puellam duxerit, siue postquam duxerit, nondum filiis natis, quæ quidem ille instituerit, rata sunto. Sin autem uoluerit, & Theophrastus puellæ curam habeat. Sin alias, curatores habito cum Antipatro consilio, & de puella, & de puero disponant, ut eis uidebitur optimum. Curam autem habeant tutores, & Nicanoris mei, & Herpylidis memores. Namque erga me studiosa plurimum fuit, cæterorumq; omnium: & si uirum accipere uoluerit, curent, ne indigne nobis locetur. Dentq; illi præter ea quæ antea acceperat, de nostra substantia, talentum argenti, tresq;, si uoluerit, famulas, & ancillam quam habet, & Pyrrhæum puerum. At siquidem in Chalcide habitare uoluerit, hospitium quod ad ortum est: sin autem in Stagyris, paternam domum. Vtrum uero horum maluerit, studeant procuratores domum ita necessaria supellectile instruere, ut & sibi honeste, & Herpylidi sufficienter instructa uideatur. Curæ sit autem Nicanori & Myrmecem puerum non indigne nobis ad suos referri, cùm eius, quas cepimus, falcutatibus. Si autem & Ambracis libera, cumq; puella uiro tradetur, quingentas illi drachmas, ancillamq; quam habeat, dari iubeo. Sed & Thaleti præter ancillam quam habet emptam, drachmas mille, et ancillulam. Simo quoque absque priore pecunia, in puerum alium, siue puerum emi, siue pecuniam dari. Tychonem esse liberum cum puella nupserit, Philonemq; & Olympium eiusq; filiorum. Porrò eorum qui mihi famulantur puerorum nullum uendi uolo, sed hæredes eis uti. Cum uero adulti erunt, pro merito dimitti liberos uolo. Curent

rent item, ut consummentur, quæ Gryllioni sunt traditæ exculpendæ imagines. Vbi uero perfectæ erunt, suis imponantur locis. Nicanoris quoque ac Proxeni quàm sculpendam cogitabam, matrisq; Nicanoris. Arimnesti uero quæ perfecta est, suo statuatur loco, ut sit ipsius monumentum, quia sine liberis defunctus est. Matris quoque nostræ Cererem in Nemea locet, aut ubicunque uidebitur. Vbi uero tumulum fecerit, ibi & Pythiadis sublata ossa condat, sicut ipsa præcepit, fiat, & seruari Nicanoris uotum, quod pro illo uouimus. Animalia lapidea cubitorum quatuor Ioui seruatori, ac Mineruæ seruatrici in Stagyris. Hæ testamentorum ipsius series fuit. Fertur autem ollas plurimas repertas esse, Lyconemq; dicere, illum in pelui calentis olei lauari solitum, oleumq; uenundare. Quidam utrem calentis olei stomacho illum imponere consueuisse tradunt, & cum se ad quiescendum componeret, æream sphæram tenere in manu pelui subiecta, eo consilio, ut cum dormientis manu excussa sphæra in subditum æreum uas incidisset, sono illius excitus exurgeret. Eius esse præclaras istas sententias legimus. Interrogatus quidnam mendaces lucrarentur, ut cum uera, inquit, dixerint, non illis credatur. Cum sibi probro daretur, quòd flagitioso homini misericorditer tulisset opem, non, inquit, mores miseratus sum, sed hominem. Amicis ac discipulis ista consueuerat dicere, ubicunque moraretur, Aspectus quidem a circunfuso aere lumen accipit, animus autem à disciplinis liberalibus. Sæpe numero cum in Athenienses inueheretur, aiebat illos frumenta & leges inuenisse, uerũ frumentis quidem uti, non autem legibus. Studiorum liberalium amaras radices, fructus autem dulces esse asserebat. Rogatus quidnam esto cõ senescaret, gratia, inquit. Quid sit spes, uigilantis, ait, insomnium. Diogene caricam porrigente, cogitans nisi acciperet, usum esse, meditatus sumens, Diogenem ait, caricam simul cum usu perdidisse. Rursus ab eo porrectam accipiens, atque puerili more in sublime eleuans cum dixisset, magnus Diogenes, eam illi reddidit. Tria dicebat pueris esse necessaria, ingenium: exercitationem, disciplinam. Audierat aliquando se á quodam maledictis esse lacessitum. Tum ille, absentem, inquit, etiam uerberet: Dicebat pulchritudinem plus, quàm epistolas omnes ualere ad commendationem. Plerique Diogenem ita statuisse asserũt, ipsum autem donum formæ dixisse: Socratem uero modici temporis tyrannidem, Platonem naturæ priuilegium, Theophrastum tacitam

deceptio-

deceptionem, Theocritum vero eburneum detrimentum, Carneadem regnum solitarium. Rogatus quo differrent docti ab indoctis, quo, inquit, viuentes à mortuis. Eruditionem dicebat inter prospera esse ornamentum, inter aduersa refugium. Parentes qui liberos erudiendos curassent, longe honorabiliores esse his, qui solum genuissent. Eos enim viuendi tantum, illos etiã bene beateq; viuendi authores esse. Glorianti cuidam quòd magnæ esset vrbis ciuis, noli, inquit, hoc attendere, sed an dignus sis magna et illustri patria. Rogatus quid sit amicus, vna, inquit, anima in duobus corporibus habitans. Homines plerosq; dicebat ita esse parcos, ac si semper victuri essent: alios tam prodigos, ac si continuo morituri. Percontanti cur honesta forma præstantibus diutius congredimur, cæci, inquit, huiusce interrogatio est. Rogatus quid ex philosophia lucratus fuisset, hoc, inquit, vt iniussus ea faciam, quæ pleriq; per legum metum faciant. Interrogatus quo pacto discipuli egregie proficerent: Si excellentiores, ait, prosequentes tardiores nõ morentur. Loquaci homini cum illum improbe probris multis obtudisset, dicenti, num te satis obtudi? Hercle, inquit, non tibi animum aduerti. Causanti cur stipem non bono homini dedisset, nam & ita contigisse ferunt: Non, inquit, homini dedi, sed humanitati. Rogatus erga amicos quales esse debeamus, quales, inquit, eos erga nos esse optamus. Iustitiam dicebat virtutem animi vnicuiq; secundum dignitatem distribuentem. Disciplinam optimum esse dicebat viaticũ ad senectutem. Refert Phauorinus in secundo cõmentariorum illum crebro dicere solitum: O amici, amicus nemo. Et ista quidem ad illum referuntur. Conscripsit aũt et complura uolumina, quæ ut summa ingenij illius uis, ac præcipua circa omne orationis genus exercitatio clarius eluceat, subnectenda necessario existimaui. De iustitia libros quatuor, de poetis tres, de philosophia tres, de republica duo, de rhetorica Gryllus vnũ, Nerinthus vnũ, Sophista vnum, Menexenus vnum, Amatorius vnũ, Conuiuium vnum, de diuitiis vnum, Exhortationum vnum, de anima vnum, de præcatione vnum, de nobilitate vnum, de voluptate unum, Alexander seu de colonis unum, de regno unum, de doctrina unum, de bono tres, de Platonis legibus tres, de eiusdem reip. duos, Oeconomicus unum, de amicitia unum, Quid sit tolerare siue tolerantia unum, de disciplinis unum, de his, quæ in contentionem cadunt duos, Solutiones eorũ quæ in contentionem ueniunt, quatuor, Diuisiones sophisticæ quatuor, de contrariis vnum, de speciebus & generibus unum, de propriis unum. Commentaria, ἐπιχειρηματικοῦ tres. Propositiones de uirtute tres, Obiectiones unum, de his quæ quot modis dicuntur, siue secundum propositum, unum, de elementis tres, de scientia unum, de perturbationibus iræ unum, Moralium quatuor, de principio unum, Diuisiones. xvij. Diuisibilium unum, de interrogatione & responsione duo, de motu unum, Propositiones unum, Propositiones cõtentiosæ quatuor, Syllogismi unum, Priorum analyticorum nouem, Posteriorum analyticorum maiorum duo, de quæstionibus ad disciplinam pertinentibus octo, de meliore unum, de idea unum, Termini Topicorum septem, Syllogismorum duo, συλλογιστικὸν & diffinitiones unum, de eligibili & accidenti unum, de iis, quæ ante locos sunt, unum, Topicorum ad diffinitiones duo, Perturbationum unum, Diuisibiliũ unum, Mathematicus unum, Diffinitiones. xiij. Epicherematum duo, de uoluptate unũ, Propositionum unum, de uoluntario unum, de pulchro unum. Quæstiones epicherematicæ. xxv. Quæstiones de amicitia duo, Quæstiones de anima unum, Politicorũ duo, Politicæ auditionis, sicut Theophrasti, octo, de iustis duo, Artiũ introductio duo, Artis rhetoricæ duo, Ars unũ, alia ars duo, Methodicũ unum, Artis Theodecti introductionis unum, Artis poeticæ libros duos, Enthymemata rhetorica, de magnitudine unum, Enthymematum diuisiones unum, de dictione duo, de consilio unum, Collectionis duo, de natura tres, Physicon unum, de Architæ philosophia tres, de Speusippi Xenocratisq; philosophia unum, ex Timæi Archytæq; disciplinis sumpta unum, Aduersus Melissi dicta unum, Aduersus Aleinæonis dicta unum, Aduersus Pythagoricos unum, Aduersus Gorgiam unum, Aduersus Xenocratem unum, Aduersus Zenonis scita unum, de Pythagoricis unum, de animalibus nouem, Anatomorum octo, Electio anatomorum unum, de compositis animalibus unum, de fabulosis animalibus unum, de non gignendo unum, de plantis duo, Physiognomicon unũ, Medicinalia duos, de monade unum, Signa tempestatum unum, astronomicon speculatiuus unum, de motu unum, de musica unum, Memoriale unum, Homericarum ambiguitatum sex, Poetica unum, Naturalium secundũ elementa triginta octo, Inspectorum problematum duos, Liberalium disciplinarum duos, Mechanicus unum, Problematum ex Democrito sex, de lapide unum, Parabolæ unum, Inordinata. xv. Exposita generatim. xiij. Iura unum,

✣✣ Olym-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Olympionice unum, Pythionicæ musices unum, Pythicus unum, Pythionicorum argumenta unum, Dionysiacæ victoriæ unum, de tragœdiis unum, Doctrinæ unum, Prouerbia unum, Lex commendatitia unum, Legum, quatuor, Prædicamentorum unum, de interpretatione unum: Respublicæ urbium. clviij. Seorsumq; ad Philippum de populari, paucorumq; & optimatum & tyrannorum rep. epistolæ. Selymbriorum epistolæ, ad Alexandrum quatuor, ad Antipatrum nouem, ad Mentorem unam, ad Aristonem unam, ad Olympiadem unã, ad Hephæstionem unam, ad Themistagoram unam, ad Philoxenum unam, ad Democritum uersus, quorum initiũ est, Sancte deum, Elegiæ, quarum est initium, Formosæ matris filia: Sunt in summa uersus omnes plus minus quadragesies quinquies mille, trecenti & triginta. Hæc librorum illius series, hic numerus, in quibus quid agat summatim exponendum est, Duplicem esse philosophiæ rationem, alteram uersari circa actus, appellariq; πρακτικὴν, alteram in intelligentia & speculatione consistere, & θεωρητικὴν dici. Ad actionem pertinere ethicen & politicen, qua in parte tum de publica, tum de familiari re agi. Ad intelligentiam Physicen logicenq; referri. Porro logicen instrumentum esse exactissimum. Eius cùm geminam destinationem ac scopum subiecisset, uerisimile ac uerum, ad utranq; duarum maxime rerum uiribus nititur. Nanq; ad uerisimile seu probabile, oratoria & dialectica, ad uerum autem analytica & philosophia usus est, nihil omnino omittens eorum, quæ uel ad inuẽtionem, uel ad iudicium, uel etiam ad usum pertinerent. Enimuero ad inuentionis adminicula, atq; ad eas res, quæ speculationi & arti inseruiunt, propositionũ multitudinem tradidit, ex quibus quæstiones probabilium epicherematum elicere affatim licet. Porrò ad iudicandum analyticæ priora, & posteriora conscripsisse, prioribus assumptionum iudicia permittens, posterioribus collectionis examen tradens. Cæterum ad iudicandum ea quæ sub certamen cadunt, quæq; in interrogatione uersantur, & contentione sophisticorum argumentorum, atq; syllogismis atque his similibus. Veritatis uero iudicium earum quidem, quæ secundum imaginationem sunt actionum, sensum definiuit. Moralium uero, ubi de re publica, ac domestica, ubi de legibus agitur mentem, finem autem unum exposuit, uirtutis usum in uita perfecta. Felicitatem ait plenitudinem ex tribus maxime bonis constantem, iis nimirũ quæ in animo sunt, quæ et priora

uiribus appellat, ijs quæ ad corpus attinent, ut sunt bona ualetudo, fortitudo, pulchritudo, cæteraq; his similia, atque ijs quæ extrinsecus ueniunt, diuitiis, nobilitate, & claritudine, atque in hunc modum cæteris, quibus tertium locum assignauit. Virtutem ad beatam uitam sibi minime sufficere dixit, quippe corporis bonis, exterioribusq; indigere. Miserum atque infelicem fore sapientem, siue doloribus afficiatur, siue inopia, & cæteris huiusmodi incommodis prematur. Vitiũ autem ad miseriam atq; infelicem uitam sufficere, quantumlibet corporis affluat bonis. Virtutes ait non se inuicem sequi. Fieri enim posse, ut prudens quispiam, ac iustus, idemq; intemperans atque incontinens sit. Sapientem quidem non omnino perturbationibus uacare, uerum perturbari modice dixit. Amicitiam æquitatem esse definiuit reciprocæ beneuolentiæ. Eius tres species esse tradidit. Esse quippe aliam cognationis, aliam amatoriam, tertiam hospitalem. Amorem non modo congressionis, uerum & philosophiæ esse. Amaturum quoque sapientem, atque accessurum ad rempublicam, ductarumq; uxorem, & cum rege unà uicturum. Tribus autem generibus uitæ constitutis, primo quod in speculatione, sequenti quod in actu, & tertio quod in uoluptate consistit: Speculatiuum genus semper prætulit. Liberales disciplinas ad apprehensionem uirtutis multum conferre sensit. In descriptione rerum naturalium præter cæteros rationem maxime secutus est, adeo ut minimarum quarumq; rerum reddiderit causas. Vnde, et naturalium commentariorum complura scripsit uolumina. Deum sicut & Plato incorporalem diffiniuit, eiusq; prouidentiam ad cœlestia usq; pertingere, ipsum uero immobilem esse. Porro terrena omnia ad cœlestium congruentiam, ordinemq; disponit. Præter elementa ista quatuor esse & quintum aliud, ex quo cœlestia consistant, eiusq; motum orbicularem esse uarium. Animam item incorporeã, primamq; esse ἐντελέχειαν, corporis nempe naturalis & organici potentia uitam habentis. Est autem ea iuxta illum duplex. Entelechiam uero appellat, cuius sit species quædam incorporea. Altera ex his quidem secundum potentiam, ut est Mercurius in cera, informis quidem, sed idoneus ad percipienda lineamenta, sicut item in ære statua. Secundum uero habitum entelechia dicitur ea quæ est consummatæ ac perfectæ Mercurii statuæ. Naturalis autem corporis dixit, nam sunt corpora alia quidem manu & arte elaborata, ut sunt quæ ab artificibus fiunt, puta turris atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

nauis. Alia uero sic à natura prodeunt ut arbores, & animaliũ corpora. Porro organici dixit, hoc est, ad aliquid parati & conditi, ut est ad uidendum oculus, auriscq; ad audiendum. Virtute autem uitam habentis, utputa in seipso. Virtute autem uel potentia minus est secundum efficaciam. Secundum actionem autem, ut uigilans habere animam dicitur. Secundum habitum autem, ut dormiens. Vt igitur & hic intelligatur, adiecit potentia. Multa igitur eiusmodi & alia, & de aliis multis in hunc modum philosophatus est, quæ perlongum esset numerare. Cunctis enim in rebus summo studio atque industria fuit, inuentionisq; incredibili copia uiguit, ut ex his quæ suprà annotauimus uoluminibus constat, quæ ad quadringentorum numerum fere perueniunt, de quibus nihil ambigitur. Nam sunt & alia complura, quæ ipsi ascribuntur uolumina atque sententiæ. Verumenimuero octo fuere Aristoteles. Primus hic ipse. Secundus, qui Athenis rempub. administrauit, cuius etiam iudiciales leguntur orationes sanè quam elegantes. Tertius, qui Iliadem Homeri scripsit. Quartus Siculus orator, qui ad Panegyricum Isocratis rescripsit. Quintus, qui cognominatus est Mythus, Aeschinis Socratici necessarius. Sextus Cyrenaicus, qui de poetica scripsit. Septimus pædotriba cuius meminit Aristoxenus in Platonis uita. Octauus grammaticus obscurus & ignobilis, cuius de pleonasmo ars legitur. Huius autem Stagyritæ philosophi complures quidem fuere discipuli, sed omnibus maxime præcelluit Theophrastus, de quo modo dicendum est.

Aristotelis

ARISTOTELIS VITA
EX MONIMENTIS IOANNIS GRAMMATICI PHILOPONI ALEXANDRINI.

VIT Aristoteles genere Macedo, Stageiris, filius Nicomachi, qui Amyntæ Macedoniæ Regi medicam præstitit operam, ob eamq; rem filium, quem suscepit, ut patris memoriam renouaret, Nicomachũ appellauit, ad quem item Nicomacheia scripsit. Matre Phæstide, qui ambo genus ab Aesculapio trahebant: cuius quidem rei fidem facit epigramma in Aristotelem his uerbis factum.

Matre creatur Phæstide, Nichomachoq; parente,
Stirpe Asclepiadon Diuus Aristoteles.

Post parentũ obitum à quodam, qui publico Aternensium nomine peregrinos hospitio excipiebat, educatur: cuius dein officii memor nõ modo filium eius Nicanora enutriuit, et omni liberali instituit doctrina, sed etiam ut uerum, & germanum tractauit. Quinetiã, ante mortem testamento cauit, ut filia Pythais in matrimonium eidem Nicanori loca retur. Cùm adhuc adolescens esset, omni ingenuarum artium scientia excultus fuit, quod satis declarant commentarii, quibus res poeticas complexus est, & scripta, quæ in poetas edidit. Homericæ item quæstiones, et libri artis Rhetoricæ. Annos. xvy. natus uoce Pythiæ, qua philosophari iubebatur, Athenas mittitur, ubi cum Socrate treis annos coniunctissime uixit, quo extincto, ad amicitiam Platonis se contulit, qui cum. xx. annos magno familiaritatis usu coniunctus fuit, eamq; diligentiam, & industriã ad disciplinas percipiendas adhibuit, ut Plato illius ædeis non aliter appellarit, atq; ædeis lectoris. Neq; uero fides habenda iis, qui existimant Aristotelem aperuisse Lyceũ contra Platonem adhuc superstitem. Qui enim hoc potuisset? cùm Chabria, & Timotheus Atticarum copiarum duces opibus magnaq; potentia Athenis florerent, & Platoni arcta necessitudine coniuncti essent. Sed non desunt, qui tradant ab Aristotele Lyceum constitutum in humanis adhuc agente Platone, ut multas hominis sententias conuelleret.

Ad

Ad quos respondere satis habemus, non simpliciter quicquam contra Platonem statui, sed contra eos, qui Platonica decreta minus perspecta haberent. attamen si quid contra eum profertur, non absurdum iudicari debet, cũ in hac ipsa philosophandi ratione nihil discrepet ab iis, quæ Plato senserit. illius enim uox est, magis conuenire nos de ueritate solicitos esse, quam de quauis aliare. Quinetiam ad uerbum ita scribit. Amicus quidem Socrates, sed ueritas amicissima. Et alibi. Socratis, inquit, parua cura agenda est, ueritatis autẽ magna.

Hoc idem institutum Aristoteles tenuit, monimentaq; Platonica immutanda censuit, cum et in huiusmodi consilio ab illo non discrepet, quippe qui ueritatis decus non contempserit, cum tamen mirifico studio, egregiaq; uoluntate Aristotelem fuisse erga Platonem constet ex Ara, quam ei consecrauit hac inscriptione.

Ponit Aristoteles pius hoc altare Platoni.

Quem laudare nefas ora profana foret.

Cum Platone multis officiis, & magna familiaritate. xx. annos contunctus fuit, post cuius obitum ita euenit, ut Speusippus sororis Potones filius scholam teneret, docendiq; munus susciperet, Aristoteles autẽ in Macedoniæ Vrbem secederet, quo loci alumnum disciplinæ suæ Alexandrum conditorem habuit, magnaq; authoritate in eius regno præstitit. Nam apud Regem opibus, & gratia florentissimus fuit, plurimaq; opportune impetrauit. nam multa studia, & officia in singulos priuatim, & in uniuersos publice contulit. Declarant epistolæ commẽdatitiæ, quæ ad regem scriptæ sub illius nomine feruntur, & patria Stageritæ, quæ cum euersa esset, author fuit, ut ab eodem ipso instauraretur. Quapropter Stageiritæ Aristoteli festũ celebrant, quod Aristoteleum nominant, & mensem, in quo dies festo dicatus est, Stageiritem appellant. Eressius quoq; Theophrasti patria, quam cum Alexander grauiter uindicare cogitaret, periculo liberata est. Dein cum Speusippus è uita excessisset, Athenienses Aristotelem ad sẽ inuitant, ac una cum Xenocrate scholæ Platonis præficitur. Xenocrates igitur in Academia docebat: Aristoteles in Lyceo. Ac non longo interuallo cũ Athenæ defecissent, Aristoteles in Chalcida nauigauit, illud usurpans. Non patiar Athenienses in philosophiam semel, ac iterum uos peccare. Iam enim Socratem è medio sustulerant. Nec dissimulauit iudicium suũ apud Antipatrũ, quàm difficile, & multi operis esset,

Athe-

Athenis agere, carmen illud Homeri referens.

Inq; piris pira, ficis fici molle senescunt.

Ita peruersitatem morum Athenienſium indicabat. Macedoniam repetit, ubi gratia, & authoritate apud Reges, qui prouinciam illam tenebant, plurimum ualuit, apud Alexandrum, & matrem Olympiada, apud Antipatrum, apud Philippum. Ad Alexandrum de regno librum scripsit, in quo præcepta de regno administrando ei dat. Quinetiam se comitem* Regi adiunxit in intimos Brachmanas proficiscenti, ubi etiam opus confecit, in quo memoriam CCLV. rerumpu. colligauit. Illum quoq; secutus est contra Persas mouentem. ubi cum bellum exortum esset, & Alexander mortem obiisset, in patriam reuertitur. Morum summam coluit moderationem, in Philosophia captũ excesßit humanum, cum nullam partem eius disciplinæ imperfectam explicatione reliquerit sua. immo propria fretus solertia, cum pleraq; adiecisset, uniuersam philosophiam castigauit, optimisq; instruxit præceptis. Magnam item accessionem fecit ad artem disserendi, quandoquidem ab ipsis rebus normas, præceptaq; secreuit, & demonstrandi rationem cum uia instituit, nam superioris memoriæ Philosophi demõstrare quidem, ac euidentibus probationibus uti sciebant, sed demonstrare, ac euidentes probationes conficere ignorabãt, atq; idem illis usu ueniebat, quod Sutoribus, qui coria secare nõ queunt, calceis autem uti probe queunt. Rerum naturalium indagationi quintam addidit naturam. Diuinarum contemplationi, quamuis nihil eiusmodi adiecerit, attamen ita docuit, ut nihil, quatenus causa ferret, prætermiserit. Siquidem tantum abest, ut dun taxat, quæ intra orbem continentur, quẽadmodum nonnulli existimant, comperta habuerit, Vt etiam quæ supra orbem habentur, probe tenuisse affirmemus. quod quidem idem ipse Aristoteles probat Viij. naturalis auscultationis libro. Princeps, inquit, causa neq; per se, neq; ex accidenti motu cietur. Atq; ex hoc nimirum planum facit Deum neq; corpus, neq; patibilem esse. Vniuersum uitæ tempus, quod uixit. lxiij. annorum numero describitur. cum enim. xvj. ageret annum Socrati operam dare cœpit, quo præceptore usus est triennio. in intimis, & necessariis Platonis. xx. annos fuit, à cuius obitu. xxiij. annos uixit.

DE

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE VITA AVERROIS
EX LIBRIS CHRONICORVM A MVNDI ORIGINE EXCERPTA.

AVerrois quoque medicus cognomento Commentator, philosophus quidem & ipse apud Cordubam Hispaniæ vrbem hoc tempore floruit, vt ex Secundo libro eius, qui de Cœlo tractat, Commento 110. & 111. habetur. Fuit enim à natiuitate Christi anno MCL. vt asserit Conciliator, & Aegidius Romanus in suis quolibetis Libro Secundo, quæstione de vnitate intellectus. Vbi verba hæc habentur. Nam Commentator summus Auerroes, non est diu, quòd fuit. Nam dicitur filios suos in curia Federici primi cognomento Barbarossa Imperatoris fuisse, qui temporibus nostris obijt. Fuit ergo dictus Auerrois tempore, quo fides christiana erat valde dilatata. Constat autẽ ꝙ apud christianos erat solennis mentio de statu animarum separatarum. Et ideo Auerrois, qui fuit isto tempore, potissimum debuit videre hoc inconueniens. Multa autem composuit, & adeo excellenter in omnes Aristotelis libros scripsit, vt Commentatoris cognomentum promeruerit: deinde de Substantia orbis, de Theriaca, librum quoq; pulchrum de medicina Colliget appellatum, ac alia multa edidit. Auicennæ tamen ac medicorum æmulus dictus fuit, vt palàm in eius libris manifestum est.

MARCIANTONII ZIMARAE
PHILOSOPHI CONSVMMATISSIMI

Tabula dilucidationum, in dictis Aristotelis, & Auerrois.



VENETIIS APVD IVNCTAS
M. D. LXII.

TABVLA CVM DILVCIDATIONIBVS IN DICTIS ARIST. ET AVER.

A D. M. ANTONIO ZIMARA COMPILATA.

Qua, digressionibus passim ab eo insertis, via Peripateticæ veritatis, edocetur.

De litera A.

A B, prępositio ī idiomate Arabico notat, tā cām agentē, q̄ subiectū, & oppositū. primo physic. com. 58. Vide quō importet subiectū. primo cęli. cō. 20. vbi litera trāslationis Arabicę habet in tex. ꝙ corpus gloriosum nō est gñatū ab aliquo. Qđ Cōm. pōderans in cō. dicit. Et dixit: neq; gñabile ab aliquo. & nō dixit: neq; gñabile simplr. qm̄ hæc ē dria inter dicētes, ꝙ hoc corpus ē creatū à prima cā: & opinātes ipsū primā cā 3. s. ꝙ dicētes ipsū eē primā cā 3, opinant ipsum nō eē gñabile simplr. Et dicētes, ꝙ ē cātum à prima cā, opinant, ꝙ nō ē gñabile ab alio .i. ex alio. Et ꝙ si diceret esse gñabile à nullo, & ī nullo tpe, posset hoc instituī fm vocē, & fm trāsumptio nē. Gñabile vere, est terīatū tpe, & gñabile ab aliquo. Et hoc nomen gñonis est vulgariter, qđ Arist. intēdit remouere à cęlo. Vbi patet, ꝙ ly ab aliquo, dicit cā 3 mālem. Ari. .n. ibi demōstrat, ꝙ cęlū nō ē gñabile, qa nō habet subiectū, neq; cō trariū. Et ex illo loco patet quātū deuiauerūt à veritate Io. de Bac. & Greg. Arim. in. 2. sñarū. di. 1. q. 1. q tenēt ex mēte Arist. & Auer. cęlū & substātias ęternas nō hre cā 3 ęternā effectricē. Et licet ista qō in via Peripateticorū ardua sit, & ambigua. Eudemus. n. & Alex. (vt recitat Simpl. ī principio physicæ auscultationis) tenuerūt Deū fm mē tē Arist. nō esse cām efficiētem, sed finale 3 tm̄ & formalē ęternorum.

Digressio de cā efficiēte ī subiectis ętternis contra Ioā. de Bacco. & Greg. Ari,

Opi. Eudemi et Alexā vna positione.

Ammo. tm̄, Simp. & Io. Gram. op positū tenuerūt, & multi sapiētes. Verūtm̄ quidquid sit de Ari. vnum scio indubitāter, Auer. tenuisse de mēte Philosophi, ęterna eē cāta in triplici gñe cāę. etenim hic aperte testat cęlū esse cātum à prima cā. Et ꝙ Ari. in. 1. cęli demōstrat cęlū nō eē gñabile, illo mō gñonis quo generant ista tpalia: quia hoc sonat nomē gñonis, vere & non trāsumptiue sumptū. Arist. n. abhorret metaphoras & trāsumptiones ī doctrina demōstratiua: vt ipse ꝓcepit in 2. poster. analit. Et iō Arist. nomē gñonis vere & ī ꝓpria sigñatione intēdit remouere à corporib⁹ cęlestib⁹. Et hoc apparet manifeste ex sñia eiusdē Auer. 1 lib. destr. destr. in disp. 3. in fol. 18. dubij, vbi dicit, ꝙ Philosophi ascēderūt gradatim inuestigare de supcęlestibus corporibus, & apparuit eis ꝙ sunt ingñabilia, & nō sunt sicut inferiora corpora. Gñabile. n. inquantū gñabile, est pars hui⁹ mūdi sensibilis: cuius gñō non sequeret nisi ꝓut est eius pars, eo qđ oē gñabile gñatur sine dubio de re, ex re, & pro re, & in loco, & ī tpe. Et inuenerūt ꝙ orbiū corpa sunt necessaria ī gñone inferiorū corporū, prout sunt agē-

Pro opin. contraria fuerunt Āmm. Simplic. Philoponus, & alij.

Quæ ad mentem Auer.

Tex. c. 22.

» ria remota. Vñ si corpa cęlestia ge-
» nerabilia essẽt mõ istius gñonis: ĩ-
» digerẽt aliis corpibus ꝑcedẽtib⁹ ea:
» q̃ sist essẽt ptes alteri⁹ mũdi. & ita
» essẽt alia corpa supcęlestia. Et talia
» ẽt ĩdigerẽt aliis: & sic ĩ infinitũ. Ec-
ce igit, ꝙ vult demõnẽ intelligi de
vera gñone ĩ ꝓpria sigñatione sũ-
pta: q̃ indiget cã agẽte mãli, & fina
» li, tpe, & loco. Cõfirmat authorita-
» te eiusdẽ in. 1. cęli. cõ. 105. vbi ha-
» bet. Defendẽtes aũt Platonẽ dicũt,
» ꝙ assimilatio gñonis mũdi ex suis
» essntis, gñoni figuratũ ex lineis, &
» supficieb⁹ à Platone, sigñat ꝙ mũ-
» dus semp fuit apud Platonẽ, & ꝙ
» ipse nõ intẽdebat p hũc sermonẽ,
» nisi ꝙ ptes ei⁹ sunt priores nã toto:
» nõ ꝙ ipse fuit gñat⁹ vere. Et si hoc
» intẽdebat nihil differt ab Arist. Sed
» tñ male fecit in hoc qđ dixit mun-
» dũ eẽ gñatum, & nõ corruptibilẽ.
Hoc. n. nõ intelligit ex gñone, nisi
cũ difficultate. Et maxĩe cũ dixit, ꝙ
efficit ex nõ ordine in ordinẽ. Nã
Plato dixit deũ, el'nta q̃ ante mũdi
gñonẽ mouebant motu inordina-
to, deduxisse ex nõ ordine in ordi-
nẽ. Mõ talis gño q̃ fit ex priuatiõe
ad habitũ, vł esse vera gño, q̃ est tẽ
poralis: & ita cũ difficultate ꝑt in-
telligi gño illa apud Platonẽ fuisse
ęternã. Aut igit male sẽsit: aut ma
le docuit: quia abutebat vocabulo
gñonis (vt dicit ꝑfatus Cõm. ẽt. 1.
cęli. cõ. 106.) Tenet igit Cõm. cœ-
lũ & intelligẽtias eẽ cãtas ab ætẽ-
no à prima intelligẽtia: sed non ꝑ
gñonem verã, q̃ fit cũ trãsmutatio
ne & tpe. sed nobiliori mõ. Sciẽtia
. n. Dei glorioſi est cã entitatis & ve
ritatis oĩum entiũ: vt scribit Cõm.
in. 2. primę philosophię. cõ. 4. Et ĩ
12. primę philosophię. cõ. 51. De
hoc vide notabilẽ authoritate ꝫ ĩ
lib. destruc. disp. 3. in sol'. 18. dubij. Ia
vbi scribit. Amplius declaratũ est à »
Philosophis, ꝙ illud qđ dat entib⁹ »
seꝑatis à materia finẽ, ẽ illud qđ » tor lati
dat eis esse. Forma. ñ. & finis sunt » brum.
vnũ & idẽ in hac ſpecie entiũ. Et- »
go illud qđ dat finẽ entibus, illud- »
met dat forãm, & illud qđ dat for- »
mã est agẽs. ergo qđ dat finẽ huic »
etiam est agens. Apparet igitur ꝙ »
primum principiũ est oĩum isto- »
rum principium. ſ. forma, & agẽs, »
& finis. Quid clarius?

Ab antiquo nõ prouenit nouũ absolute, ſm Philosophos. ex disputatione. 12. in sol'. tertij dubij. Cap. 8. su- pra 2. c. 36.

Ab oĩbus excellẽtib⁹ Philosophis ho die existimat, ꝙ ab vno primo ꝓce dũt principal'r oĩa entia mutabilia. Ex lib. destr. disp. 3. 1 sol'. 12. dubij. In

Ab vno vtrũ multitudo ꝓuenir posit. vide diffuse in lib. destruc. in di sput. 3 in sol'. 12. dubij.

Ab vno agẽte nõ ꝓuenire nisi vnũ effectũ tm, propõ falsissima ẽ, qua vtebat Auic. & Alpharab. Ex disp. 3. in lib. destr. in sol'. 23. dubij.

Ab vno simplici numero non posse ꝓuenir nisi vnũ simplex numero, nõ quodammõ vnũ in numero & quodãmõ plã. Et ꝙ illi⁹ vnitas sit cã eẽ pluralitatis: si isto mõ intelligãt nõ põt hõ euadere à dubijs Algazelis. Ibidẽ in sol'. 26. dubij.

Ab vno essẽntialiter nõ inuenit nisi vnum motum: sed intrant plura ipsum per accidens. 8. physic. com. 51. & elicitur ex textu. Tex. c. 11.

Abstinẽtes, appetẽtes, & cõ cupiscentes, nõ operant ea quorũ habẽt appetitum: sed sequunt intellectum. 3. de aĩa. tex. cõm. 48.

Abstrahẽtium nõ est mendaciũ. 2. phy.

phy. tex. cõ. 18. idẽ. 3. de aĩa. 35.

Anima ſenſibilis eſt qualitas exiſtēs in cōplexione addita complexioni 3. de Aīa. cōmen. 6. vbi per qualitatem intelligꝰ formam.

Anima eſt vnū entiū naturalium: & conſideratio de anima eſt cōſideratio naturalis. 3. de anima. cō. 17.

Anima concupiſcibilis, per eandem virtutē proſequitur & fugit. 3. de anima. tex. cō. 29.

Aīa nequaq̄ ſine phātaſmate intelligit. 3. de aīa. tex. cōmen. 30.

Anima eſt quodāmō oīa ea, q̄ ſunt. 3. de Aīa. tex. cō. 37. Vide pro hoc pulchre Alex. in paraphraſi de Aīa in cap. vbi declarat qūo aīa eſt oēs res, & inquit. ponderans ly quodā modo, ꝙ aīa nō ſimplr idē eſt, ſed ſolū quatenus excipit rerum ſpēs: quæ reſipſæ quodāmō ſunt. quum per eaſdem ipēs aīa id ſortiatur vt ſit. Neq; vero coaceruatas ſil' res aīam ob id eſſe cōceſſeris: ſed quia ſingulatim cuicunq; rei aīa ſe ſe ſimilē præſtat pōt: ea ratione res oēs quadātenus & eſt & fit. Et intelligitur nō de oī aīa, ſed de perfecta & abſoluta (vt inquit) quæ præter ſēſum, intellectum etiam obtinet.

Animæ partes qudāmō infinitæ eē videntur, 3. de Aīa tex. cō. 41.

Anima concupiſcibilis mouet ad rē, quæ eſt in actu voluptuoſa: anima aūt rōnalis multoties prohibet, & hoc quia reſpicit nouiſſimum futurū, ſed anima concupiſcibilis nō inſpicit contriſtationem contingentem in futuro. 3. de anima. cō. 53. & habetur ex tex.

Anima ſenſibilis impedit in maiori parte ītellectum. 3. de aīa. cō. 61. & 2. de anima. cōmen. 151.

Anima recipit formas contrarioꝝ in ſimul: & hoc nō ſolū inuenitur in anima, verumetiam in medio. Apparet. n. ꝙ per eandem partē aeris videns, recipit cōtraria. ſ. albū & nigrum. 6. Meta. cōmen. vltimo.

Anima eſt vna in ſubo & multa ſm virtutes, & iō q̄n vtit vna virtute debilitat in vſu alterius virtutis. v. g. q̄n vtetur cōprehēſione extrinſeca, debilitatur in cōprehēſione intrinſeca. Cōmen. in. cō. libri de diuinatione ſecundum quietem.

Anima brutalis q̄n deſiderauerit aliquā rē, īnata eſt facere ſibi ſimilitudinem ſoſe illi rei deſideratæ in illa diſpōne deſiderata, & pōtare idolū illius rei: & iō q, deſiderat mulieres vī core, & hñs ſitī vī bibēdi. 3. iuxta finē.

Animę corpoꝝ cœleſtiū nō ſunt formæ in materijs. ſ. quæ in materia acquirāt æternitatē ex formis īmaterialibus, vt dicunt incipiētes philoſophari'. Contingeret. n. vt illud qd nō hēt naturā eſſendi æternum acquiraret eternitatem ab alio, quod eſt impoſſe. 1. c. de Subſtan. orbis.

Anima cœli nō eſt abſtracta a corpore ſuo: & cū hoc ſeparata eſt ab ipſo inquantū ipſum non indiget ipſa, quia eſt permanens per ſe, ſicut eſt diſpoſitio in aīalibus cū virtutibus naturalibus, & oportet vt illa anima ſit in eo. nā oē motū ex

Cõtra ponẽtes ſtelligẽtiã eſſe formã perficiens orbẽ formaliter.

ſe, mouẽ᷑ per virtutẽ exiſtẽtem in eo. de Subſtan. orbis, cap. 4. Et ex hoc loco patet, qm̃ intelligentia nõ eſt forma, formal᷑ perficiens orbẽ: vt dixerũt nõnulli: ſed eſt foꝛa ſeparata dans ſibi motũ & appetitũ. & iõ Alex. ī Paraphraſi de aĩa. d. ꝙ intelligẽtia ęquiuoce dr̃ eſſe forma reſpectu cœli, & aĩa r̃ſpectu corpis.

Anima ſm veritatẽ nõ attribuit᷑ coꝛporibus cœleſtibus, niſi æquiuocę. Ex lib. deſtru. diſp. 13. in ſolutione primi dub.

Animã additã eſſe formis cõplexionalibus manifeſtũ eſt. 7. meta. cõ. 31. Cõſiſte. 3. de aĩa. cõ. 5. 2tra. Ale. vbi. d. Et magis inopinabile de opinione Alex. eſt hoc qđ dixit, ꝙ primæ ꝓparationes ad intellecta & ad alias poſtremas pfectiones de aĩa, ſunt res pfecte a cõplexiõne, nõ virtutes factę a motore extrinſeco, vt eſt famosũ ex opinione Ariſ. & oĩum Peripatet. Iſta. n. opinio, ſi eſt ſm quod nos intelleximus eſt falſa. a ſuba. n elemẽtoꝝ & a natura eoꝝ nõ põt fieri virtus diſtinguẽs aut cõprehẽſiua, qm̃ ſi eſſet poſſe vt a natura eoꝝ, & ſine extrinſeco motore fierent tales virtutes, tũc eſſet poſſe vt extrema perfectio q̃ eſt intelſa, eſſet aliquod factũ a ſuba eoꝝ, vt color & ſapor fiunt. Et iſta opĩo eſt ſil᷑is opĩoni negãtiũ cauſas agentes, & nõ concedentiũ niſi cãs materiales tm̃. Et ſunt illi q dicũt caſum. Vbi aduerte ꝙ vt ſcribit Cõmen. in 3. de aĩa. cõ. 6. Oĩs virtꝰ exiſtẽs in corpore cõpoſito, aut attribuitur primis qualitatibus. ſ. formę cõplexionis, aut erit virtus exiſtẽs in forma complexionali. Vbi ꝓ virtutẽ attributã primis qualitatibus, intelligas formas elementarias: q̃ ſm ſnĩam Philoſophi in 2. gñatione, reſultãt ex cõbinationibus quatuor qualitatũ primarũ, vt patet. ibi in tex. cõm. 16. Et ſcias ꝙ forma mixti perfecti eſt ſuperadita formis elementariis, & diſtincta ab eis, alioquĩ nõ eſſet mixtio nisi ad ſenſum: vt patet ex fine primi gñatione. Et eſt aperta ſnĩa Auer. 7. met. cõm. 60. Et in 3. cœli. cõ. 67. & 1. de aĩa. cõ. 77. vbi. d. ꝙ eſſentia rerum ſuperadditæ ſunt elemẽtis. Idẽ. 1. Meta. cõ. 12. Et multo magis aĩa eſt forma ſuperaddita, & diſtincta a formis elemẽtorum. ſicut patet in 2. de aĩa contra Emped. & antiquos. tex. cõ 41. & infra.

Animæ ſunt aliæ virtutes pręter formas cõplexionales. Auer. 2. Colliget. cap. 7. idẽ. 3. de aĩa. cõm. 5. &. 6.

Animæ eſſe, & anima idẽ, & circulus eſſe, & circulus. 7. Metaphy. t. c. 3

Animã dicere eſſe aĩal, eſt falſum & ꝙ eſt aĩatũ, eſt verum. 7. Meta. tex. cõ. 36. quod qũo ſit intelligẽdum vide ibidem in cõmen. 21.

Anima eſt quædam ſuba prima: corpus vero materia. 7. Met. te. cõ. 3

Vbi nota ꝓ primam ſubſtãtiã intellexiſſe formã, & nõ ſubſtantiam cõpoſitam ſingularẽ, ſicut ſumpſit in ꝓdicamẽtis, quandoq; ẽt prima ſubſtantia accipitur pro ſuba abſtracta. vt, 7. Met. tex. cõ. 41. vbi dicit ꝙ in quibuſdã idem eſt quodquid eſt cũ eo cuius eſt quodquideſt, vt in primis ſubſtantiis.

Anima dupliciter dr̃, alij nãq; vt animã. alii uero vt totũ. 7. Met. t. c. 3

Anima quia eſt exiſtens in alio, non habet perfectam diffinitionem. 7. Meta. tex. cõm. 40.

Animã & corpus aſſerentes eſſe duo diuerſa: nõ poſſunt aſſignare cauſam, quæ ſit cã ligamẽti animæ cũ corpore, ſed qui ponit ꝙ aĩa eſt perfectio corporis, & ꝙ nõ exiſtit corpus ſine aĩa, non ſunt apud ipſum duo diuerſa. 8. Meta. tex. cõ. 16.

Anima ita ſe hẽt ad corpus ſicut figura ad cuprũ, & albedo ad ſuperficiẽ. oĩa. n. ſunt perfectiones & formę ſubiecti. 8 Meta. cõ. 16. Ex quo colligitur ꝙ cũ aĩa intellectiua ſm Ariſt. & Auer. 1. de aĩa. tex. cõ. 21. ſit aliud genus aĩe, & Auer. in. cõ. dicat ꝙ rectius eſt vt ſit non aĩa, qđ nõ eſt forma formaliter perficiens ꝓ inherentiam ipſum corpus, ſicut multi ex mẽte Auer. dicere voluerunt, vt defenderẽt vnitatem, ĩmo fatuitatem intellꝰ eius. Aĩa. n. proprie eſt quæ ita ſe habet ad corpus, ſicut albedo ad ſuperficiem: &. 2. de aĩa tex. cõ. 26. bene dixerũt quicunque dixerũt aĩam nõ eẽ corpus, neque ſine corpoꝛ eſſe. Manifeſte aũt in. 3. de aĩa intellꝰ nullius corpis actus eſſe aſſeritur. licet ſm ſidẽ & veritatẽ ego teneã aĩam intellectuã eſſe formam ſubſtãtialẽ hoĩs & multiplicatã, atq; ĩmortalẽ. Videĩ cõtradictionibus nuper editis.

Anima cũ corpore ſunt vnũ, ſicut dicimus ꝙ prima materia cum foꝛa ſunt vnũ. 8. Meta. tex. cõ. vlt.

Anima non proprie diſponitur per ſcĩam, niſi q̃n fuerit ſciens in actu, & maxime q̃n fuerit in ſua vltima perfectione. ſ. q̃n vtitur ſcientia. 9. Meta. cõmen. 16.

Aĩas eſſe ſeparatas a materia: vtrũ ſit opinio cõceſſa a Plẽis. Vide in lib. deſtr. diſp. prĩa. inſolone. 7. dubij.

Anima vere ẽ ſimilis luci, quia ſicut lux diuidit᷑ diuiſione corporum lucentium, ſic eſt de aĩa cum coꝛporibus. Ex libro Deſtru. Diſpu. prima in ſolutione octaui dubij.

Animæ ĩnouatio eſt relatiua, & nullus ſapiẽtum dixit aliter niſi Auic. ſupra in ſolutione. 22. dubij.

Anima inter cæteras foꝛas materiales purior inuenitur, & maxime intellꝰ. ſ. aĩa intellꝰiua, d᷑ qua fuit maximũ dubium apud Philoſophos vtrũ eſſet de materialibus formis. Ex diſpu. 10. in ſolone. 2. dubij.

Anima rõnalis qũo intelligit᷑ ex duplici natura eſſe cõpoſita ĩdiuidua & diuidua, vide Themiſt. 1. de aĩa. cap. 12. ſup tex. 26. vbi pertractat opinionẽ Thimei, dicẽtis aĩam eẽ cõpoſitã ex eodẽ & diuerſo. d. enĩ hoc eẽ ſil᷑itudinẽ & nõ vere, ꝓ hoc facit authoritas Auer. đ duplici medio ſm cõpõnẽ, & ſm comparationẽ. 4. Cœli. cõ. 26. ſic ẽt. d. The. cũ dr̃ aĩam ex duplici natura cõſtare, id ita accipiẽdũ eſt, vt rõnabilis aĩę natura, minoris eſſe q̃ intellꝰus, & pluris q̃ irrõnabiles potentiæ iudicentur: cũ vtroq; tñ cognationem quandã hr̃e, qualẽ ferẽ mixta & cõpoſita cũ his ex quibus formãtur.

Animæ ſermo eſt multũ profundꝰ: & iõ deus appropriauit eũ hoĩbus ſapientibus, & multũ profundis in ſcĩa. Ex diſputationibus phyſicis. diſpu. 2. in ſol᷑. 7. dubij. Et ẽ authoritas Philoſophi. 1. de aĩa. t. cõm. 4.

Aĩę cõtẽplatio naturali ſcĩę cõuenit, cũ aĩa ſit vltima foꝛa aĩaliũ. Ex 1. de partibus aĩaliũ.

Aĩam ignẽ eẽ arbitrari, ſi ſe ẽ ac ſi ſerrã aut aſciã fabrũ, aut artẽ fabrilẽ eẽ idẽ arbitreris: qa opꝰ nõ niſi ĩuẽtus ijs effici põt. Ex. 2. de putꝰ. ca. 7.

Aĩa eſt corpore melior, aĩatum inanimato ſ᷑ſtat ꝓ animam: & eſſe q̃ non eſſe, & viuere quã non viuere melius eſt. Ariſt. in principio ſcdi

de generatione aïalium. Quod ét diuus Augustin. confirmat primo
» de trini. Viuétia nõ viuétibus, exi-
» stentia nõ exiſtétibus:, beata miſeris prę̃ferẽda eſſe iudicamus.

Anima ſenſualis & intellectualis, potentia prius hñi q̃ actu neceſſe eſt. Ariſt. 2. de gñatione aïaliũ. cap. 3.

Animę vegetabilis facultas ſeu virt⁹ in aïalibus & plantis, ex alimẽto efficit incrementũ, vtẽdo caliditate & frigiditate quaſi inſtñs. mot⁹. n. in his, conſiſtit, & rõne aliqua vnũquodq; efficitur. ſupra cap. 4. vide in contradictionibus.

Anima quodãmodo ſunt oĩa plena. Ariſt. in. 3. de gene. aïa. cap. 2. Vbi declarat qũo calor viuificus eſt in aere, aqua, & terra, oĩa aïata gñans, hoc ét ſentit Auer. in. 12. Met. cõ. 18. Vbi ſcribit, calor ſolis & ſtellarũ diffuſus in aere & aqua, gñat aïalia ex materia putri, & oĩa ſine ſemine nata. Vide in contradictionibus.

Animę propriæ dicunt̃, quia ſunt organicæ, & nõ ſunt virtutes naturales: quod ſi medici appellãt eas naturales, largo mõ, hoc eſſet veritas ſi ipſi crederẽt q̃ ipſa eſt, ſm relationẽ, aut ſm operationẽ: ſed ſi ipſi credũt q̃ ipſa in ſui eſſentia ſit virtus propria ſolũ, iſtud eſt error. 2. Colli. cap. 7. Ex hoc ſcire potes, q̃ eſt dñia magna valde inter aïam & intell'um. hoc. n. eſt in quo taxat Ariſt. antiquos, vt Democ. & alios, qui nõ diſtinxerunt inter intellectũ & aïam: & ex hoc fundamento patet ſolutio magni Achillis illius Põponacij ſuper ratione illa, in primo de anima fundata, in text. cõ. 12. vt alibi notaui diffuſius.

Anima nutritiua, quæ eſt in embrione præparata eſt recipeř aïam ſenſibilẽ, & ſtat cũ ea loco formæ & ſponis: & nutritiua eſt ei loco materię. Auer. ſñia in 2. Colliget. c. ij. de iuuamentis mẽbrorũ officialium deſeruientium ſenſui in gñali. Et aduerte q̃ iſta eſt ſñia oĩum Peripatẽticorũ lucidiſſimus Them. in 3. de anima. cap. 27. ſcribit. Sane ordo nãę & proceſſus hic eſt, vt reſpectu ĩferiorũ ſupioribus vtaĉ vice foñarũ: reſpectu ſuperiorũ ĩferioribus loco materię. Et ex hoc bene intelligere poteris frater mi', quõ ſemp viu⁹ cõpoſui, vna ſolũmõ eſt ſubſtãtialis foña: vt alias notaui ubi de Theorematib⁹. & ex iſto fundamento mirabiles qõnes ſoluuntur ĩ ſcia naturali. Et pondera & obliuioni nõ tradas hoc.

Animã aſſerentes terreri p humore melancholicum nigrũ, ſicut terreť hõ in obſcuro, dicũt in hoc verba cãtionũ: qa aliqua leſio nõ aduenit aïæ in obſcuro niſi priuatio ſenſati ſui viſibili: quia nõ videt aïa ĩ corpore, vt poſſit dici, quia ſentiat terrorẽ nigredinis. Et magis ſedũ eſt dicere vt videat extra, quia aïa non eſt intra, nec extra. 3. Collig. c. 40. quod eſt de accñtibus triũ virtutũ.

Animæ habitus ſequuntur corporis complexionem. ſupra.

Animæ affectiones maiorẽ affinitatẽ hñt cũ corpore q̃ ſenſationes. Dicit. n. Them. 1. de Aïa. neq; n. corpus tãq̃ inſtñm machinamentũ q̃ affectionũ: aſt qualia ſũt ſenſibilia viriũ ſua organa, & intermunia ſentiẽdi. ſed maior q̃dã affinitas ẽ corpori cũ pturbationib⁹ aï, q̃ ſenſib⁹ cũ inſtñs. Et reddit eãm. hęc. n. ſi laceſſita, pauloq; affecta fuerit, minus sẽtiẽdi legitimũ abrũpunt & ĩpediũt: corpis aũt mala pmixtio non impedit affectiones, ſed promouet potius atq; exhaurit. Ex hoc nota animam magis eſſe abſtractam in ſentiendo quã in appetendo: & virtutes concupiſcibiles ſunt magis immerſæ materiæ quã virtutes cognitiuæ.

Animæ eſſentiam non cõſtitui per modum. probatur. 1. de Anima. t. cõ. 43. & 44. & vide ibi Themi.

Anima, cœleſti quadam natura particeps eſt. nam apud Platonem vehiculum illud rarum ac ſplendidũ nihil aliud quã ingenium e quo animus cõſtet oſtendit. Apud Ari. quoq; naturam quandam aïæ tributam inuenias, quæ quinto corpori proportione reſpondeat. quã & ad omnes animalium animas pertinere cenſuit. Them. 1. de Ani. ca. 20. Vbi aduerte Platonem triplex animæ vehiculum dediſſe, vt refert Proculus in Thimæo, & etiã Simplicius in. 1. de Aïa. videlicet ſenſibile, phãtaſticum, & æthereũ. Ariſt. autem opinionem requirit in. 2. de Gene. Animal. ca. 3. vbi inquit. Ineſt enim ĩ ſemine omnium
» quod facit vt ſecunda ſint ſemina.
» videlicet quod calor vocatur, idq; non ignis, non talis facultas aliqua eſt, ſed ſpiritus qui in ſemine, ſpumoſoq; corpore continetur, & natura quæ in eo ſpiritu eſt proportione reſpondens elemento ſtellarum. Et aduerte q̃ talis natura, quæ eſt in ſpiritu gignitiuo incluſo in ſemine, eſt virtus informatiua, quæ eſt a decidente ſemen & a ſole. Ingenitis vero ex materia putri, talis virtus eſt a ſole tantum: vt. d. Auer. in. 12. Meta. com. 13. in calce commenti.

Animam magnitudinem aut corp⁹ eſſe, impugnatur. 1. de Anima. tex. com. 47. contra Timæum. & vide ibi lucidiſſimum Themi.

Animam non eſſe armoniam corporis deſtruitur variis rationibus ab Ariſt. & Platone. Themi. 1. de Anima. te. cõ. 54. & infra. Et eſt in Themi. ca. 23. vbi multas rationes adducit, q̃ non addunt̃ ibi ab Ari.

Animæ diffinitio data ab Ariſt. nõ fuit data pro anima illa vnica ſingulari, quæ tam longe abeſt a corpore, ſed ad perfectionem iũctam, quæ organicis corporibus, ab illa ſua ſingulis corporibus tribuitur. Them. 1. de Aïa. ca. 24. Vbi tenet dari animam mundi, a qua proueniunt animæ ſingularium animalium. quã (vt aſſerit) manifeſtant animalia ſponte naſcentia ex materia putri. Vide tñ impugnationem ab Auer. 7. Met. cõ. 31. & 12. Met. commen. 13. & 18.

Anima quæ vitam vegetabilem prę̃ſtat, & quæ iracundiam & cupiditates continet, non põt intelligi quã rõne ſeorſum a corpore maneat. nam ea quæ princeps eſt, & quæ intellectus vocatur, forte poteſt abiuncta defendi, quæ vim intelligẽdi animæ inijciat & influat. At reliquas naturas inherere, & quodãmodo intexi corporibus neceſſe ẽ, ſi præſtare vires & actiones ſuas debeat. Them. 1. de Aïa, ca. 24. Nota qũo poteſt in via Peripateticorum tueri per principium ſeparatum hominem intelligere, q̃d tamẽ apud multos latinorum ne dũ difficile: ſed impoſſibile viſum eſt.

Anima non iraſcitur neq; gaudet, ſed animalia. 1. de Anima. tex. cõ. 63. Vbi aduerte q̃ Themi. inqt. q̃ anima ita ſe habet in hoc, ſicut gladius

gladius qui incidit per aciē,& sphera voluitur per figuram, non tamen incidit acies, nec figura voluitur.ita homo irascitur per animā, non tamen anima hominis irascitur. Et ibi vide pulchram differentiam inter animam & accidentia, quia(vt inquit) globus neq; seipsum quærit,neq; simul diuersis cōuersionibus agi pōt.gladius quoq; neq; per se incidit, neq; multas simul ac varias cæsuras exercet:& anima ipsa est fons motus,ipsa præbet initium,ipsa ꝓcurat, ipsa se de motu vno ad alium refert,ipsa per se hanc transitionem facit non in tempore,sed momento : vt visio a cādidis ad nigra,ab his ad rubida, a quibus ad viridia confertur. Est etiam alia differentia quam Themistius vt notam omisit, quia anima facit hoc aliquid,sed accidentia quale solum.

Anima videt̄ solo motu locali mouere animal. 1.de Aīa.t.cō.83. qd fm Auer.est ex opinione antiquorum, fm Themi. vero intelligitur etiam fm Arist nam solius motus localis anima videt̄ eē dux & princeps, nam in cæteris motibus tota ratio non transfertur ad animam. nam exteriora ad hoc suum habēt momentum,ad sensum sensibilia, ad nutritionē auctionēq; alimēta.

Anima ē vna subiecto, quæ se tamē multis viribus spargit: sicut pomū quod subiecto vnum est, varias tamen & diuersas obtinet qualitates. 1.de Anima Themi. & Auer. tex. commen.92.

Animam intellectiuam cum Plato & Aristo.vidissent vim quandam immortalem habere, cæteras vero caducas atq; mortales:alter in prima hominis cōstitutione rōnabilē idest mentis optimam portionem in proprium habitaculū condidit. Alteri extrinsecus accedere visa. Themi. 1.de Aīa.ca.35.quod ideo dicit, quia Plato in Timæo collocauit partem intellectualem in cerebro, appetitiuam vero in corde, irascibilē in iecore. Aristo. vero in 2.de Generatio. Aīalium,mentem deforis accedere opinatus est, quæ nullius organi corporei actus est.

Animam nō habere partes in diuersis membris existentes impugnat contra Platonem in.1. de Anima tex.c.90.vsq; ad finem primi lib.

Anima cognoscimus animal & cādi uer, vtpote per quam & adsit & abs sit animantibus vita. Themi.2.de Anima.ca.3. Rectum enim vt dicit. 1.de Aīa,est iudex sui &obliq;

Anima,neq; cadaueris,neq; semi perfectio est alterum,quia desit uere, alterum vero quia nondum in vitam promotum est. Item alterum non pōt amplius vitam habere:alterū pōt quidem, sed nondū habet:pōt vero quia fieri organū potest, & vitam accipere. Themi. 2.de Anima.ca.6.

Anima,vtraq; perfectione describitur,sed prima diffusius. Themi.2. de Anima.ca.6.

Anima est forma formarū:nec propterea omnia esse dē quia formas omnium cognitione cōplectitur: sed etiam ꝓpea ꝙ materiæ formas exhibet,& vultus imponit. Ipsa .n. est anima quæ materiam rudem significatione & impressione formarum insignit. Nam & viuacitas omnis & vigor qui plurimus in materia cernitur, ab aīa videtur ortum habere. atque hoc in aīalibus quidem

quidem conspicuum incontrouersumq; est:sed in plantis & elementis obscurius. Themi. 3.de Anima. cap.52.hanc authoritatem allegat Commenta.7.Meta.comm.31.Et considera ꝙ positio Auicen.ponētis colchodeam, seu datricem formarum,hinc sumpsit originem.

Animæ diuisio secūdum Platonem erat secundum partes,locis & intercapedinibus differentes.sed secundum Aristo.est per potestates, sola diffinitione & ratione distantes, vt est diuisio pomi in cādorem, odorem,& dulcorem, Themistii sentētia in.3.de Anima.cap.56. & idem habet ipse in.1.de Anima.cap.3. idem Commentator.1.de Anima. commento.89.

Anima de qua agit Aristot. in libris de Anima, est quæcunq; versatur in corpore,quod generatur & interit. Alexan.in principio enarrationis de anima. Hinc patet error eorum qui volunt diffinitionem ēatam de anima competere intelligentiæ mouenti orbem. Vide etiā contra istam opinionem istorum Themi.in.1.de Anima.cap.20. cōtra illos qui volebant animæ diffinitionem competere animæ mundi.Item nota ex Themistio ex.2. de Anima.ca.5.vbi vult corpus organicum positum in diffinitione animæ eē corpus quod generatur & interit, cui ad vitam cibi præsidio sit opus.Idem notat Simplicius ibi & Ammonius & omnes qui sapiunt. Idem expresse notat Alexā. ibidem in illo capite vbi agit quot & quæ sint animæ. vbi vult talem animæ diffinitionem solis animabus quæ generantur & corrumpūtur competere & ibi expresse dicit Alex.ꝙ anima deorū si anima dicenda est per rationis cognomen anima nuncupari potest.

Anima corpus non est: sed aliquid corporis. Ari.2. de Anima.t.c.26.

Vbi aduerte ꝙ cum pluribus modis aliquid eē in alio dicatur, vt patet ex.4.Phy.t.cō.23. Anima nullo illorum modorum in corpore dicitur nisi eo modo quo forma esse dicit̄ in materia. Et vide super hoc Alex.pulchre ī sua paraph.de Anima.cap.3. vbi probat animam eē formam corporis. Et ibi nota quia Aristo.ipsam in.2.de Aīa enthelechiā appellat eo:quia:vt inquit,ei⁹ causa sit vt ea res cui⁹ est in fine ac perfectione consistat.

Anima non est actus corporis, sicut nauta nauis. Alex. in paraphra.de Anima.ca.5.vbi probat ꝙ nullum ex simplicibus corporibus sit anima.cogita de anima intellectiua secundum viam Auer.& Themi.

Animam Stoici spūm quendam ex igne & aere compositum faciunt. Itēq; Epicurei, qui ex quibusdam corporibus inter se differentibus animam cōpositam faciunt. Alex. in paraphra.de Anima.ca.7.

Animæ ptātes plures esse & finitas. Vide pro hoc Alex. pulchre in sua paraph.de Aīa.c.8. vbi agit de partibus animæ. Et ibi nota rōnes contra illos qui asserunt aīam fm quamlibet potestatem esse in qualibet parte corporis:licet non operetur in qualibet ꝓpter organi defectum. Quam opinionem nititur defendere Ioā. Gadauensis.q.7.in 2 de Anima & male.

Cōtra opinionē Io. de Gandauo.

Anima animalium non est similiū partium, sicut aīa stirpiū. Alex. supra ca.10.vbi reddit cām ꝓp quid

partes

Universidad de Deusto
Biblioteca

partes plantarum deciſæ viuunt: non autem animalium.

Animæ poteſtates diximus vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum ſm locum, cogitatiuũ. Ariſt. in. 2. de Anima. tex. com. 27.

Vbi aduerte q, textus græcus habet dianoiticon, vbi cõiter interpretes, tranſtulerunt intellectiuũ, ſed vere cogitatiuum dicitur, nam diania eſt in parte ſenſitiua, vt notat Simplicius in. 2. de Anima. in expoſitione tex. 29. vbi Philoſophus dicit quod, quibuſdam autẽ ineſt cogitatiuũ & intellectus. vnde aĩaduerte q inter potentias aĩæ quæ ſimul ſunt in eadem eſſentia coniunctæ, intellectus particularis qui dr paſſiuus 3. de Aĩa, coniungitur in hoĩe cũ aliis potentiis minus perfectis, quia in mortalibus vbi inuenitur potẽtia perfecta, ibi etiam inuenitur imperfecta. ſed intellectus per quem homo vſiter diſcurrit eſt abſtractus & deſorisaccedit: & iſte non eſt de potentiis illiusaĩæ, a qua emanant aliæ potentiæ, quare ille videt eſſe aliud genus aĩæ, & hoc ſolum contingere ſeparari ſicut perpetuum a corruptibili. Vnde etiam in. 2. de Anima tex. cõ. 18. Anima his videtur eſſe determinata ſeu definita, vegetatiuo ſenſitiuo, dianoitico, & motu, vbi per dianoiticum intelligit cogitationem. inquit enim lucidiſſimus Themi. in commen. ſuper libro de Memoria & Reminiſcentia. lib. 2. ca. 14. dianoea nihil aliud eſt quã cum imaginatione actio intellectꝰ coniuncta. Vnde nota bñ hoc: quia multi sũt grauiter decepti in hoc. & Petrus ille Pomponacius eſt vnus de illis, in libro ſuo de animæ mortalitate. Et hoc notat Cõmẽta. in. 2. de Anima. commẽ. 20. &. 21. qui vult Ariſ. ſoluere illas duas qõnes, quarum vna fuit, vtrum potentiæ aĩæ ſint diuiſæ ſm magnitudinem. ſecunda autem erat, vtrum omnes ſint aĩa aut partes & potentiæ aĩæ. Et ſoluta prima in tex. cõ. 20. ſecunda ſoluitur in. 21. &. 22. Nam de intellectu & perſpectiua potentia Ariſtot. d. q nihil adhuc manifeſtum eſt, ſed videtur eſſe aliud genus animæ, & illud ſolum contingere ſeparari ſicut perpetuũ a corruptibili. Et ibi notat Comẽ. q intellectus ſm Ariſto. per quem homo ſpeculatur & cogitat, nõ eſt anima nec potẽtia animæ, reliquæ autem virtutes aĩæ manifeſtũ eſt q ſunt potentiæ animæ & inſeparabiles. Idem habet infra tex. cõm. 32. vbi Ariſ. d. enumeratis omnibus virtutibus animæ, & dixerat q vbi ſunt perfectiores, ſunt ẽt imperfectiores in mortalibus, & non econtra. Tandem excipit a numero potentiarum animæ intellectum ſpeculatiuum. inquit enim. De intellectu ſpeculatiuo alia ratio eſt. vbi lucidiſſimus Themi. notat, mentem qua cogitamus, & ſapimus non inre cõem rõnem cum aliis virtutibus. neq; enim põtẽtia aut pars animæ eſſe põt vt cæteræ, ſed ſubſtãtia quædam, intelligitur longe preclarior, melior, pulchrior, quæ tamen in naturam inferiorem ignobiliorem q; ſe inſerta receptaq; fit.

Vbi nota contra illos, qui ponunt intellectum eſſe potentiam animæ & de ſecunda ſpecie qualitatis, & non eſſe ſubſtantiam. Vtrunq; n. ſm Peripateticos falſum eſt, quia neq; anima, neq; potentia animæ eſt,

ſed eſt ſuperior natura quã ſit anima, ſicut anima eſt ſupra naturam, ſic intellectus ſupra animam, & deus ſupra intellectum apud Peripateticos. nec etiam qualitas eſt, ſed ſubſtantia. Vnde omnes expoſitores excepto Alex. & Peripateticis antiquis notant iſtud.

Anima proprie corpus mouere nõ dicitur. Alex. in paraphra. de Aĩa. in cap. de impulſu & virtute impulſoria. vide in contradictionib.

Animæ principatꝰ ſm omnes ſui poteſtates, in corde eſt, vel in proportionali cordi. Ariſt. in. 3. de Partitibus Aĩalium. c. de corde & Alex. diffuſe in paraph. de Aĩa cap. vlti.

Animam hominis in puerili ætate nihil a beluarum aĩa differre prope dixerim. Ariſto. in. 8. de natura Animalium. cap. 1. Facit pro tenentibus animam hoĩs eſſe mortalem. Sed tu dic, q iſti non faciunt dr̃iam apud Ariſto. inter animam & intellectum. & hoc eſt maximus error vt alibi notaui.

Anima ſenſibilis non eſt niſi ad qualitates. 3. Colliget. ca. 31.

Animatũ fere equiuoce dr̃ de iſtis q̃ ſunt hic, & de ſuperioribus. 2. Cœli. com. 60. &. 71.

Animatum nobilius eſt inanimato neceſſario. 2. Cœli. cõ. 61. & textu.

Animata quædam & ſentientia non mouẽtur localiter, vt ſpongia maris. 1. de Anima, cõmẽ. 83. &. 2. de Anima. com. 16.

Animatorum ſemper in eo q̃d conſequens eſt, in potentia eſt id quod prius eſt: vt in figuris trigonũ in tetragono. 2. de Anima. t. &. c. 31.

Animatum corpus ex aere aut aqua conſtare impoſſibile eſt. 2. de Anima. tex. com. 111. Idem. 4. Metheorum. tex. cõ. 29. &. 2. de Generatione. tex. com. 50.

Animatorum nobiliſſimum nõ poteſt inanimatum eſſe, neq; æternũ poteſt vilius eſſe corruptibili. auctoritate Alex. in paraphraſi Meta. Auer. tract. 4. Colli. 3.

Animatũ differt ab inanimato ſenſu & motu. 1. de Anima tex. com. 19. idem. 2. de Anima. 16. quo ad ſenſum, &. 2. de Anim. 14. quo ad motum.

Animata alterantur alteratione ſpirituali exiſtente in ſenſibus: & alteratione corporali exiſtente in ſenſibilibus. 7. Phy. com. 11.

Animalia & vegetabilia ſunt viliora corporibus cœleſtibus. 2. Phy. cõ. 46. 2. Cœli. tex. cõ. 50. &. 61.

Animal eſt paruus mundus. 8. Phy. tex. com. 10. idem Galenus. 3. de vtili. particu. ca. 10. prope finem.

Animal dicimꝰ ipſum ſeipſum mouere, quia non videmus ipſum moueri ab aliquo extrinſeco. ſecus autem de rebus inanimatis. 8. Phyſi. tex. commen. 17.

Animalia & inanimata, licet vtrũq; indigeat in rei veritate motore extrinſeco: tamen eſt latentius in rebus habentibus animas. 8. Phyſic. commen. 17.

Animalia dicuntur mota ex ſe, inanimata vero non: quia animalia exiſtimantur poſſe moueri & quieſcere ex ſe, quod non inuenitur in eis, quæ mouẽt naturaliter, ſupra.

Animal quod mouetur ex ſe aſſimilatur toti mundo. ſupra tex. c. 17.

Animalia ſemper habent morũ naturalem intrinſecum ab anima nutritiua per calorem naturalem, & etiam alteraĩ a continente. 8. Phyſico. commen. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animali non accidit appetitus, nisi ex imaginatione. supra. &. 2. de Anima. tex. com. 20.

Animalis quies in somno, est perfectissima quies quę fit post motum & expergefactio ab eo est perfectissimus motus post quietem perfectam. 8. Phy. com. 20.

Animal cum sit motū ex se, est motum naturaliter, quia mouetur p principium intrinsecum, & tale est natura. 8. Physi. tex. com. 27. Ex quo patet ꝙ anima vt est prīcipiū intrinsecum respectu motus existē tis in animatis, natura dici potest. Ita etiam notat Simpli. authoritate Alexan. in. 2. Physico. de diffinitione naturæ.

lia et na ura dici otest.

Animalis proprium est & animatorum ipsa a seipsis moueri, & facere stare posse ipsa secundū seipsa. 8. Physi. tex. com. 29. Idem ibidem. tex. commen. 17.

Animal mouetur motu processiuo cum phantasia & appetitu. 3. de Anima. tex. com. 44.

Animalia multa immobilia sunt. 5. de Anima. tex. com. 45.

Animalia non indigēt in principio sui motus causa extrīseca, sicut inanimata, supra.

Animal corruptibile non continue mouetur ex se, quia corpus eī⁹ monetur ab extrinseco. 8. Physic. tex. commen. 20. &. 51.

Animal generabile quandoq; mouetur per partem instrumenti, & quandoq; per totum instrumentum. verbi gratia, quandoq; mouetur per partem caloris naturalis, & & quandoq; per totum, & dū mouetur per totum mouet per duas potentias. 2. cœli. cō. 36.

Animalium omnes impotentiæ prę ter naturam sunt: vt senectus & decrementum, supra tex cō. 37.

Animalibus quę sunt hic accidit trā mutatio & corruptio propter duo tum quia sunt cōposita ex elementis contrariis: tum quia elementa ex quibus constant nō sunt in suis locis propriis. Vnde pp contrarietatem transmutantur adinuicem. & quia non sunt in suis locis appetunt separationē, & reuerti ad sua loca naturalia. 2. Cœli cō. 37. & habetur ex tex. Ex quo patet quantum deuiauerit Tho. de Garbo a summa sua a veritate, qui tenet ꝙ si humanum subſtantificum posset eque perfectum reparari, ꝙ possent vna homines perpetuari. Paralogizat enim per fallaciā cōsequentis: nam sunt aliæ causæ mortis naturalis, vltra illam. Elementa enim existētia in aīali naturaliter appetūt separationem, & reuerti ad sua loca naturalia: & ille appetitꝰ frustra non pōt, cum sit a natura. Deus aūt & natura nihil frustra facit. Oporteret igit̄ ꝙ qñq; ad actū reducatur: dissolutio autem illa & separatio necessario inferret corruptionē ipsi cōposito, vt manifestū est. Aīalium gñabiliū motus variatur potest in velocitate & tarditate, ex sola apprehēsione, quia mouet̄ a bet trinsecis: aīal aūt cœleste hoc nō patitur, quia extra ipsum nihil est qđ moueat ipsum. 2. Cœli. cō. 37.

Animal cęleste semper habet imaginationem in actu: sed animal corruptibile quandoq; in potentia, & quandoq; in actu. supra.

Animalium progressiuus motus in medio intenditur. 2. Cœli. 35.

Animal ligatum, & animal diuisum non ligatum non dīr vnum nisi equiuoce, sicut etiam nō dīr vnū motum nisi equiuoce. 2. Cœli. cō. 71. Consimile. supra cōmen. 60. & ibi moderatius loquitur, quia. d. ꝙ dicuntur fere equiuoce.

Animalia, quæ non inueniuntur in tota habitatiōe terrę nisi in aliquo loco, propria sunt illis locis. Et causa in hoc est conuenientia illorum locorum in complexione cōueniēti illis animalibus, & hoc dat vt nō sint valde remota adinuicem. naturæ. n. remotorum locorum sunt diuersæ. 2. Cœli. tex. com. 111.

Animalia sunt nobilissima corporū generabilium & corruptibilium, & anima ē nobilior omnibus, quæ sunt in animalibus. 1. de Aīa. cō. 2.

Animal vīe, aut nihil est, aut posterius est. 1. de Anima. tex. comm. 8. quomodo sit intelligendum, vide pulchre Alexand. in libro naturalium quæstionum.

Animal quodlibet dicit̄ viuere dū nutritur. 2. de Anima. t. c. 14.

Animal nō potest esse sine sensu. 2. de Anima. tex. cōm. 15. idem. 3. de Aīa. tex. cō. 60. &. 2. Cœli. 61. &. 12 Metaph. 36. intelligitur de animali generabili.

Animal est per sensum primum. 2. de Anima. tex. c. 16. Intelligitur in mortalibus. huius autem signū est spongia maris quæ dicitur animal, & tamen non hēt nisi sensum tactus, & nō mouetur, & multa ex habentibus testam dicuntur animalia, & non solum viua, quæ tamen non mouentur.

Animalis anulosi quelibet pars habet naturam sensibilem, imaginatiuam, & desideratiuam & motiuā fm locū. 2. de Anima. t. com. 20.

Animalia diminuta nō habent imaginatiuam in absentia sensatorū, sicut animalia perfecta. supra. commento. 20.

Animalium quædam habent quinque sensus, quædam habent quosdam, vt talpa, & quædam habent vnum. s. tactum, vt spongia maris. 2. de Anima. com. 23.

Animal inuenitur quod nutritur ex rebus carentibus sapore, & nutrit̄ a suis radicibus sicut planta: vt est spongia maris, supra cō. 31.

Animal quodlibet habens os, habet aliquem gustum. ibidem.

Animalium complementum & finis eorum qui intendebatur in generatione, quem cum natura potuit pertingere stetit: est modus animalium, habens virtutem cogitatiuam, idest intelligibilem. Ex. 2. de Anima. commento. 32. ex quo patet hominem finem esse omniū generabilium.

Animalia carentia sanguine non habent vocem, ex habentibus autem sanguinem, pisces. 2. de Anima. tex. commento. 87.

Animalia excedunt nos, non in cōprehendendo differētias odorum, sed in comprehendendo eas a remoto spatio. 2. de Anima. comm. 92. Idem Aristot. 5. de Generatione Animalium. cap. 2. vide etiam pro hoc in fine libri de Sensu & Sensato.

Aīal quodlibet quod est innatū cē ī aere aut aqua, non sentit aliq̄ qualitatem caliditatis aut frigiditatis in eis, si fuerit in simplicitate quā dicunt habere: quia est locus eius naturalis: & locus est similis locato & sensibile debet esse contrarium ante passionem. 2. de Anima commento. 115.

Animal non ſentit calorem aut frigus in aere aut in aqua, niſi quãdo cum eis admiſcentur corpora calida aut frigida, quæ ſunt extranea ab aere & aqua naturali. ibidem.

Aĩalia quæ generant ſibi ſimilia, p fecta ſunt. 3. de Aĩa. t. com. 45.

Animalis corpus ſimplex eſſe non poteſt. 3. de Anima. tex. cõ. 66.

Animalia ſolo tactu priuata, neceſſario moriuntur. ibidem.

Animal non eſt neceſſarium habere alium ſenſum a tactu. 3. de Anima tex. com. 67.

Animal habet alios ſenſus a tactu, nõ pp eſſe, ſed propter bene eſſe. 3. de Anima. tex. com. vltimi.

Animal per virtutem quã Auicẽna vocauit exiſtimationẽ fugit naturaliter nociua, licet nunquã ſenſerit ipſa. Ex commento libri de Memoria & reminiſcentia.

Animalia & vegetabilia longe vitæ, hẽnt plus de calore quã de frigore & plus de humido quã de ſicco. & ideo animalia & vegetabilia ĩ quibus dominatur caliditas & humiditas, & ſimiliter virtutes actiuæ, ſunt longę vitę. Ex libro de cauſa longit. & breui. vitæ.

Animalia marina ſunt longioris vitæ quã agreſtia. ibidem.

Animal dictum de animali cœleſti & corrupubili, non dicitur equiuoce, ſed fm prius & poſterius, & in talibus naturis neceſſe eſt vt prius ſit cauſa poſterioris. 2. ca. de Subſtantia orbis. vide in concordantiis.

Animal non fit in ipſa digeſtione, ſicut quidam aiunt, ſed in ſegregatione putrefacta in inferiori vẽtre deinde aſcendit ſurſum. 4. Metheororum. tex. com. 28.

Animalia ſolum in terra & in aqua ſunt: in aere autem & igne nõ ſunt quia corporum materia hęc ſup tex. commen. 29.

Animalia habẽtia memoriam ſen prudentia: & ſunt diſciplinabilia ra non potentibus memorari. E prohemio Meta.

Animalia prudentia, ſine adiſce ſunt quęcunque ſonos audire p poſſint. ibidem.

Animalia non habentia inuolu in inteſtinis, ſunt voracia, & inu tiabilia, & omnino cibo dedita, cut plantę. Gal. 4. de vtili. parti. 17. auctoritate Platonis & Arift.

Animalis partes qũ anima ſepa tur equiuoce dicuntur. 7. Met. com. 35. 37. & 39. & primo de p animaliam. cap. 1. & in fine q ti Metheororum.

Animalia quędam diuiſa viuũt ſi tamen potentia omnia erunt q do fuerit vnum & continuum tura, ſed nõ vi, aut copulatione Meta. tex. cõ. 56. & in comme redditur cauſa. vide etiam in. 2. Anima. com. 20. & tex.

Animal primo ſignificat forma & ſecundo congregatum. 8. Me tex. commen. 7.

Animalia non vident vt viſum h beant: ſed vt videant viſum hab 9. Meta. tex. cõ. 15. ibi enim d tur q; potẽtia eſt propter actum non econtra.

Animalia genita ex putrefactio generantur ex corporibus orbi & ipſa corpora dant eis vitã, q viua ſunt. ex diſpu. 9. in ſolu. & dub. idem. 12. Meta. cõ. 13. &

Animal nõ ſanguineum diuidi in quatuor genera manifeſta, cruſtata, teſtata, inſecta, & mol ex primo de par. aĩaliũ. ca. 3. &

Ani

Animal ſecundum totum, & non ſecundum partes animal eſt. Cõmẽ. in. 2. de Partibus. cap. de carne.

Animalium actiones qñq; fiunt per membra ſuperaddita, vel melioris notæ gratia: vel ex neceſſitate contingente ipſis ex aliquo accidente ſuperueniente. ex. 2. de partibus. cap. de carne.

Animalia quæ non ſunt vtrinq; dẽtata, & cornua habent, ſeuum plurimum habent. 2. de partib. ca. 5.

Animalia vtrinq; dẽtata & cornua habentia, vice ſeui, adipem habent. ibidem.

Animalia teſtata, teſtã habent propter duas cauſas, ſupra cap. 8.

Animalia inſecta habent naturam corporis mediam inter carnem & neruum, ſupra.

Animalia quædam exanguia, vt apes, & formicæ, prudentiora ſunt quibuſdam ſanguine prædita. Et vide cauſam in. 2. de parti. ca. 4.

Animalia exanguia tumidiora ſunt ſanguineis, ſupra.

Animalia magni incremẽti ſunt minus fœcunda, parua fęcundiſſima ſunt. 1. de Gene. animal. ca. 18.

Animalia ſanguine carentia, neque venam, neq; pulmonem, neq; veſicam, neq; renes, neq; epar habent. & hoc indicat ipſa nutriri corde atque ſentire. Eſt tamen in iſtis animalibus membrum cordi proportionatum, in quo ſenſus fundatur. Auer. in. 4. de parti. cap. de molli, cruſtaceo, teſtato, & genere inſecto rum. & elicitur ex ſententia Ariſt. ibidem. cap. 5. in principio.

Animalia quędam ſunt media inter plantas & perfecta animalia, ſcilicet ſanguine prædita ibidem. Et nota quòd iſta a græcis zoophita appellantur. Et nota ſecundũ Themi. in 2. de Anima. in expoſitione tex. 131. quòd iſta animalia zoophita, quædam habent tactum tãtum, quædam etiam guſtum: quædam etiam habent olfatũ. Sed Simplicius in eodem loco videtur dicere oppoſitum. videlicet q; zoophita nullũ habent alium ſenſum præter tactum. Dic q; Themi. largius intellexit, vt comparatio fiat inter plantas & animalia habentia omnes quinq; ſenſus, omnia talia zoophita dicuntur, ſic alia, ſed Simplicius ſtrictius.

Animalia inſecta plures pedes habẽt & priores maiores habent poſterioribus. Vide cauſam in. 4. de partibus. cap. 6. de inſectis.

Animalia omnia ſanguine prædita, excepto homine, formam gerunt pomilionis. eſt autem pomilio cuius pars ſuperior magna eſt, inferior vero parua quæ pondus ſuſtinet, motumq; exercet. ex. 4. de partibus. c. 9. Et ibidem ea de cauſa dicitur animalia dementiora eſſe homine, & inter homines pueri viris, & inter viros, pomiliones mente deficiunt.

Animalia ouipara mammis carent, quia non habent lac. mãma enim lactis coniectaculum eſt, & tanquã vas lactis eſt. In ouo autem lacteus ille humor ingenitus continetur. ex. 4. de partib. ca. 10.

Animalia quędam ſunt, vt aquatilia & terreſtria: & quædam cũ volucribus & pedeſtribus cõicant. ex. 4. de partib. ca. 11. prope finem.

Aĩalia ſanguinea non pñt moueri pluribus pedib⁹ quã quatuor. Iſta enim eſt proprietas aĩalis exãguis. ſupra. & Auer. ibid. ca. de piſcibus.

Animalium partes respectu totiꝰ vt materia, sunt partes dissimilares, dissimilarium vero similares, similarium vero vocata elementa. ex 1. de Genera. animal. cap. 1. Consimile. in. 2. de partib. ca. 1.

Animalium quædam ex coitu maris & fœminæ procreantur, quædam vero ex putri materia, atq; ex crementis. supra.

Animalia ex putri materia genita, generant quid diuersum, quod nõ est mas neq; fœmina, supra.

Animalium sanguine carentiũ sunt quatuor genera. s. crustatum, molle, insectum, & testatum. Auer. 1. de Genera. animal. exanguium.

Animalia tanquã plantę diuisa sunt & dum coeũt sicut plantæ euadũt. fiunt enim vt vnũ animal. in plantis enim mas a fœmina diuisa non sunt. Aristo. in. 1. de gene. animal. cap. vltimo in fine.

Animalium, alia perficiunt partum foras, mittunt sibi simile: alia vero nondum explanatum suamq; formam adeptum pariunt. quorũ sanguinea ouum pariunt exãguia vero vermem. ex. 2. de generatio. animalium. ca. 1.

Animal est pars animæ sensuali. 2. de genera. animalium. cap. 3. & in 2. de anima tex. com. 17.

Animalia quæ non ex coitu generã tur, non generant neq; marem neque fœminam. ex. 2. de generatione animalium. cap. 4. contra latinos, in opinione sua de genitis ex putredine, vbi iniuste Auer. reprehendũt. Idem etiam habetur. 1. de genera. animal. ca. 1.

Animalia quæ non vnigena coeũt, quod ea faciunt quorum tempus par, & vteri gestatio proxima, & corporis magno non multo dis pans: hæc primos partus similes bi edunt communi generis vtr que: quales ex vulpe & cane gen rãtur, aut ex perdice & gallinac sed tempore procedente diuers diuersis proueniunt, demum fi ma fœminę iustituti euadunt. sto. in. 2. de generatione anim cap. 4. Idem repetit & clarius in pi. sequenti. videlicet ca. 5. vbi dit causam quare in prouerbio Africã semp aliquid noui affer

Animalium quartum genus non iis locis quærendum est, quam aliquid esse exigit ordine ign enim quartum corpus enume Verum ignis semper formam propriam habere videtur, sed lio corpore. aut enim aer, aut mus, aut terra esse videtur qđ tum est. sed genus hoc apud quærendum est. hoc enim illam distantiam adipisci vide sed de his aliàs. Aristo. sentent 3. de generatione animal. ca.

Vbi animaduerte vt dicit Philoponus in isto loco Aristo cit hoc ex intentione Platonis posuit in ethere animalia gen tionalia, multum diuturna, quæ dem morti sunt obnoxia. sed sto. nõ assentit ei. Istud ét gen nimalium videtur innuisse A in. 2. de anima. tex. com. 29. vb cit quibusdam autem cogitat & intellectum, vt hominibus, quid aliud genus animalium melius & honorabiliꝰ: vt no Ammonius & Simplicius in expositionum, quia tres pon hoc notat etiam dominus A philosophum illud dixisse opinionem Platonis, non q

Arist. opinio. Nam Aristo. in fine tertij de Anima. demonstrat non posse dari animal ex elemento simplici constitutum.

Animalia testata sponte nascuntur. 3. de generatione animalium. cap. vltimo in fine.

Animal nullum in loco ignis existẽtis in cõcauo lunæ generari potest, & vide causam, in 3. de gener. animalium. cap. de generatione apũ. ab Auer. prope finem. Arist. enim illud dicit alibi esse declaratum.

Animalia multa testibus carentia generant mares & fœminas, veluti ea quæ carent pedibus, vt piscium genus atque serpentum. Aristo. in. 4. de gene. animal ca. 1.

Animalium quædam superferant, quædã vero nequaquã. supra. c. 5.

Animalibus omnibus partus fit ꝓnis in caput conuersis. Et vide causam. 4 de genera. anim. ca. 9.

Animalium alia vnicolora, alia versicolora, alia toticolora sunt. 5. de genera. anim. ca 6.

Animalium diuisiones diuersas, require. 1. de histo. aniima. ca. 1.

Animalia insecta illa appellant quorum corpus incisuris præcingitur, aut parte tantum supina, aut etiam prona. Arist. 1. de histo. aial. cap. 1. & in. 4 lib etiam ca 1.

Animal a vno initu plura concipere possunt. Et vide causam. in. 4. de generatione animalium. ca. 4. vbi impugnatur opinio antiquorum asserẽtium hoc prouenire ex multitudine locorum & acceptabulorum, & est opinio quam multi vulgares philosophi & medici tenent hodiernis temporibus.

Animalia habentia partem qua excrementum humidum emittitur, habent etiam illam per quã emittitur excrementum siccum. sed nõ omnia quę hoc habent, illud habere dicimus. 1. de hist animalium. capi. 2. Vnde quæcunq; animalia habentia vesicam habent aluum, sed non econtra.

Animalia quæcunq; ambulant, pedes pari numero possident. 1. de hist. anim. cap. 5.

Animal effemerũ, quod a vita die vno describenda ita appellatũ est, pedibus quatuor pennisque totidẽ mouetur, supra. Vide etiam de hoc in. 5. de natura animalium ca. 19. in fine. Inde forte medici, genus febris effimeram nuncupauerunt.

Animalibus testa opertis deest discrimen sexus. Arist in. 4. de natura animalium. cap. vlti.

Animalia cum stirpibus commune habent vt alia ex semine alia sponte nascantur. 5. de natura animal. ca. 1. Et. 1. de generatione animalium cap. 1.

Animalia sponte nata, si sexus discrimẽ maris & fœminæ obtinent, iis coeuntibus gignitur quidem aliquid, sed ex quo nihil amplius gigni possit. ibidem.

Animalibus qui ex vermibus proueniunt, & omnibus vermibus commune est vt primordium generationis, aut a sole, aut a spiritu præflatur. Aristote. in 5. de natura animalium. ca. 19. Idem Auer. 12. Metaph. com. 18.

Animalia quædã nascuntur in ijs ét quæ nullam putredinem recipere posse existimantur, vt in niue vetustiore & in igne. Aristot. sentẽtia. in. 5. de historia animalium. cap. 19. Et considera bene quæ notauerim in contradictiombus nu-

per editis.

Animalibus omnibus cõmune est, vt cupidine voluptateq; rei veneræ maxime gestiant incitenturq; 6. de natura animalium. ca. 18.

Animalia imbecilliora vtrauis rõne prius discedunt. s. vel propter estus vel propter frigus, nam scombri priusquam tunni, coturnices antequàm grues. altera enim Augusto altera Septembri mẽse incipiunt, 8. de natura animalium. ca. 12.

Animalia habere quandã vim naturalem in quauis animi affectione videntur, hoc est prudentia, stultitia, fortitudine, ignauia, clemẽtia, acerbitate, & reliquis habitibus generis eiusdem. 9. de natura animalium. cap. 1.

Animalia alia ab homine, quæ. s. auditu non carent, non modo strepẽdi, verumetiam significandi differentias possunt dignoscere, supra.

Animalia multa vt spongia marina & multa alia bruta, non videntur indigere cerebro & neruo magno descendente a cerebro, & propterea talia incisa viuũt. 2. Coll. c. 11.

Animalium corpora calidiora sunt terræ nascentibus: & propterea nõ inuenitur in terræ nascentibus calor in actu. 5. Colliget. ca. 24. Vide in contradictionibus.

Animalium complexiones diuersifi cantur in vna specie propter passiua, & propter aquã. supra. ca. 30.

Animalia sanguinea sunt calida & humida, sed exanguia sunt frigida & sicca. supra.

Animalia ouatilia sunt calida & humida, & q̃ n̄ frigida & sicca. supra.

Animalia quæ nascuntur in aqua, sunt frigida & humida. supra.

Animalia volatilia sũt magis aerea ambulatiuis. supra.

Animalia anhelantia sunt calida, nõ anhelantia frigida. supra.

Animal si quod ex aere solo constaret, quamuis visus ab auditu ab eo non distaret, propterea quòd toto se & videret & audiret: argumento tamen sensilium negari non posset duos esse sensus. Temistius. 2. de Anima. cap. 39. Inde elice ex mente Peripateticorum, non esse necessarium semper diuersorum sensuum diuersa esse organa secũdum rem, nã, vt ibidem dicit Themistius in eadem parte linguæ est tactus & gustus.

Animalia cætera præter hominem delectari & contristari vel dolere possunt: quòd genus non nisi præsentibus & instantibus rebus contingit, quæ voluptatis & quæ doloris inuehunt sensum: non autem possunt confidere, timere, & sperare. Nam audacia mentis, & spes statim ostendunt se rationalis animæ ditioni subesse: quia futurum & consequens tempus videntur respicere, quod bruta non possunt. Themi. 3. de Anima. ca. 38.

Animal depictum, & animal est & imago: & licet sint eadem subiecto, differunt tamen cognitione, & ratione. Ex libro de Memoria & reminiscentia.

Animal in vtero nutritur vt planta non vt animal: nam anima sensualis posterior aduenit. Themistius in libro de Somno & Vigilia. cap. 13. Et videtur esse sententia Aristotelis, in. 2. de Generatione Animalium. cap. 3. Vide de hoc diffuse Ammonium super. 2. de Anima, in expositione textus tertii. vbi dicit naturam gradatim ab inanimato

animato transire per gradum vegetabilem, qui constituit plantam, ad gradum medium, qui constituit zoophita, & tandem ad gradũ perfectum, quando vere animalia dicuntur, vnde embriones alligati matricibus cum nutriãtur per vmbilicum & non per os, & moueantur ad motum matricis cum qua sunt alligati, dicuntur esse zoophita. sed quando in lucem veniunt, & possunt propriis instrumentis nutriri & sentire, & præcipue ingredi, tunc vere animalia dicuntur. Vide etiam Alexandrum in paraphrasi de Anima. cap. 10. vbi reddit causam quare a stirpibus absciss æ partes viuunt. vbi dicit quòd animal in vtero non dicitur simpliciter animal, neque simpliciter viuere: quia nutrimentum sumit veluti pars, licet per propriam virtutem fiat nutritio in eo Idem Alexander in eodem libro in cap. de vi impulsoria dicit. In animalibus a primis generationis exordiis vis altrix inest. alimento enim vtitur iam effectum animal, & in vtero degens viuit, & hac sola potesta te vtitur. Sensualis autem anima mox animalibus dum nascuntur innascitur. Contractio enim & extensio nonnullarum partium, quibus id quod in vtero est sæpius vtitur, ex peculiari, & addicto sensu non est: sed velut animati portio, per has affectiones motu agitatur. Et nota quòd, vt notat Philopon⁹ in commento super libro secundo de Generatione Animalium: hoc nõ debet intelligi quòd anima sensitiua quo ad actum sit posterior in fœtu vegetatiua, immo est vna anima secundum essentiam, sed prius apparent opera vegetatiuæ quàm sensitiuæ. ita etiam tenet ibidem Albertus Magnus.

Animalium, quædam habent tactũ tantum, vt spongia marina & vrtica marina, sed non habet gustũ: quia spongia maris nutritur per radices ex rebus carentibus sapore, sicut plantæ. Quædam autem habent vltra tactum gustum, vt aiunt, vt ostrea & cocleæ, nam videmus talia pasci rebus sapidis, & in istis cernitur membrum simile ori, & ventri proportionale. In quibus autem os, aut ori proportionale est in animalibus, necesse est gustum inesse. talia autem olfactu carent. non enim esca talia venãtur. Purpuræ vero, & murices vltra gustum, habent olfatus sensum. nam videmus talia sequi escam, & venantur piscatores talia per escã. non autem habent auditum, quia nihil a sonis patiuntur huiusmodi. Nonnulla vero animalia vltra hos tres sensus habent auditus sensum, vt talpa quæ caret visu. Animalia vero perfecta habent vltra istos, visum, qui est perfectissim⁹ sensuum. Vbi cum in potentiis animę, semper perfectior, & posterior inferat priorem, & non econtra: sic omne habens visum habet auditum, & omne habens auditum habet olfatum; & omne habens olfatum habet gustum, & omne habens gustum habet tactũ, sed non econtra. Ammonius in. 2. de Anima super expositione tex. 31. Et ex hoc scire potes ordinem naturæ. quòd quæ dispersa sunt in imperfectioribus, vniriue continentur in superioribus, & nobiliori modo. Et hoc est quod ple-

runq; dicit Dionysius in libro de diuinis nominibus.

Animalia habentia vnam potentiã ãnimæ tantum, non proprie animalia, sed animata viuentiaq; nuncupantur. Themistius in secundo de Anima. tex. commento. 23. vbi Arist. dicit, quòd quædam habent vnam tantum. Et ita notat Ammonius in illo loco, asserẽs animal ibi accipi pro animato.

Animalia quædam magis immortalitatem participant, quædam vero minus. Illa enim quorum generatio est continua, magis participant sempiternitate, quæ vero statis temporibus & descriptis, modo cõparent, modo vero penitus abolentur minus. Themist. 2. de Anima. capi. 14. in expositione. textu 34. &. 35.

Anaxagoras, partes similares, & intellectum diuinum principia statuit. 1. Physico. tex. com. 32. &. 33. & Themist. ibidem.

Anaxagoras posuit intellectum (qui est Deus apud ipsum) segregare elementa quæ erant in mixto. 8. Physicorum, comm. 2. &. 3. de Anima. tex. commen. 4.

Forma est rei causa quantum ad eẽ, materia vero quo ad fieri. Themi. 2. de aïa. in prin. & ibidẽ. cap. 6. inquit. sicut a forma res hẽt vt sit, ita ẽt a forma hẽt vt sit vnũ. Alex. etiã in paraphrasi de aïa. vbi ostẽdit animam esse formã. inquit, a specie res habet vt sit, vide etiam Alex. ibidẽ in 1. capit vbi dicit. & forma est a qua vnum quodque est id quod est, & ꝙ differentia rei per formã non per materiam. Et elicitur ex tex. ibidem tex. commen. septimo. ens & vnum quum multis modis dicantur quod vere est actus est, vbi Themist. asserit, quod modis autem esse quid dicitur totidem vnumquodq; dicitur. Decem autem sunt, verum intra decem quoque erunt appellationes vnius ang. vtrumq; præstat forma ea quam nos endelechiam appellamus.

Forma licet in materia producitur, non tñ est ipsi materiæ forma, sed eius ꝙ ex amba bus facultatibus cõditum est. Them. 2. de anima. cap. 6. Vide pro hoc Auerr. & Philosophum. 7. primę philosophiæ. text. cõmen. 26.

Forma minus videtur posse per se subsistere q̃ materia, licet materia fm se subsistere nequeat absq; forma. Alexander in principio adueniationis de anima cap. 1. Videin concordantiis nuper editis.

Forma est principium a quo dris q̃ fm id quod est agere & pati corpo ribus insunt, omnia. n quę agũt & quę patiuntur, quatenus corpora sunt, vt hoc aut illud agant patianturue, a specie possidẽt, ecirco nõ ab re dr pati & agere corporea per eaquæ in corporea sunt, Alexã in paraphrasi de aïa cap. 2. Videin concordantiis nuper editis.

Forma dicitur in respectu materiæ, & econuerso. 9. met. cõ. 11. videin concordantiis nuper editis.

Formicarum quędam sunt pennatæ, quędam vero pennis priuatę 4. de natura anim. cap. 8.

Formicę origani sulfuris q; puluerna sahoq; migrant Ari. in 4. de natura anim. cap. 8.

Formicæ nihil venãtur, sed facta ab aliis colligunt. Arist. in 9. de natura anim. cap. 40.

Fortuna est causa per accñs in his q̃ sunt in minori, fm propositũ, q̃ gp hoc sunt 2. phy. tex. cõ. 52.

Fortuni-

Fortunitas est in actionibus, nihil. n. aliud est q̃ actiones laudabilium finium. ibidem in cõ. 58.

Fortitudo est dispositio fm cursum naturæ eius in potentia, & dr respectu debilitatis. 7. phy. cõ. 7.

Fortuna & casus, hoc est cũ volũtas, aut natura facta est alicuius per accidens causa. Them 2 physi. super tex. 50. Et elicitur ex textu.

Fortuna differt ab aliis causis per accidens, in eo, ꝙ ille ideo causæ nuncupantur, quia accidentia sunt causę per se, vt aïalibus, grammaticus, musicus, deãbulator, quo fit vt nullum talium sit causa editum, at in fortuna actio vna eademq; est huius effecti causa per se illius vero pro accñs. Them. 2. phy. 51.

Fortuitæ rei si causas per accñs quæ propinquiores sunt & quæ remotiores scire voluerimus, oportet illas actu constituere, quandoquidẽ in causis per accñs simplr liceat in infinitũ procedere. Them. 2. phy. sup 55. Ex his liquet solo ad qõnẽ quã teste Simplicio Aristot. mouit in 2. phy. Sed non soluit, relinquẽs nobis solonem, nam videri posset fortuitam non infinitam rẽ esse cũ sit causa per accidens, sed in causis per accidens, quædam sunt propinquę quędam remotę. In infinitis autem non est propinquum neque remotum, quia non est prinũ nec vltimum, ex dictis autem Them. patet solo sicut vides.

Fortuna constare non oïa dicuntur quæ extra, cõsiliũ & voluntatẽ eue niunt. Euenit nanq; nauiganti in hieme naufragiũ facere, hoc neq; ex proposito cõsilioue, neq; fortuito euenire dicimus, quia plurimũ solet exitus ille nauigãtibus hieme euenire Them. 2. phy, super. 61.

Frangibilia sunt illa quę diuiduntur ad partes maguas, & minutim frangibilia sunt opposita istorũ: & diuidunt ad partes paruas, causa autẽ est distãtia pororum & propinquitas porox ĩminẽtes frangibilibus. Cõmen. in 4. methe. in summa.

Frangi est diuidi in partes magnas & cõminui est diuidi in partes subtiles. 4. metheo. tex. cõ. 44.

Frigidum calefacit conuersum quodãmodo, & ambiens. quẽadmodũ peccat volũtari⁹ sciẽs qñ ecõtrario vtiẽ sciã 8. phy. tex. cõ. 8.

Frigus quodãmõ est defectus caloris. 1. de gñat. & corrup. tex. cõ. 18. & 2. cęli cõ. 18. & 2. phy. 15 & 10. primę philosophię. tex. cõ. 7.

Frigus congregat omogenea & eterogenea 2. de gener. & corruptione. tex. cõ. 8.

Frigiditatis operatio prima & per se est priuatio operationis caloris naturalis, & est indecoctio & corruptio. 4. metheor. in summa.

Frigiditas aliquo mõ adiuuat in generatione, & hoc secundaria intentione, inquãtum coequat ipsum calorẽ naturalem, & ẽt frigiditas conseruat calorem naturalem generati ne exalet, seu vaporet, ibidem.

Frigiditas est duarũ specierum. videlicet. frigiditas aquea, & frigiditas terrea, frigiditas aquea operat humiditatem, terrea vero siccitatem. Auer. sñia in 4. metheo. Ex quo vꝰ ꝙ qualitates primæ in elementis inuentę tam actiuæ q̃ etiam passiuæ specie distinguantur de intentione eius, & fuit etiã sententia Alexã. in 1. lib. nãliũ quõnũ qõne 6. quã ẽt sequitur Simplicius in 4. de cœlo & mundo. Considera tamẽ instan-

tiam contra iſtam viam, quia tunc non ſufficienter Ariſtotel. venatus fuiſſet ex coniugationibus qualitatum primarum numerum quaternarium elementorum. in 2. de generatione & corruptione. in text. cõ. 16. Accidit. n. iuxta iſtam viam quatuor qualitates primas eſſe geminatas, & ita erunt octo niſi eſſet ꝙ ſunt quatuor genere vt ſunt interminatę, & vt precedunt formas elementarias in materia, ſic enim conſiderantur ibi, vnde Ariſto. dicit, ꝙ primum principium eſt prima materia, ſecundũ vero ſunt prima cõtrarietates. tertiũ vero ignis & aqua, & talia, ſed huiuſmodi contrarietates, vt sũt terminatę ſic ſpecie diſtinguuntur ſpecialiſſima, vñ quidã dixerunt ꝙ rõ Ariſto. demõſtrat quatuor eẽ elementa in genere, non aũt in ſpecie athoma. Nam ignis tres ſunt ſpecies, ignis, carbo, flamma, & lux, ſimiliter variæ ſunt ſpecies terræ, & aquę. vnde. Cõmẽ. in 3. de cœlo & mũdo cõ. 52. dicit, ꝙ cum ſit declaratum ꝙ elementa non ſunt æterna, oportet quærere numerum elementorum in corporibus ſimplicibus gñabilibus & corruptibilibus, in hoc igitur eſt iuuamen in hac perſcrutatione in ſciendo numerum, & deus ſcit, tñ conſidera ſuper hoc diligenter, requiras. n. ſpecialem qõnem circa hoc.

Frigiditas ſm Alex. facit ſubſtãtiam in corporibus frigidis, & caliditas in corporibus calidis, econtrario in rebus in quibus ſunt accidentia. ſ. ꝙ caliditas & frigiditas non ſunt ſubſtantię in rebus, quarum ſpecies non faciunt caliditas & frigiditas: ſed alię virtutes. ſ. aĩa in animatis. 12. meta. cõ. 22. idem 1. phy. cõ. 52. & 5. phy. cõ. 10. & 8. meta. cõ. 5.

Frigiditas eſt contraria caloti naturali & impedit ipſum in omnibus ſuis operationibus pp ſuam qualitatem. 3. Coll. cõmen. 20.

Frigiditas vt eſt declaratum in naturali philoſophia eſt in corpore ſicut inſtrumentum temperans calorem naturalem qui eſt primũ agẽs & ſubſtantiale 3. Coll. cap. 21. de accidentibus ſuperuenientibus vituti epatis. Et ibi nota vnum pulchrum ꝙ qñ augumentum frigiditatis eſt paruũ, tunc operatio naturalis membri diminuitur. Et miꝛr quando augumẽtum caloris extranei eſt paruum, tunc operatio naturalis membri diminuitur, & ſimiliter quando augumentum caloris extranei eſt paruum, tunc operatio mẽbri augetur, & hi mala, ſed quando augumentum frigiditatis & caliditatis eſt notabile, vt trahant calorem naturalem extra ſuam formam naturalem, tum mebrum faciet operationẽ contrariã ſuę operationi naturali.

Frigiditate natura non vtitur per ſe & prima intẽtione vt frigiditas eſt in aliqua operatione eius, ſed per accẽs, & ex ſecunda intentione. videlicet in tẽperando & cõmẽſurando caloꝛẽ nãlem in 2. de par. aĩalis cap de cere. & in 4. methe. cõ. 1. in digreſſiõe. Et iſto mõ intelligit dñs Gal. 16. de accñti & morbo ſpe fine, vbi hẽt ꝙ frigiditas : nulli functioni vtilis eſt. videlicet, p ſe & eſſentialiter, per accidens iuuat, vt patet in pria particula aphoriſmorum ventres hieme & vere.

Frigiditas ꝙ non eſt terreſtris eſt debilis operationis. 5. Col. cap. 12. vide in cõtradictionibus nup editis.

Fulmina quæ conſtant ex materia ſubtili aerea non corrumpunt corpora mollia in quæ cadunt, ſicut narratur: fulmina reſoluunt ſiue liquefaciunt æs, & non comburunt pannum, ſeu bombicem qui eſt cũ eis, & occidunt multa animalia abſque hoc ꝙ appareat in eis ſignum combuſtionis 2. Metheor. ca. 2. de fulminibus prope finem.

Fulminibus cadentibus in aliquibus locis inueniuntur in illis corpora ſimilia ferro & æri, vt narrauit Auic. & ꝙ ipſe laborauit in diſſoluẽ do illud, & non potuit, ſed diſſolebatur & conuertebatur in ignẽ. Et nullus Peripateticorum memi nit de hoc, & dixit etiam Auicẽ. ꝙ lapis magnus cecidit in Corduba igneus in die ſereno ſeu claro, & ip ſe vidit illum lapidem, & habebat odorem ſulphuris, & quaſi naturã ammoniaci, & hoc non eſt remotum. ibidem.

Fulmen ſeu ventus accenſus deſcendit inferius cũ velocitate, quia hæc pars fumoſa eſt compoſita, ſeu cõſtituta ex pte leui & graui, & hoc cum accidit parti graui frigefieri, tunc ab illa parte graui mouetur inferius, & impoſſibile eſt propter fortem mixtionem ſeparari partẽ leuem a graui. ibidem.

Fumus eſt ex aere & terra. 2. de gña tio. & corrup. 1. com. 28.

Fumus eſt calidus & ſiccus, & quamuis fumus habeat hanc complexionem, tamen ſemper remanet in eo virtus rei ex qua fit fumus, propterea vtimur in medicatione palpebrarum inuerſarum fumo thuris ad generãdam carnem bonam. 5. Colli. ca. 42. in fine capi. dum agit de fumo, hoc eſt contraponentes reſolutionem fieri vſq; ad materiã primam, ibidem etiam paulo ſuperius, idẽ Auerr. d de cinere, ꝙ cineres diuerſificantur ſm diuerſitatẽ rerum, ex quibus fiunt, vnde videmus ꝙ habent diuerſas proprietates iuxta naturam rerum ex quib⁹ generantur. Et Seneca in lib. naturalium qõnum dicit. ꝙ ſapor herbæ remanet in uaſis, & experimento hoc patet, ꝙ caro aĩalium retinet ſaporem ciborum & herbarũ, ex quibus nutriuntur, ſicut Paduæ caro vituli tempore hiemis habet ſaporem raparum.

Futurus incedere quis non incedet. Ex. 2. de gener. & corru. t. c. 64. ex quo patet non quæcunq; eueniunt ex neceſſitate euenire.

De litera G.

GALENO ſæpe accidit opinando aliquas eſſe demonſtrationes Ariſto in illis quæ intelliguntur ex verbis Ariſto. in primo aſpectu, & non ſunt in rei veritate, quapropter mox incepit ei contra dicere, neſciens ipſimet contradicere in veritate. 8. phy. c. 78. idem. 4. phy. in trac. de tempore, ſuper tex. com. 97. & 98. vbi etiam lucidiſſimus Them. hoc idem aſſeuerat. inquit enim, verum Gal. in plurimis omnibus fere ad hũc modum moleſtus importunuſq; eſt, & domin⁹ Albertus cognomẽto Magnus, ibidem. 4. v3. phyſi. tracta. 3 cap. 4. inquit. nec Gal. nec Augu. ſciuerunt bene naturas rerum.

Galenus errauit circa intellectum demonſtrationis in principio. 7i phy. quia nõ intellexit quid ſit primum motum per ſe. 7. phyſicorũ. com.

commen. 1. &. 2.

Gal. opinatus est ꝙ cor non est primum principium motus in animalibus, quia vidit animal extracto corde moueri per duos passus, sed quia animal non mouetur abscisso capite, opinatus est caput esse proprium motus. 7. phy. com. 4.

Galenus existimauit ꝙ nos non percipimus tempus nisi perceperimus nos moueri in materia nostra, & est imaginatio corrupta per se. 4. physi. com. 97.

Gal. redarguit temporis diffinitionē datam ab Arist. vide. 4. physic. Themist. super tex. 102. vbi ponit duas solones ad eius argumentū.

Gal. cum existimaret ꝙ nullus pōt scire mundum esse æternum nisi pp has propositiones, quarum ori go est a sensu & testimonio vetustatis, dixit in suo libro, quem composuit de his q̄ dubitauit, ꝙ nullā certitudinē habebat de mundo, vtrum esset nouus, aut antiquus. Et manifestum est ex verbis suis ꝙ ipse non vtitur in antiquitate mūdi, nisi talibus propositionibus, & in lib. suo quem appellauit de demōstratione. 1. cœli. cō. 22. vide etiam quæ ratio maxime fecit Gal. dubitare. 1. cœli. com. 92.

Galen. non sufficienter determinauit de anhelitu. 2. de aīa. com. 88.

Gale. existimauit ꝙ virtus cogitatiua est rationalis materialis. 3. de anima. com. 6.

Galenus tantum applicabatur errori ꝙ existimauit aerem esse sentiētem. Auer. in comm. libri de sensu & sensa prope finem.

Galenus dubitauit vtrum virtus informatiua esset creator aut creatura. 7. meta. com. 3. Et vide ibi cām.

Galenus dubitauit, an virtus dam. animam sit Deus, aut aliud. ibidem dispu. 3. in sol. 18. dub. &. 7. meta. commen. 31.

Galenus opinatus est principiū sanguinis non pulsatilium esse iecur per duas rationes. Aristo. autem opinatus est esse cor, ex. 3. de partib. animalium. in ca. de corde, etiam duabus demonstrationibus.

Galenus concessit vnam propositionem & dixit eam conuerti, ꝙ vbi de virtute aliqua animalis quæcunque sit illa virtus, ibi etiam est principium instrumenti illius virtutis, & econuerso, vbi est principium instrumenti alicuius virtutis, ibi est principium virtutis illius. ex. 5. de part. animalium. in cap. de corde Commentator.

Gal. in lib. de ingenio sanita. dicit ꝙ in apostemate epatis est flobotomanda basilica dextra, & in suis sermonibus vltimis dicit contrarium, ponit Auer. 7. Coll. ca. 29. & ibi ponit solutionem ipsius apparentis contradictionis.

Gal. in his quæ apparent in anatomia vbi discordat ab Arist. maxima facit difficultatem, quia hanc nostra ætate non possumus acquirere veritatem. Cōm. in. 3. de part. aīal. in ca. de corde. & est author. tas Damasceni in suis affor. is.

Gal. fuit qui inuenit aliud iuuamentum diaphragmatis a iuuamentis positis ab Aristot. & aliis antiquis, quod est magis nobile, quia huius modi vela mē vt ipse opinatur, est lacertus quo animal mouet pectus in respiratione, qd gen⁹ mēbroꝝ. s. lacerti p qd fit motus voluntar⁹ vt imaginor, non fuit cognitū ipse Arist. Et ideo laudem⁹ Gal. de hoc

sicut tenemus laudare ipsum in aliis rebus manifestatis ab ipso in arte anathomica. Auer. in. 3. de partibus animalium. in capi. de septo transuerso.

Gal. non intellexit Arist. opīone de capite. i. de osse tutante cerebrum, an sit pp cerebrum, vide Auer. cōtra Gal. in. 4. de part. animal. in ca. de mēbris animalium sanguineorum extrinsecis.

Galenus opinatus est fœminam habere verum semen, & actiue concurrere ad generationē, cōtra quē vide Auer. in. 1. de generatio. animalium. vbi adducit rationes eius, & impugnationem opinionis eius in illo cap. vbi ponitur impugnatio antiquorum.

Galenus non perspexit fundamenta naturalia, & ideo non est mirum si errauerit in mō generationis corporis ex membris, sed de sequentibus ipsum mirandum est. s. de Auicen. qui habebat notitiam scientiarum speculatiuarum. ibidem.

Gale. dicit ꝙ in epate est fons spiritualis. 2. Coll. ca. 8.

Galenus posuit neruos, & membra flegmatica & viscosa generari ex spermate, & reliqua membra ex sanguine, contra quem vide Auer roem. ibidem.

Galenus posuit neruos esse instrumentum motus voluntarii & sensus. Et vide motiuum eius. 2. Coll. capi. 8. de iuuamen. membrorum consimilium. 6.

Galenus assimilat in vno suo libro animam lapidi adamanti. 2. Colliget. cap. 7.

Gal. opinatus est illa mēbra restaurari non posse, q̄ ex spermate generā tur, sed non est ita, nā si ita eēt, tūc non videret aliqd membrum restaurari in aliquo aīali, & in alio non, & in aliqua ętate restaurari ī alia vero non. dr. n. ꝙ si oculi pullorum irundinum ernia patiūtur, mox reuertūtur. ossa vero sensim, aut non restaurantur, aut difficile recuperantur: sed priuatio partis aereæ quæ est in semine, & primi humidi inutilius reperti est in causa ꝙ talia membra, quæ incidūtur non coniunguntur, neq; restaurā tur. 2. de gene. aīa. ca. 2. Auer. vide ēt in eodem cap. in fine ca. vbi apertius Auer. huius problematis explicat causam.

Gal. doctrina in libro de complexionibus non incedit per viā per quā incessit in lib. de elementis. s. ꝙ viā demōstratiuā. Auer. 2. Colli. ca. 1.

Gal. error quem dixit de cōplexione temperata est paruus. ibidem.

Gal. dixit ꝙ pil⁹ gñat ex vno vapore fumoso adusto, sed hoc īdiget speculatione, quia vī ꝙ pilus sit corp⁹ extensibile siccū. Auer. in. 2. Colli. ca. 8. de iuuamen. mēbrorum consimiliū. Opinio ista Gale. est in. 2. complexionum. ca. 5. pōt tn̄ dici ꝙ Gal. ꝙ extēsionē illā pilus sumit ex cute in qua est viscositas quædā, vt est uidere ad sensum, vbi extracto pilo ēt in extrema radice vn ctuositas q̄dā, & sic p cōsumptionē eius in nobis contingit caluitium: vt dicit Arist. in. 5. de gene. aīaliū.

Gal. opinatus est locum esse spatiū separatum, contra quem vide pulchre Them. in. 4. phy. super tex. 36 vbi pulchre digreditur ibi, sed statuamus inquies.

Galenus opinabatur ꝙ epar propter dominium quod habet super oīa membra nutritiua, qd eēt penit⁹ in

virtute

virtute nutritiua princeps & ipse nesciuit ꝙ postremum nutrimentum est in corde,& ī eo est primo virtus nutritiua princeps. 2. Colliget in cap. 9. de iuuamentis membrorum officialium.

Gale. d. Aristot.& si vir doctus & ad quancunq; partem rōnem adducere eximius extiterit, nullam tamē potuit probabilem rōnem reddere,cur repleto capite vis sentiendi quiescat, sed in corde est collocata. Ex fine quarti lib. de causis simptomatum.

Gale.dixit ꝙ testiculi habent virtutem principalem generatiuam:sed vide impugnationē eius in. 2. Colli. ca. 10. de iuuamē. membrorum deseruientium generatiuæ,vbi tenet virtutem istam ſm Aristo esse in corde,& ibi est virtus principalis,quia cor trāsmittit eis calorem temperatum in debita quantitate, & qualitate. Et ideo ista membra inseruiunt,& cōcurrunt, vt instrumentum, & si qua est virtus in eis illa est particularis.

Gale.opinatur ꝙ instſm tactus est neruus qui venit a cerebro, & Aristo.opinatur ꝙ organum tactus ē caro. 2. Colli. ca. 11. de iuuamento membro. officialiū deseruientium virtuti sensitiuæ.

Gale.qñ dicit ꝙ in euacuatione mēbri maior cadit timor in euacuando quā in alterando,nō sane loquitur,sed errat, quia sicut timēda est euacuatio ne virtutem ledam⁹,ita ēī alteratione & maxīe ī alteratione frigiditatis,sed dic tu ꝙ Gal ꝙ sermo est cōparatiu⁹ & ñ absolut⁹.

Gale.dixit ꝙ sensus cōis est in cerebro,& Arist.d.ꝙ primo & principaliter est in corde. 2. Coll. cap. 11. Opinionē Arist. require in libr. de sensu & sensato. & in. 3. de partib⁹ animal. ca. 4.

Gal.dixit odoratus sensum fieri in duabus carunculis, quæ sunt similes capitibus māmillarum,sed Aristot.d.ꝙ fit in duobus meatibus q̄ sunt in naso. 2. Col. ca. 17. de iuuamento instrumenti odoratus. Et ibi require impugnationem Auerrois contra Gal.

Gale.sentit ꝙ origo , & situs caloris naturalis deseruientis motui voluntario sit cerebrum,& ad totum corpus miscetur per neruos ab eo, sed Aristot. opinatur ꝙ cerebrum sit seruitor cordis in hac opinione q̄ viam qua seruit & in sensibus & origo eius est in corde. 2. Colli. cap. 18. de iuuamētis membrorum voluntarij motus.

Galenus & omnes medici confitentur quòd virtus voluntaria est in corde. ibidem.

Gale.opinatus est ꝙ motus voluntarius nō sit nisi per musculos, & non est ita: musculi enim non sunt nisi in animalibus sanguineis perfectis, & non est impossibile esse motum volūtarium sine musculo, & si est ꝓpter calorem naturalem, aut propter rem quæ stat loco eius in animalibus , quæ sunt sanguinea neq; carnosa. 2. Colli. ca. 18. de iuuamentis membrorum anhelitus. vbi etiam vide impugnationē sua sit minus voluntarius.

Gale. opinatus est ꝙ virtus voluntaria motiua principaliter sit in cerebro,& ꝙ immediatū instſm istius virtutis sit neruorum. Aristo autē & Auer. tenēt virtutem istam principaliter esse in corde,& ꝙ primo instſm ꝓ se mobile abilia virtuti

sit musculus in animalibus perfectis. Et ideo egritudo a qua prouenit lesio in motu, est primo & per se in musculo & in neruo & cerebro non est nisi per viam & modū colligantiæ. 2. Coll. ca. 18. &. 19.

Gal. non habuit veram radicem in logica. ibidem. ca. 19.

Gal. in maiori parte rerū in quibus putat hoīes ꝙ contradicit Aristo. non est vera contradictio, sed sunt sicut conclusiones & complemēta. Et ideo nō est dicendū quòd illud quod dicit Gale. in particularibus rebus contradicit in vltibus. Arist. 2. Coll. ca. 19. de iuuamentis membrorum motus anhelitus.

Gal. & si tempore suo ars medicinę esset plene completa dixit,nō est impossibile ꝙ aliquis veniat post me, & inueniat aliquid quod per me non fuit inuentum. 2. Coll. ca. 19.

Galenus dixit ꝙ in motu anhelitus pulmo nullum habet propriū motum in se,sed sequitur motum pectoris,sed Aristoteles tenet oppositum. ibidem.

Galeni sententia motus pulmonis est violentus vel per violentiam. i. per viam per quam mouentur cor pora artificialia. Et melius est dicē dum ꝙ illud principium est in eo per motum,secundum quem mouentur naturalia. ibidem.

Gale. sentit ꝙ temperatior regio est terra græcorum , & inter alias est terra Hippocra . Et dicit ꝙ totum tempus illarum terrarum est, sicut tempus veris. 2. Coll. ca. vlti. quod est de complexiōibus temporum. vide tamen tu Gal in prima particula separatorum sermonum. cō. 14. & in lib. de tuenda sanitate parum post principium, quia Auer. nō bene habuit mentem Gal. quia non dicit Gal. totum tempus illius regionis absolute eē, sicut veris, sed respectu climatum inter quæ mediatur quartum clima, quia respectu tertij est, sicut estas, & respectu quinti est sicut hiems.

Galen. opinatus est ꝙ cholera non naturalis vitellina est calidior naturali,& alii medici præter ipsum tenent oppositum,& Auer. laudat dictum Gale. 3. Coll ca. 4. de causis egritudinum naturalium.

Gale. non cognouit virtutem discretiuam, cuius officium est vt cognoscat sanguinem a superfluitatibus, vt nutriat membrum ex conueniēti ori,& mittat vnicuiq; membro quod est ei simile,& virtus separatiua non est hæc virtus de qua ipse loquitur, Etenim est magna differentia inter virtutem discretiuam & separatiuam,& in esse & tempore. 3. Colli. cap. 16. de accidentibus superuenientibus virtuti nutritiuę in generali.

Gal. dixit ꝙ solutio continuitatis sit causa doloris contra quem vide Auerro. 3. Colliget. cap. 31. de accidentibus superuenientibus virtuti sensibili.

Gale.& medicorum causæ inductæ super accidentibus visus, sunt fundatę super falsa fundamenta , quia non est aliquid in oculo. nisi calor naturalis qui aduenit ei a cerebro per duos neruos perforatos, nec calor potest separari a corpore ī momento, etiam remanente calore in trinseco,& homine viuente,& impossibile est vt extendat vsque ad stellas, quia antequā veniret illuc esset corruptus. Nec etiam in eo ē corpus cœleste, nec igneum habēs splendo-

splendorem. 3. Coll. cap. 38. & fuit contra illos qui tenent visionem fieri extra mittendo.

Gale. conatur per rationes ostendere, ꝙ veritas ordinationis in circuitibus febrium ꝓuenit a calore putredinali, sed rationes eius infringuntur: nam mea sñia penitus est, ꝙ natura istos circuitus cum calore ītrinseco operatur, quāuis huic calori aduenerit aliquid extrinsecum in quantitate, aut qualitate in eo ꝙ est agens in materia non naturali. 4. Coll. ca. 27.

Galeni verba de febre sanguinis varia sunt, quia aliquādo dicit ꝙ est cholerica continua, & aliquando ꝙ est aliud a continua cholerica, & tu sententiam meam nosti in hoc. 4. Coll. ca. 31. de febre sanguinis, & & sanguinis eius.

Gal. sicut fugitiuus dixit medicinæ frigidæ non refrigerant corpus, nisi propter diuisionē in paruas partes: cuius impugnationem. vide. 5. Colli. cap. 3.

Gale. saporem amarum non appropriauit nisi calido tantum, sed amaritudo potest esse, & a calido, & a frigido, sicut calor niger inuenitur & per calidum, & per frigus. 5. Colli. ca. 27. & in. 2. de anima. cō. 105. & argumentum efficax contra Gale. & medicos est de oppio, qđ est in fine amarirudinis, & indicat paralisim ꝓpter suam frigiditatem. Et quamuis possent dicere ꝙ nō ꝓuenit amaritudo a parte frigida, nos dicemus iā amaritudo est dominans in suo sapore, & sapor fortis est in iudicio super natura, ibi. vnde debet iudicari ꝙ sit magis calidum quām frigidum, & quomodo non cogitauit hoc.

Gal. fuit verax, & legalis experimētator in arte medicinæ, & nullꝰ pōt ei comparari, nisi is qui cū clamat nō ītelligit id quod clamat. 5. Colli. ca. 31. Forte dicit hoc pp Rasim qui fuit maximus experimētator, & ille dum Gal. cōtradicit, plerūq; vocem propriam vī ignorare, alij referunt hoc ad Auicē. sed primus intellꝰ est magis cōsonus veritati.

Gale. opinatus est medicinę compositę oprationes contrarias prouenire a contrariis qualitatibus, & nō ab vna media resultante ex cōtrariis, cuius impugnationem requiritur ab Aner. in. 5. Coll. cap. 57. vbi etiam excluditur responsio Gale. assimilantis operationem medicinæ compositę operationi sensūs & sensibilium, nam sensus simul a cōtrariis sensibilibus immutat, sicut visus ab albo & nigro, vbi ponitur ratio diuersitatis, & ibi vide plura de hoc.

Gal. dixit ꝙ qñ sunt duæ medicinæ eiusdem virtutis, & vna est debilior alia si misceantur debilis dicet nuit fortiorem, cuius oppositum potest prouenire, & vide motiuū. 5. Coll. ca. 57. versus finem.

Gal dixit ī regimine complexionis temperatę, ꝙ qñ nascuntur sāl mutum super corpus illorum aspergatur, sed melius est, vt inungat cum oleo de glandibus, quia niordicationem non inducit & facit consimilē operationē, qa corpora exterius pp extrinsecas aduenientias indurantur, vt dicit Auēzoar. 6. Coll. ca. 8.

Gal. d ꝙ qdā medici dicūt ꝙ homo patus ter dēt exercitari & ter balneari, & hoc eidē placere vī, de quo nō modicū admiror, qa si hoc haberet, & horæ ciborū ternā sectionē habebūnt. Auer. 6. Coll. cap. 6. vbi recitat opinionē aliorum asserentium cōplexionibus temperatis in duobus diebus ter comedendi tempora distribuantur, & totis viribꝰ exerceantur, & opinio istorum ē magis veritati propinqua, cui mirabilis Auēzoar assentire videtur.

Gal. præcepit si sanguis sit coagulatus in pulmone vt ꝓpinet acetum cum aqua mixtum, sed hæc medicina est contraria iuuamēto causæ & accidenti, propterea quia aceto ineſt per naturam, vt moueat tussim, & tussis est prauum accidens, & hoc est timendum, & acetum cū sit punitiuum vulneri nocet, & sanguinē subtiliat & aperit, & propterea acetum est dimittēdum. 7. Colliget. ca. 34. solue primo Gale. ꝙ in casu necessitatis minus malū præfertur maiori, quia si sanguis ē coagulatus indiget subtiliatione q̄ fit pacetū, & tussis adiuuat ad expulsionē eius, nocumento autem derelicto, potest medicus postmodum obuiare.

Gale. dixit complexionē calidam, & humidam esse temperatam, contra quem, vide. 6. Coll. ca. 11.

Gal. in febribus actiuis ex dominio sanguinis qñ sanguis nondum putruit, ꝓcepit euacuationē sanguinis per flobotomiam fieri vsq; ad syncopim, cuius opinio est erronea & vide rōnes Auer. in. 7. Coll. cap. 8. quia sunt fortes contra Gal.

Gal. d. ꝙ patientes febres ex humoribus viscosis & mucillaginosis, non sunt euacuandi nisi per fricționem solā. Ego aūt dico, ꝙ climata ī hoc sunt multum considerāda, & propterea in hoc non est danda regula generalis. 7. Coll cap. 9. vide etiā de hoc. ibidem. ca. 10.

Gallinas ꝓcurātes vt gñose ꝓcreentur mutatis admissariis id efficiūt. Et vide cām. 1. de gene. aīal. ca. 20.

Gallinæ cum mares vicerint currūt, & ex tēplo mariū tētant supuentu coire, crista ēt ac caudaq; erigit, ita ne facile ꝓterea sit, an fœminæ etiā cognoscere nōnunquā etiam calcaria parua iis enascunt. 9. de natura aīa ca. 49. Ex illo loco scire potes mores & actiones mutare posse complexionem.

Gallinæ paruæ sunt fœcundiores generosis. 3. de genera. aīal. cap. 1.

Gallinæ bis parientes in die cito pereunt. Arist. in. 3. de gene. ca. 1.

Gallinæ iuuenis & pinguis caro melior ex omnibus volatilibus, & hēt mirabilem proprietatē in temperando complexionem, & ideo brodium suum est optima medicina leprosis. 5. Colli. ca. 31.

Gemini ꝛæpenumero euenit, vt in eadem parte vteri generentur mas & fœmina, idq; satis inspeximus in dissectionibus animalium ouiparorum, tum pedestrium, tum ēt piscīū. Arist. 4. de genera. aīalium cap. 1. aduersum Democritum, & Empedocl.

Geminos pariunt qñq; oues vel capræ vel pabuli beneficio, vel si mater, aut pater vim eā geminandi p naturam obtineat. 6. de natura animalium. cap 19. vbi nota ex indiuiduali ꝓprietate posse prouenīre, vt mas vī fęmina geminos edat. Gemini in solo humano genere si alter mas alter fœmina sit, raro seruantur, in reliquis animalibus, si alter mas alter fœmina sit enutriuntur & seruantur. 7. de natura animaliū. ca. 4.

Gemini

Gemini vel dissimiles inter se non sunt, sed plurimi magna ex parte similes procreantur. 7. de natura animalium. ca. 6.

Generatio alia simplex, & est in qua vnum fit ex vno, alia vero composita, & est in qua vnum fit ex pluribus. 1. phy. com. 44.

Generatum in actu licet sit vnum numero, ideſt secundum subiectũ, non tamẽ est vnum ſm rõnem seu diffinitionem. 1. phy. com. 60. vbi per generatum intelligit subiectũ generationis, quia illud dr̃ vere generari, vt ipse habet in præsenti cõmẽto. Ex hoc elicitur apud peripateticos ꝙ aliqua possunt esse eadẽ subiecto, sed differũt ſm diffinitionem, qđ etiam colligitur, ex. 5. phy si. com. 47. & ex 2. de anima. com. 147. & ex. 3. phy. 19. &. 21. &. 3. de anima. com. 1.

Generatio simpliciter est substantię ſm quid vero accidentium. 1. phy. 62. &. 1. de genera. & corru. tex. 7. &. 8. phy. t. c. 46.

Generatum in rei veritate est compositum ex subiecto, & forma. 1. phy. com. 64. &. 7. meta. t. com. 23 26. 27. 31. 33. &. 8. met. t. c. 8. & 12. metaph. com. 18.

Generatio est via in naturã. 2. phy. tex. commen. 14.

Generatum duplex, completum, & incompletum. 1. phy. com. 64.

Genera sunt formæ vniuersales, & differentiæ sunt formæ proprie. 2. phyſi. commen. 92. &. 91. Vide in concordantiis.

Generatio est ex contrariis vt declaratum est in. 1. phy. & inter aerem & aquam non est corpus medium in actu. denudat. n. a differentiis aeris & aquæ a contrariis. ſ. a calore & frigore. 5. phy. com. 49. Ex quo patet quantum errent qui tenent formam corporeitatis substantialem coeternam primæ materiæ secundum Aristo. & Com. idem. 5. phyſi. tex. com. 45.

Generabilia quæcunq; & corruptibilia, & omnino quæ aliquando q̃dem sunt, aliquando vero non necesse est in tempore esse. 4. phyſico. tex. commen. 120.

Generabilia & corruptibilia mensurantur a tempore duabus de causis & quia sunt mota, aut mobilia, & quia tempus excidit illa. 4. phyſico. commen 120.

Generatio alia simpliciter, alia secundum quid. 5. phy. t. c. 7. &. 1. de generatio. & corrup. t. c. 11 &. 20. 1. phyſic. tex. com 62. &. 8. phyſi. tex. commen 46.

Generationis causa essentialis ꝙ ad fit motus est, quia subiectum motus est ens in actu, sed generationis subiectum est ens in potentia. 5. phyſi. com. 8.

Generationes in prædicamentis accidentium non dicuntur generationes nisi cum determinatione. 5. phy. com. 8. Et habetur in tex. ibidem. & alibi sæpe.

Generatio est exitus eius, quod est in potentia actum. 5. phyſic. commento. 16.

Generatio non est motus & causa, quia forma ẽ indiuisibilis, & quia generatio est de non esse. 5. phyſi. com. 21. Ex quo patet in via Auer. 10. transmutationẽ in formis simplicibus quas ipse ponit. 3. esse indiuisibiles & recipere magis & minus ꝙ talis non est vera generatio, nec etiam est verus motus, cum ſubiectũ motus ẽ ens in actu, sed subiectum

biectum transmutationis talium formarum est prima materia. prima enim habilitas in materia est ad tales formas simplicium. 3. cœli. comm. 67. &. 12. primæ philoſophiæ. commen. 11. Tum etiã quia motus est inter contraria, sed formæ illę non sunt contrariæ secundum se, sed ſm sui qualitates cõtra Alex. vt patet. 5. phy. com. 10. Sed dic ꝙ sic Comm. habet consequenter loqui iuxta sua fundamenta, ꝙ quemadmodum ipse tenet ꝙ formæ elementariæ sunt mediæ inter substantias & accidentia, sic transmutatio earum, neq; est vere motus, nec vere generatio, sed est medium, quodammodo, idem enim est iudicio & termino motus, & de via & termino viæ, quia non differunt nisi sicut perfectum a diminuto: vt patet in. 5. phy. com. 9. Genus est prius in ratione Cõm. 5. phy. comm. 27.

Generatio & corruptio mutationes sunt, & non sunt motus. 5. phy. t. c. 51. & tex. com. 8.

Generatio & corruptio sequuntur alterationem, & non sunt motus, sed sequuntur motus. 6. phyſi. cõmen. 32. &. 45.

Generatio quodammodo est in magnitudine. 6. phy. com. 59.

Generabilia quædam sunt indiuisibilia vt sentire & intelligere. ibid.

Generationis motus est compositus ex transmutatione in qualitate, & ex transmutatione in substantia. 6. phy. com. 59. &. 32.

Generationis finis necessario est de alia specie motus, cum finis sit substantia & transmutatio, cuius finis est in qualitate. 6. phy. com. 59.

Generatio est tribus modis, aut ſm plicium, aut organicorum, aut cõplexionis & mixtionis. 6. phyſico. commen. 59.

Generatio & corruptio non sunt extra magnitudinem, licet non sint in ipsa magnitudine. 6. phyſicor. tex. commen. 59.

Generatio primæ partis carnis componitur ex alteratione, & generatione, vt cum generatur caro ex sãguine, primo amittuntur qualitates & accidentia sanguini propria, & fient accidẽtia propria carni donec amittatur forma sanguinis, & fiat forma carnis. ſ. in fine motº. ſ. in non tempore. 6. phyſi. com. 59. idem. 1. phy. com. 62.

Generabile quodlibet habet aliquã quantitatem naturaliter in initio generationis & fine, & ista quantitas habet extrema & medium. Vide consimile. 6. phy. commen. 32. &. 1. phyſic. 34 &. 2. de anima. text. commen. 41.

Generatio ita se habet ꝙ in ea forte est magis manifestum quã in aliis motibus ꝙ generãs est simul cum generato. 7. phy. com. 10.

Genus non videtur esse subiectum propinquum formarum. 7. phyſi. tex. commen. 29.

Genus vnum aliquid non est, sed iuxta hoc latent multa. 7. phyſi. tex. commen. 30.

Generatio impossibile est vt sit ex non esse puro, vt apparet ex diffinitione motus. 8. phyſi. com. 4. idem 1. phy. com. 71.

Generatio impossibile est vt sit ex prima materia secũdum ꝙ potest intelligi nuda a forma. 8. phy. c. 4. vide in concordantiis.

Generibus licet quandoq; abuti loco specierum, licet enim omnibus

vocabula arbitratu suo interpretari ac fingere. Themistius primo de anima. cap. 19.

Generari contrarium ex contrario potest intelligi duobus modis. 8. physi. com. 4.

Generatio non est primus motus tẽporalis, quia generatio non est motus, sed finis motus. 8. physic. com. 7. idem. 6. phy. com. 32.

Generatione existẽte erunt alij motus, quia generatio est finis aliorũ motuum, & qui destruit finem, destruit omnia quæ sunt ad finem. 8. physico. commento. 24. Vide in concordan.

Generans est quod dat generato formam suam corpori simplici & omnia accidentia, contingentia formæ, quorum vnum est motus in loco. 8. physicor. com. 32. & 3. cœli. commen. 28.

Genus aut mera notio est sine euidenti soliditate aliqua, sed ex tenui sub obscuraq; similitudine singularium collecta, aut penitissime nihil antequam singularia multo posterius, at species natura quædam esse amat & forma, nam ratio hominis simulatque ingata materiæ est, homo fit. Themist. primo de anima. tex. 8. idem Boetius in prædicamento substantiæ. & Commẽ. 12. meta. com. 4 & 27. & 1. de anima. comm. 8.

Generum & specierum nomina, vtrum notiones fabraque sint an naturæ aliquando in singularibus cõtentę pulcherrima consideratio est Themistius. 1. de anima. tex. commen. 8. idem Porphirius. vbi pondera, quia dicit, ꝙ neque animalis notio substantia est animata sensibilis multoq; minus notio hominis põt esse animal rationale mortale, sed singulares homines propria animalia rationalia & dicuntur & sunt, idem vide ab Auerr. ibidem commen. 8. & 1. metaph. comm. 45. tenet Alexan. in. 1. lib. naturalium quæstionum. quæstio ne tertia. vbi quærit quorum sunt diffinitiones.

Generabilia ex semine habent esse perpetuum: quia habent in seipsis generãs propinquum, secus est de genitis ex materia putri. Cõmẽ. in 8. phy. com. 46.

Generatio eorum quæ generant sẽ nõ completur nisi illic sit generãs extrinsecus præter generans propinquum ꝙ dedit solum generationis principium. 8. physi. comm. 46. & habet 2. physi. tex. commen. 26. & 12. primæ philosophie. tex. com. 13. vbi dicitur, sol & homo generant hominem.

Generans extrinsecum necessario alterans, & sua alteratio est terminata, ita ꝙ necesse est, vt sit finis calori naturali per quem completur illud ens. 8 phy. comm. 47. & idem habet in. 12. metaph. com. 18. & in. 2. de gener. animalium.

Generatio Ciceronis a Platone non est propter generationem eius ex Socrate, sed est propter voluntatem eius, quia voluit proijcere semẽ in illam fœminam, Sortem. n. generare Ciceronem est per accidens. 8. phy. com. 47. Ex quo patet contra illos qui asserũt ꝙ Plato nõ potuit gñari nisi a suo pre & nõ ab alio.

Generatio aut est alteratio, aut est alterationem. 8. phy. com. 55.

Generatio in animalibus quę sunt hic præcedit alios motus fm ꝙ prædicamentum substantiæ præcedit reliqua prædicamenta in quibus é motus. 8. phy. tex. com 57. Et ista est glosa Auer. in com

Generationem si alteratio præcedat hoc est per accidens. ibid. cõ. 57.

Generatione posterius natura prius est. 8. physi. tex. com. 58. & 9. met. t. c. 15. & 2. de parti. anim. ca. 1.

Generatio & corruptio eũ sint motus oppositi, non tñ habent alteratione per quietem mediam: sicut cæteri motus. 8. phy. com. 62. & ibi require causam. inquit. n. ꝙ hoc est, quia subiectũ non est aliquod demonstratum in actu, sed ambobus extremis motuum. Caueãt igi tur ponentes corporeitatem de prę dicamento substantiæ coeternam in prima materia, fm viam Aristo. & Auer. tunc enim istud dictũ minime verificari posset, vt patet intelligenti. In generatione & corruptione inconueniens penitus eé videbitur si factũ mox necesse est corrumpi, & nullo tempore pmanere. 8 phy. re. com. 62.

Generatio quælibet ex contrario fit in cõtrariũ, & ex subiecto quodam & fit corruptio. 1. cœli. tex. com. 20. idẽ. 1. phy. t. c. 43. & 44.

Generatio duplex, vera & transumptiua, generatio vera est quæ fit p alterationem passiuam, quæ requirit subiectũ & cõtrarietatem & tẽpus. inquit n. Cõm. 1 cęl. com. 20.

generabile vere est terminatum tempore, & fit ab aliquo. s. tanquã ex subiecto ne dum tanquã ab agẽte. sed generatio transumptiua est quæ non fit ab aliquo, sicut ex subiecto, & in nullo tempore Auer. est distributio. 1. cœli. com. 20.

Generabile quodlibet non generatur nisi ex aliquo ente sibi contrario, & ista propositio est vera, tam in generatione simplicium, quàm in generatione compositorum ex simplicib. quã in gñone vnius cõpositi ex alio cõposito. 1. cœl. c. 20.

Gño triplex, simplicis ex simplici, cõpositi ex simplici, & cõpositi ex composito: & ita est triplex corruptio. 1. cęli. com. 20.

Gñatio cõpositorũ fit duob⁹ modis, vł fit ex primis cõtrariis nullo alio cõposito mediãte, vt gñatio mineraliũ, & eorũ q̃ sine semine gñant̃ ab elẽntis, vt plantę, & sicut gñatio aĩaliũ q̃ p putrefactionẽ gñant̃, & qa é ẽt alius mod⁹ qñ vnũ cõpositũ gñat̃ mediãte alio cõposito, vt gñatio sanguinis ex pane, & gñatio mẽbrorũ a sãguine. 1. cęl. c. 20.

Gñans est sile gñato, & est cõtrariũ ei, ex quo fit gñatum, nõ. n. agit in materiam generandi nisi inquantum est contrarium. 1. cęl. c. 20.

Gñabile quodlibet, & corruptibile est terminatũ a tpe, & ideo qđ nõ est terminatum a tẽpore, est ingenerabile & ĩcorruptibile. 1. cęli authoritate Alex. & Them. in. c. 100.

Non gñabile non vere dr̃ duobus modis, aut illud qđ fit sine causis generationis, aut quod est difficilis generationis. 1. cęli. com. 3.

Generabile tribus modis sumitur. 1. cęli. tex. com. 112.

Gñatũ vel illud qđ gñat̃ necessario nõ fit fm viã gñonis. s. p alterationẽ. Cõ. 1. cœli. c. 112. vbi p3 ex intẽtione Auer. in entib⁹ ęternis & necessariis eé aliũ modũ gñonis a mõ verę gñonis, q̃ fit p alterationem. contra Grego. Ariminen. & Io. de Baccone, qui dicunt fm Aristo. & Com. nullũ aliũ modũ gñonis ipsos intellexisse nisi illũ, qui fit per

alterationem temporalem, cum tamen Com. etiam. 1. Cœli. cō. 105.
Dicit ꝙ si Plato dum dixit, mundū esse generatum, intellexit ꝙ partes eius præcedunt ipsum natura non tpe. Arist. nō discrepat ab eo, & in eodem lib. com. 106. inquit. ꝙ innatum est inueniri in tpe non habet prius & posterius, nisi fm esse, qđ est de lineis cum figuris. Et magis de rebus abstractis. qm̃ si aliqua generatio fuerit ex rebus non temporalibus, tunc illę res non erunt priores nisi in esse tantum, si igit intendebat dum dicebant eē generatum, qa est ex causis priorib⁹ in esse erit verum, sed verba eorum non compatiuntur hoc. Ecce igit qūo in via Cōm. & Arist. datur aliquis modus generans in rebus ęternis & non temporalibus, in quibus est prioritas naturæ nō temporis. Negauit autem Arist ibi esse generationem quæ fit ex subiecto præsuppositō & priuatione, quia talis fit per veram alterationem, & cum tēpore. Et hoc sequebatur ad verba Platonis, quia posuit ipsum esse generatum ex inordinatione entorum reductorum in ordinem. Inordinatio autem est priuatio & talis generatio quæ fit ex priuatione præexistente est cum nouitate & tempore, & ideo dixit Cōmē. ꝙ verba Platonis non patiuntur illā defensionem. Et confirmatur per Auer. in. 2. ca. de substan. orbis. vbi postquam dixit. ꝙ finis significat agens significatione necessaria, intulit ꝙ agens est duplex, quoddam est prius tempore acto, & hoc est ī rebus generabilibus, quoddam vero est prius fm esse. i. fm naturam qđ ęt illo modo est prius ipso tēpore. Et ideo via istorū virorū multum deuiat a via Cōm. sicut videtur vnde Cōm. 1. cęli. com. 114. scribit & innuit per hoc, vt reputo opinionem Plato. dicentis ꝙ mundus ante hoc non fuit equalis per naturā, & hoc est ordinatio quam intendebat cum dixit, ꝙ mundꝰ prius fuit ordinatus. deinde post venit ad ordinem. Et voluit hic notificare ꝙ mundus si semper fuit ordinatus, non est in eo potentia ad ordinationem. Et si venit ex inordinatione ad ordinationem, potentiam habet ad ordinationem & inordinationem, sic igitur philosophus fm Auer. negat istum modum generationis qui fit ex priuatione ad esse in rebus non tpalibus, quia talis est generabilibus proprius & corruptibilibus, vt patet in. 1. phy. Generationem rei cuiuslibet præcamenti diffinimus vel potētiam ad generationem per primū rem pus in quo possibile est generari & corruptionē determinamus ex primo tempore in quo possibile cortumpi. 1. cœli. 118.
Generabile quodlibet est corruptibile & econuerso. 1. cœl. t. cō. 151.
Generabile est quodlibet a suo simili, & corrumpitur a contrario. 1. cœli. tex. com. vlti.
Generatio cuiuslibet speciei istius mundi non perficitur, nisi per aggregationem motuum corporum cœlestium. 2. cœli. t. c. 2.
Generatur quodlibet a suo simili in substantiis, in accidentibus aūt nō est necessarium, vt oē accīs fiat a suo silī specie vel genere. 2. cęl. cō. 42. Vide in Theorem. nostris qūo fit plene intelligendum hoc.
Gñatū & nō gñatū non differūt in

necessitate, quæ est inter causam, & causatum. 2. cęli. com. 104.
Generatio & alteratio sunt in qualitate, sed hæc in substantiali, illa vero in accidentali. 3. cęli. c. 58. vide 5. meta. in cap. de quali. & eius forma substantialis qualitas quodam modo dici potest.
Generatio elementorum ex corpore duobus modis potest intelligi. 3. cœli. com. 56.
Generatio vera & sophistica. 3. cœli. commen. 56.
Genus quodlibet habet differentias oppositas fm perfectum & imperfectum. 4. cœli. t. c. 35.
Generatorum & corruptorum causæ sunt, quia elementa inueniuntur extra suum locum naturalem. 4 cęli. com. 41.
Generatio vnius est corruptio alterius, & corruptio vnius alterius est generatio. 1. de gene. & corruptio. tex. c. 17. & 18. & hoc in substantiis, vt habetur ibidem. t. c. 20.
Generatio alia simpliciter, alia non simpliciter. 1. de gene. te. com. 18. & 5. phy. tex. com. 17. & 1. physic. tex. comm. 62.
Generatio est trāsmutatio totius in totum, nullo sensibili remanēte ut subiecto. 1. de gene. & corr. t. c. 23.
Generatio est in toto & crementum in parte. 1. de gene. & corr. cō. 27.
Generatur quodlibet, aut ab omogeneo, aut ab etherogeneo. 1. de generatio. & corruptione. text. com. 30. Vide in Theorematibus quomodo sit intelligendum.
Generatio non est vniuersalis, sequetur enim generationem esse ex non ente. 1. de generatione. t. com. 40. idem. 7. met. t. c. 27.
Generatio & corruptio omnibus natura subsistentibus substantiis nō est sine sensibilibus corporibus. 2. de generatione & corruptio. tex. commen. 1.
Generantur natura constantia, aut semper, aut vt multum. Ea autem quæ sunt præter semper, aut vt multum ab euentu proueniunt. 2. de genera & corrup. tex. com. 39. idem. 2. phy. te. com. 48.
Generatio est continua & ęterna, qa motus localis est continuus & ęternus, quoniam motus generat faciēdo appropinquare generantē generando. 2. de genera. & corrup. tex. comm. 55. &. 56.
Generationis perpetuitatis tres causæ sunt assignatę ab Arist. materialis, formalis, & causa agens. de genera. & corru. com. 60.
Generationes quorundam entium sunt necessariæ, & quorūdam sunt contingentes. ex. 2. de gener. & corru. t. com. 66.
Genus demōstrat materiam, & differentia formam. 2. de anima. cōmen. 8. Non est intelligendum genus esse materiam Alexā. enim in libro naturalium quæstionum demonstratiue scripsit genus esse diuersum a materia. Et hoc etiā Cōmē. in. 1. primæ philosophię. com. 17. & in. 12. com. 14. sed intelligitur quōd genus comparatur ad differentiam, sicut potētia ad actum, & sicut materia ad formam. Vnde teste Porphyrio in cap. de differentia, genus est proportionale materiæ, & differentia formæ. &. 7. primæ philosophiæ. t. c. 43.
Genus non est præter generis species, & si quid est illud vt mā est.
Genera impossibile est elementa rerum esse. 1. de anima. tex. com. 78.

vbi Them.dicit.q̃ gña porro sunt notiones animi nostri & non elementa rerum.

Gña accepta in diffinitionibus, aut sunt vniuoca vt animal in diffinitione hominis, aut dicta multipliciter, vt ens & potentia & actus. 2. de anima.cõ. 30. Vbi patet duplex eẽ genus fm Peripateticos, vniuocũ, videlicet, & analogũ, vide pro hoc etiam 4.met.cõ.2 & 5.meta.cõ.4. & 1.de ani.cõ.7.& 3.de aïa.cõ.4.& & 3.phy.cõ.4.

Generat nihil ipsum sei ipsum, sed salnat 2.de ani.tex.cõ.47.

Genera rerum scitarũ, aut sunt scientiæ speculatiuę, aut artes operatiuę, aut virtutes cogitatiuę particulares Cõmenta. in cõmẽ.libri de diuinatione.

Generatio & corruptio & omnis motus est a virtute quæ est habitus, & omne quod caret causis motus, est necesse habere quietem, quæ est priuatio motus. Cõmẽ.in vlti.cap. de substan. orbis.

Genus rei cum ignotum fuerit non debemus stabilire illud 1. metheo. cap.2. Cõmenta. in sua media.

Generatio mixti est dũ virtutes actiuę dominantur passiuis, corruptio autem fit quando passiuę dominãtur actiuis.4.methe. in principio.

Generatio simplex & naturalis est permutatio ab his virtutibus, cum habeant rationem ex subiecta materia 4.metheororum.tex.cõmen. 2. Vbi scire debes q̃ triplex inuenitur generationis diffinitio tradita ab Aristo. vna est generalis q̃ principaliter verificatur de communi generatione, in qua vnum generatur ex vno, siue sit simplicium, siue compositorum. Et isto modo fuit diffinita in sermonibus vniuersalibus de generatione & corruptione in tex. cõ. 23. Generatio est transitio totius in totum, nullo sensibili remanente vt subiecto. Secunda descriptio est quæ competit generationi mixtorũ omogeneorum, in qua vnum fit ex pluribus, & est descriptio assignata hic. Tertia est quæ competit viuentibus, quæ fuit tradita ab Aristo. in libro de morte & vita, dum dicit generatio est prima participatio animæ in calido naturali, & vita est eius permansio.

Genus est distractum a materia 1. meta.cõ.17.

Genus est forma vniuersalis, & est vnum in forma media inter potentiam & actum. 1. metaphy. cõmen. 17. & secundo methe.cõ.14.

Generatio semper est medium inter esse & non esse, secundo metaphy. tex.cõmẽ.7.

Genera non sunt in actu, nisi in suis speciebus. 3. met. tex. cõ. 11. idem 7.meta.tex.cõ.43.

Genera generalissima non habent genus nisi multipliciter dictum, quia omne quod habet differentiã, hẽt genus, & non conuertitur. Cõmenta. 5.meta.cõ.4.

Genus duplex, vniuocum & multipliciter dictum: elicitur distinctio ex 4.quinti metaph. & 4.meta.cõ. 2.& 1.de anima.cõmen.7. & secundo de anima.cõ.30.& 3. de anima cõmen.4.

Generatio est natura, quia est via in naturam 5.met.tex.cõ.5.& 2.phy. tex.cõmen.14.

Generatio rerum naturalium non vt contingit, quemadmodum Exped. sed ratione quadã consistit. de

de generatione & corru.t.com.40. Vide in concordan.

Genus est simile materiæ. 5. meta. tex.com.10. idem in Porphyrio in cap. de differentia, nota tamen q̃ non est vera materia. 1. metaphy. com.17.& 12.metaphy.commen. 14. Alexander enim demonstratiue scripsit, quòd materia nõ est genus in libro naturalium qõnum secundo.cap.vlti.

Genus pars speciei dicitur, aliter autem species generationis pars dicitur. 5.meta t.com.30.

Genus multifariam dicitur. 5. meta phy.tex.commen.33. Et est in capi. de genere.

Genere diuersa dñr, quorũ diuersum primũ subiectum & nõ resoluitur alterum in alterum, nec ambo in idem. quinto metaphy. text. commen.33.

Genere diuersa sunt materia & forma. ibidem.

Genere diuersa sunt decem prædicamenta. ibidem.

Generatio hominum potius attribuitur primo patri quàm primæ matri, quia motor est nobilior materia. 5.metaph.commẽ.33.& habẽt in textu.

Genus dicitur tribus modis. 5. met. tex com.33.

Generatio quælibet, aut natura, aut ab arte, aut a casu est. 7.metaphysi. tex.com.22.

Generatio propriæ est respectu substantiarum, accidentia, aut magis dicuntur pati quã generari. 7. metaph.com.22.

Generationes quædam dicuntur factiones. 7. metaphysico. tex. commento.22.

Generationum & motuum hęc eadem intelligentia vocatur, illa vero factio. 7.met.t.c.23.

Generabile in rei veritate est indiuiduum compositum, ex materia & forma, sed forma non est generabilis, neq; corruptibilis nisi per accidens, & similiter est de materia. 7 met c.23.& tex.com.26.&.27. 31.33.&.12.meta com.18.

Genus differt a materia, quia genus prædicatur essentialiter etiam in recto de specie & materia prædicatur denominatiue 7. metaph. tex. commento.24.& 43. idem primo metaphy.com.17.& 12.metaphy. com.14 Vide de hoc pulchre Alexand in.2.libro naturalium quæstionum, quæstione vltima. vbi ostendit q̃ materia non sit genus demonstratiue & apponit varias, & diuersas differentias.

Generatio magis attribuitur priuationi quàm subiecto priuationis. 7.met.c.25.vide in concor.

Generatum ex materia & forma est aliud ab eis. 7. metaphy. in cõmen. 26.&.27.&.60 idem. 5. meta.cõ. 6.& in.3.de anima.comm.5.iuxta dimidium, contra tenentes compositum non dicere tertiam entitatẽ in via Auer.

Generatum quodlibet necesse est, vt sit diuisibile in duas partes rationes non actu, in materiam. & formam. 7.meta.te.com.27. Et ratio est quia in hoc est differentia inter per se generata a natura, & inter generata ab arte, quorum generatio fit per contactum, quia in talibus compositum potest dissolui in duo, vel in partes ipsius componentis in actu, nedum secundum rationem, sed in generatis etiam præsertim simplicibus non potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

compositum diuidi in duo 1 actu, quia separatio formę a materia est corruptio ipsius. 4. physi. com. 17. vbi scribit q̄ est positio naturalis, q̄ forma non mutatur per se, scilicet non mutatur de materia in materiam secundum q̄ corpora mutantur de loco ad locum, sed separatio eius a materia est corruptio, similiter etiam separatio materiæ secundum actum ab omni forma impossibilis est, quia quod non est in actu esset in actu, vt deducit Cōmenta. in. 2. physicorum in commento 12. Dixi autem notabiliter hoc veritatem habere in simplicibus, nam vt scribit Cōmenta. in 3. cęli & mundi. in com. 31. vbi philosophus ponit elementi diffinitionem asserens sic, igitur elementū corporum ad quod alia corpora diuiduntur intus existens potentia aut actu, hoc enim vero modo se habet indubitabile ē. Dicit Cōmē. ibi & debes scire q̄ hæc elementa de quibus perscrutatum fuit in. 1. phy. sunt alia ab elementis, de quibus perscrutatur hic. Illic enim declarauit materiam primam, & formam quæ sunt elementa vniuersalia corporum, tam simplicium quā compositorum. Hic autem declarare intendit elementa corporum compositorum tantum, quæ equiuoce dicuntur elementa cum illis, quoniam quum compositum diuiditur non existunt in actu, forma enim corrumpitur & materia induit aliam formam. Vnde Aris. etiam in. 2. phy. t. c. 12. dicit describēdo naturā, quæ est forma, quia alio modo natura dicitur habentium in seipsis principium motꝰ, forma & species non est separabilis ens, sed aut fm rōnem. Et sic dicit Cōm. ibi q̄ est separabilis nō in esse, sed secundum diffinitionē tantum. &. 12. meta. commen. 19. dicit. q̄ intellectus innatus est diuidere adunata in esse in ea ex quibus componuntur, quamuis non diuidātur in esse, sicut diuidit materiam a forma, & formam a composito ex materia & forma, & Aristo. in. 1. cœli & mundi, hoc idem asserit in tex. commen. 92. &. 91. in omnibus, tam natura quā etiam arte constantibus, aliud est ipsis secundum seipsam forma, & quędam mixta cum materia, de tali autem abstractione facta ab intellecta qualis sit, & ad quem spectet artifex pulchra difficultas est, & materiam curre ad ea quæ notaui tibi in concordantiis.

Genus est quod est commune & primum equo, & asino, & non est nominatum. 7. metaphysi. tex. 24. Ex quo patet q̄ non est vniuersaliter verum q̄ vniuersalia sunt notiora minus vniuersalibus in cognitione confusa, talia enim genera proxima rerum quandoq; latent & sunt minus nota quam species, ex hoc enim prouenit quod sunt innominata. Nullus enim ignorat nomen rei quam ignorat, vt habetur. 7. primæ philosophiæ. cōmē. 54. &. 4. etiam primę philosophię cō. 10. Cuius oppositum tenuit diuus Thomas & sequaces.

Genera & generatum sunt duo numero, & vnum in intentione vniuersali. 7. met. t. c. 28.

Genus aliud verum, aliud rhetorica. 3. de anima. com. 6.

Generatio quælibet fit per transmutationem materiæ: & materia est individuum generationis. 7. met. tex com. 28.

Generatum quodlibet generatione actuali. i. de generatione non cessabili generatur a suo simili. 7. met. tex. com. 28. Vide limitationes huius propositionis. 12. primæ philosophiæ in commen. 24. authoritate Alexandri.

Generatio si a formis separatis prouenire non esset possibile, vt istę formæ essent causæ eius, quod apparet. s. q̄ generans & genitum essent duo in numero, & vnum in forma. 7. met. com. 28. Et ratio est quia multiplicatio individuorum in vna specie, prouenit ratione materiæ, vt ibi dicit Cōm. & in. 1. meta. com. 40. Et in libro destruct. in disputa. 1. in solutione septimi, & octaui dub.

Generabilia ita se habent, sicut mobilia: nam quemadmodum eorū, quæ mouentur in loco, quædam mouentur ex se, & quędam ex alio ita est de generabilibus. 7. meta. cōmen. 29. vide in concord.

Generata ab arte sunt in duplici differentia, nam in materia quorundam est pars potentiæ naturalis similis artificio, & talia indiscriminatim, & a natura, & ab arte generari possunt, & in materia, quorundam non est pars potentiæ naturalis, & talia non nisi ab arte generari possunt. vt domus. 7. meta. text. commen. 29.

Generata per accidens non generantur a sibi simili. 7. meta. commē. & tex. 28. &. 30. vbi etiam in. 12. primæ philosophiæ. in com. 24. vbi inter illas tres limitationes ista est vna, authoritate Alexan. etiam, vt ibi refert Cōm.

Generatis ex semine formas exhibet semina per formas quas dederunt generantia semina, sed generans non ex se. i. casu quia corpora cœlestia sunt illa quæ dant istis aliquid loco seminum & virtutū, quæ sunt in seminibus. 7. meta. cō. 31. &. 12. met. c. 13. & 18.

Generatum ē formatū, & generans est formans. s. illud. quod mouet materiam, donec recipiat formā, idest illud, quod extrahit illam de potentia ad actum, & illud quod mouet materiam necessario est corpus habēs qualitatem actiuam aut potentiam quæ agit per corpꝰ habens qualitatem actiuam. 7. meta. com. 31. idem. 12. metaphysicę commen. 18. vbi dicit. imaginatio super creationes formarum, induxit homines dicere formas esse datorem formarum.

Generans subiectum formæ si aliud esset a generante formā, tūc subiectum & sua forma essent duo in actu q̄ est impoſe. 7. meta. com. 31. inde colligitur vulgata propositio q̄ idem est agens disponēs mām, & introducēs formā, nota tñ qđ fallit in gñone artificialium rerū, vt patet in. 2. physic. in. tex. commen. 24. &. 25.

Generatio substantiæ proprium habet quod requirit aliquam substantiam actu existentem quæ facit, vt anima, si animal nascitur, generatio autem qualis, aut quanti nō necessarium, nisi potestate solum. 7. meta. t. com. 32. vide pro hoc in. 2. cœli. com. 42.

Generatio est ipsius compositi non formæ neq; materię, & hoc est cōmē tā substantiæ quā aliis prædicamentis. 7. met. tex. c. 32.

Generatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Generatio qualitatum & accidentiū fit duobus modis, nam quandoq; generant a sibi simili, & quandoq; sequuntur formam mixtionis primarum qualitatum. 7. meta. cō. 32.

Genus non videtur participare differentias, simul. n. contrarijsidē participaret, nam differentiæ contrariæ sunt quibus differt genus 7 meta. tex. cō. 42.

Genus non est præter eas quæ sunt vt generis species, aut si equidem vt materia est, vox. n. genus & mā. 7. meta. cō. & tex. 43.

Genus propinquum appellatur primum, quia in diffinitione ponitur primus. 7. meta. cō. 43.

Generis rationem obtinent quæcūque mediant inter primum genus & vltimam differentiam in diffinitionibus. 7. primę philosophię tex. cō. 43. vbi per primum genus non intelligitur proximum, sed generale quod est primum secundum naturā, & ita vides quomodo in paruo spatio equiuocat Philosophus de primo genere in eodē tex. in habendo modicam solicitudinem de noībus sicut in simili notauit Cōmen. in 1. physicæ auscultationisī cōmen. 1. quod durum videbatur expositori.

Genera diuersantur quia quędā magis assimilantur formæ, & quędam magis materiæ. 7. primæ philosophiæ. cō. 43.

Genus assimilatur materiæ. ibidem. & 1. meta. cō. 17. & 12. met. cō. 14. & 5. meta. cō. 33. & 10. met. cō. 24. & 8. meta. 5. & 6.

Genera sunt repræsentatio & exemplar materierum compositarum, quæ sunt partim actus, partim potentia, vnde huiusmodi esse ꝙ repręsentant genera est membr̄ inter formam quæ est in actu & materiam primam, quæ nō habet formam. Et ideo genera habent diffinitiones, sicut & species donec perueniatur ad primum genus, quo nihil est propinquius materiæ primæ. Et propterea huiusmodi genera nō haber diffinitionem, sicut nec vltima forma nisi per modum similitudinis. Et vnumquodq; illorum genus dicitur vniuoce, quia id quod repræsentatur per ista genera inuenitur perfectus q̄ ea quę repræsentātur per genera analogum vtens & res, ex paraphrasi metaphysicæ tracta. 2.

Genus per se non prędicatur de diffa 3. meta. tex. cō. 10.

Genus gñalissimū est simplex & genera subalterna sunt composita. meta. cō. 11.

Genus duplex propinquū & remotum 5. met. cō. 10 & 2. phy. 18.

Genus quodāmodo assimilatur materiæ & quodammodo assimilatur formę, sonus. n. quodāmodo assimilatur materię, quia est propter quus materię literatū, et quodammodo assimilatur formæ quæ prędicatur de literis in quid. 7. meta. tex. cō. 43.

Genus apud Arist. est forma vniuersalis, & differentia particularis 7. meta. cō. 43. 1. meta. cō. 17. 8. metaphysi. cōmen. 6. & 2. phy. cō. 28. & cō. vltimo, vbi per formā intellige formam declarantem quidditatem, seu vniuersalem conceptum ne incidas in errorem Burlei & Joannis de Gandauo.

Genus primo debet diuidi in primā differentiā & sibi oppositā, & non primo debet diuidi in differentias

suæ differentiæ 7. meta. tex. cō. 43. & 1. posteriorū in illo cap. ad probandum autem terminum per diuisionem, oportet coniecturare rē. Et est in tex. cō. 21. in translatione antiqua.

Genus prædicatur de hoīe fm materiam, sed materia non prædicatur 8. primæ philosophię. cōm. 6. & ibi Cōmenta. reddit causam dicens, & non debes dubitare in hoc, ex hoc quod dictum est in nono, scilicet quòd materia non prædicatur de aliquo secundum numerum, & secundum diffinitionem. Et est dictum hic ꝙ diffinitiones naturales constituunt ex formis & materiis, in diffinitionibus. n. compositorum ex substantiis & accidentibus, & in diffinitionibus rerū quæ sunt in subiecto est materia quasi differentia & forma quasi genus, & si nō attribuitur ei nisi fm aliquā prædicationem, quod ideo dixit: quia. 7. metaphysi. commen. 41. & 23. materia non prædicatur de habente materiam nomine principali, ideſt in recto, sed in obliquo, aut denominatiue, & sequitur. verbi gra. vt dicatur ꝙ similitas est concauitas in naso, & idolū terreſtre idolum ex terra, in diffinitio nibus vero rerum existentium per se, genus est quasi materia, & differentia quasi forma, & sic genus nō dicitur materia de diffinito nisi secundum quòd est genus ei. hoc est dictum ꝙ materia induit rationē generis, aut quod verius est, ꝙ quā to genꝰ est proportionale materię, non ꝙ materia fiat genus. Et hoc declarant verba sequentia. Nomē enim generis significat materiam secundū quod est in potentia illud quod habet materiam, & sic prædicatur de habēre materiam secundū quod est. Nomen autem materiæ significat in materia aliquid īactu, pars. n. eius materia est. Et ideo nō prædicatur de eo cum non prędicetur aliquid in actu de aliquo īactu nisi per aliquam prædicationē importantem habitudinem. Et hoc est ꝙ confirmauit etiam dominus Albertus cognomento Magnus sū per Porphyrio. in ca de generatione. vbi inquit. ꝙ hæc est causa vera, ꝙ genus prædicatur, non ideo tantum, quia est maris, sed quia est forma, & secundū aliquem modū totum esse dicit, nam est totū esse specici, sed non est perfectum esse speciei, totum enim esse est in potētia. Et nihil est de esse in potentia quod non sit tandem vltimum actum, ad quem terminatur motus potentiæ. Esse autem in potentia est esse in genere, & quòd sic se habet ad subiectū, prædicatur de eo prædicatione essentiali, & non per prędicationem seu denominationem accidentalem, & hoc est quod a multis dicitur, quòd est forma partis quæ non prædicatur, & est forma totius quæ prædicatur, sed hoc non sufficit, sed oportet addere quòd forma totius sit, & totum esse significet & non significet essentiam, cuius est actus proprius.

Animalitas enim non prædicatur, nec etiam humanitas quamuis animalitatis esse sit animal & humanitatis esse sit homo, talis ergo forma designās formam totius & esse prædicatur & non aliter, & aīa sensibilis loco animalis posita non prædicatur, quia animal non est anima sensibilis. Et similiter aīa hominis

minis non prędicatur de homine, hæc.n.dicit formam partis & non totius esse. Aïalitas autē & humanitas non prædicantur de his, quorū sunt formæ, non enim designant formas vt esse subiecti, sed vt essentias, aïal autē & homo prędicātur, quia designant formas vt totum esse subiecti, vel in potentia, vel in actu, subiectū dico de quo prædicātur. Et sic est ēt in oībus formis accidentalibus, homo.n. est risibilis & non risibilitas, & est albus & nō albedo, hæc illæ. Et hanc etiam sententiā sequitur diffuse Diuus Thomas in speciali tractatu de ente & essentia, sicut poteris videre, & est doctrina etiam Auicennę in sua logica & in sua prima philosophia.

Genus vniuocum qūo distinguatur ab analogo, vide Simpliciū in 2. de anim. in tex. secundo.

Genera altissima sūt simplicia cum non habeant gña, diffinitiones vero sunt cōpositorum. 8. me. cō. 16.

Generatio ex tribus perficitur additione, diminutione, & transmutatione. 9. meta. tex. cō. 12. Nam vt inquit Cōmentator in cō. necesse est quādo aliquid generatur, vt aliquid superfluum quod non conuenit ad recipiendum formam diuidatur a sua materia, & necesse est vt aliquid addatur ei. s. forma per quam dicitur generari, & additio & diminutio non fiunt sine transmutatione. vbi aduerte vt habetur ibi in textu, hoc tm hēt in his, quorum generatio est ab extrinseco, sicut est generatio domus & rerum factarum ab arte, nam in naturalibus generatio non fit per congregationem, vel additionē aut diminutionem, sed alterationem vt dicitur primo phy. tex cō. 65. & in 1. de gener. & cor. contra antiquos.

Generabilia ex se sunt quæcunq; sūt in potentia, & sunt illa in quibus sicut nō est aliquid, quod indiget primo motore extrinseco, ita q̄ sit in potentia illud, sicut sperma, non qū fuerit in aliquo in quo indiget trā. mutatione, vt dum est sanguis in venis, sed quando fuerit sperma in actu. 9. meta. tex. cō. 22.

Generatione posteriora spē & substantia sunt priora vt vir puero, & homo spermate. 9. met. tex. cō. 15.

Genera non sunt subæ & naturæ separabiles ab alijs in 10. meta. habetur in tex. cō. 6.

Genus quodlibet habet in se vnū primū, quod est metrū oīum i illo genere. 10. primę philosophię. t. c. 7.

Genus vniuocum significat suas species mediante aliquo cōi, sed analogum significat prima significatione, & sine medio vt ens & vnum significat. 10. prædicamenta prima cō. 8. & in lib. destruct. in dispu. 7. in solutione 5. dubij. Vide de hoc lucidissimum Themist. in 2. de anima in cap. 12. & est in expositione 30. Vide etiam de hoc. 12. primæ philosophiæ. cō. 19. & 20.

Gña entium naturaliū repręsentant materias ensibiles: sed gña in diffinitionibus entium mathematicorum, repręsentant materias fictas intentionales, quia in diffinitionibus eorū non apparet materia sensibilis, ex paraphrasi meta. tracta. 2.

Gñe differunt, quorum non est communis materia, nec gñatio ad inuicem. 10. meta. tex. cō. 12.

Genere differentia mutuā ad se vel non habent, sed plurimum distant

10. meta. tex. cōmen. 13.

Genus significat materiam 10. meta. tex. cōmen. 24. Vide in concor.

Genere distantia nō conueniunt in vna natura oīno. 10. meta. cō. vlti.

Ex quo patet q̄ genus analogū nō significat vnam naturam cōmunē sentit lucidissimus Themi. in 2. de anima cap. 12. Et est in expositione tex. 30. idem tenet Cōm. 10. meta phy. cō. 8. de ente & vno. idem tenet in lib. destruct. in disp. 7. in solutione quinti dubij.

Genus verum nō habet species priores se adinuicem, 11. meta. Commenta. ex authoritate Alexan. Et est sententia Aristo. in prędicamentis, in cap. de simul. Et est authoritas Porphyrii in cōmunitatibus, licet Auerrois ibi dicat q̄ prioritas inuenitur, & in eodem genere, & in diuersis generibus quę dicuntur in respectu ciusdem rei. Themist. etiam in 2. de anima in cap. 12. in expositione textus. 30. expresse dicit, ea namq; quæ ita inter se hñt, vt priora hæc posteriora sint illa, quamq; communem aliquam notionem habeāt, quæ de his dicatur nus sit, aut natura vna, ita vt sine his intelligi seorsum possit, de quibus iudicatur dici diciturue, vide quid senserim de hoc in. 12. primæ philosophiæ, in expositione secundi cōmentarii.

Genus quandoque dicitur vniuoce, quandoq; secundum prius & posterius 12. meta. cōmen. 2. idem. 1. de anima. cōmen. 7. & in secundo de aïa. cō. 30. Et in. 3. de aïa. cōmē. 4. & 4. meta. cō. 2. & 5. metaphysi. cōmen. 4.

Generationes priuationum nō proprie dicuntur. nec est rectū eas appellari generationes, quia non proueniunt fm primā intētionem, sed sunt ex erroribus contingentibus, & hoc est tā in natura q̄ in arte. 12. meta. cō. 13.

Genita ex materia putri videntur esse species inrentę a natura, & plura eorum generantur in temporibus terminatis, & etiam in locis terminatis. 12. meta. cō. 13. Et lucidissimus Themist. in primo de anima. in cap. 24. inquit. in ægypto mures sponte nasci, & in nostro cœlo vermes & locustę.

Genitorum ex materia putri, virtus quæ est in matetia putri similis arti est a sole tantum, sed genitorum ex semine fit virtus a sole, & habente semen. 12. primæ philosophiæ cō. 13. & 18. & 7. meta. cō. 31. idem 12. meta. cō. 40.

Generatio qūo fiat require quinque opiniones duas extremas, quarum vna est ponentium latitationem, & quodlibet esse in quolibet. & fuit opinio Anaxagorę, & secunda est ponentium creationem ex nihilo, & tres aliæ opiniones sunt mediæ inter ipsas. 12. meta cō. 18. ab illa parte, dicamus igitur q̄ omnes dicētes agens & gñationem esse sunt bipartiti & contrarii, & habent mediosvsq; ad calcē cōmenti istarum autem mediarum. una est Auicen. secunda est The. & tertia est Arist.

Gñatio assimilatur creationi quodammodo inquantum illud quod est in potentia fit in actu, sed differt a creatione inquantum non conuenit per formam ex non forma. Et aliqualiter assimilatur latitationi. 12. primæ philosophiæ. cōmē.

cō. 18. iuxta dimidium cōmenti.

Generans animam non ponit animam in materia, sed extrahit illud quod est in anima in potētia ad esse animam in actu. 12. meta cō. 18.

Generabile quodlibet & corruptibile, & oē generabile & corruptibile reciprocatur infinities. 12. meta. cōmen. 50.

Generatio nihil aliud est nisi res conuerti de potentia ad actum, nulla namq; permutatio de summa priuatione fit, ex libro destructionū. disp. prima, in fol. 21. dubij.

Generationem fieri in infinitum recte impossibile est, sed non circulariter, quia daretur infinitum in actu, ex dispu. 3. in fol. 18.

Generabile inquantum generabile pars est huius mundi, sensibilis. Ex libro destruct. dispu. 3. in fol. 18. dubii.

Generabile quodlibet vere generatur, ex re, & de re, & pro re, & in loco, & tempore. ibidem distin. 3. in solutione. 18.

Genera apud hoīum opiniones ita se hñt, ꝙ tres sunt de generibus opiniones, quidam posuerunt ꝙ genera sunt omnia generabilia & corruptibilia, prout continent finita indiuidua, secūda opinio tenet, ꝙ quodam genus est ab æterno. s. sine prīcipio, & sine fine, vt apparet continere infinita indiuidua. Et hęc opinio est bipartita, nam aliqui tenēt ꝙ talia genera acquirunt eternitatem ab aliqua causa extrinseca necessaria, & ista est via Philosophorum. Alij vero dicunt ꝙ prout continētur in finita indiuidua optime dici pōt ꝙ sunt ab æterno. Et hæc est opinio illoꝝ qui dñr æternales.

Genus vniuocum & differentia vniuoca ponuntur in diffinitionibus rerum compositarū ex forma vniuersali & particulari, ex dispu. 7. in fol. one primi.

Generis compositio & differētia eadem est compositioni ex re potentiali & actuali, generis nanq; natura nunq; actu reperitur nuda a natura differētiali seu formali & ꝙcunq; compositum, Ex istis duab' naturis apud philosophos est generabile & corrup. & habent agere & diſput 7. in fol. one. 3.

Generis vniuoci cōmunicatio opposita est cōmunicationi generis aequiuocologi, & vide causam. in lib. destruct. disp. 7. in fol. one vltimi dubii.

Genitum membrum. debet esse de substantia illius mēbri ex quo genitum est fm Arist. sed Galen. negauit hanc propositionem Cōmē. in 3 de partibus anim. in ca. de ea de, & Auicenna etiam negauit hanc propositionem, dixit enim ꝙ corrallum, quod est durissimum oritur ex terra molli. Auer. autem dicit propositionem isto modo intelligi ꝙ quoties oritur membrum ex specie cum membro a quo oritur, & quoties ramus est eiusdem speciei cum radice, semper sunt eiusdem substantiæ. Et ideo non potest nasci malum punicum in radice citri.

Generationis natura est ꝙ post multa genera similitudo redditur, vt elide quæ cum æthiope concubuerat non filiam forma æthiopis peperit, sed ex filia erat æthiops, primo de generatione anim. cap. 18.

Generatio & compositio naturalis non est ex simplicib' prius tempore & loco distincte generantis generate compositā, sicut in generatione artificiali contingere potest. ibidem.

Generatio aialibus data est ad speciem perpetuitatem quum numero perpetuari, nequeant, Arist. sententia est in principio secundi de generatione animalium. & est sententia repetita per ipsummet & per Auerroem in 2. de anima. tex. cōmen. 34.

Generate tale quale ipsius, hoc est cuiuscunq; perfecti, tum animalis, tum stirpis secundum naturā effectum est in 2. de gene. animalium in cap. 1. in fine. & in 2. de anima. tex. cōmen. 34. & in 4. metheoro. Generatio animalium quinque modis perficitur, quorum primus est animalium gignentium sibi simile, figura & similitudine intra se & extra se. secundus est animalium quæ ouum generant intra se mox animal edunt foras, & hoc est dū ouum intra corpus animalis corrumpitur, & est species animalium cartilaginea nuncupata. tertius est animalium generantiū intra ouū imperfectum & extra perficitur vt pisces non habentes squamas & pēnulas, quartus est animalium quæ vermiculum extra pariunt, & sunt animalia quæ non gignuntur, sed sponte natura gignuntur. Auer. ex 2. de generatione animalium colligit hanc diuisionem ex Philosopho. ibidem cap. 1.

Generationum secūdum naturam distinctarum & corruptionū principia quędam incidunt, quæ illas impediunt, atq; ita causæ fuerit eorum quę præter naturam eueniūt. Arist. in 4. de gener. anim. cap. vlt. inde patet ꝙ non omnia ex necessitate proueniunt.

Generatio similis in specie & quidditate magis videtur apparere in artificialibus q̄ in naturalibus, tamen ita est in natura, sicut in arte. Ex paraph. meta. tract. 2.

Generationis proprium in his quæ gignuntur in paruo consistit, paruum autem facile moueri deprauariq; potest. Arist. in 5. de generatione anima.

Generatio præcedit motum localē singularium, sed vniuersaliter motus localis præcedit omnem motū. Them. 8. phy. 58.

Generatio est ꝙ nō a sua natura degenerauit. Nobile autem est quod ex bono prodiit genere. 1. de historia anim. cap. 1.

Genera multa in species diuidi possunt, sed nullis noībus nominatas. 1. de historia anim. cap. 6. Et ibi ēt colligitur ꝙ multa sunt genera carentia nomine. Et habetur ēt in 7. meta. tex. cō. 28.

Generatio animalium & stirpium alia ex semine, alia uero sponte naturæ proficiscitur. Arist. in 5. de natura animalium. cap. 1. & 11. primæ philosophiæ. tex. cō. 27.

Generatio animalium sponte nascētium, aut ex humo, aut stirpe putrescente consistit, aut in animalibus & eoꝝ excremētis fit. 5. de gen. anim. cap. 1.

Generatio piscium ex ouo differta generatione auium. sexto de natura anim. cap. 10.

Gentes diuersantur duobus modis, quorum vnus est naturaliter. s. fm uirtutes eorū, & fm entia propria suis regionibus, secundus est fm similitudines & opiniones eorū. fm leges suas. Cōmenta. in cō. libri de diuinatione.

Geo-

Geometer non habet disputare cõtra negantes principia geometrię. 1.Phy.te.cõ.8.Nã redditur ibi ratio, quia hoc pertinet ad scięti am cõmunẽ. idẽ habetur in 1. Postetio.ab Arist.idem 3. Cœli cõ.4.& 8. Phy.com.22.

Geometer habet pro principio ꝙ diuisio magnitudinis procedit ī infinitum,idẽ 3.Ph.cõ.60.& 1. Phy sico. com. 11.3. Cœ.com.6. & 4. Physi.cõmen.72.

Geometer considerat superficies lineas & pũcta & corpora, vt abstra hunta materia sensibili.2.Ph.t.c. 18.1. Cœ.cõ.1.3.Cœ.co.5.6. Meta.t.c.2.3. Meta.tex.c.3.7. Meta. t.c.34.&35,1.de aĩa,17,1.cœ.92.

Geometer habet pro maximo fundamento ꝙ omnis magnitudo diuiditur ī duo æqualia 3. Ph.c.56.

Geometer dicit magnitudinem augeri in infinitum,3. Ph.cõ.60.

Geometer cõuenit cum naturali in hoc ꝙ magnitudo est diuisibilis ī infinitũ, sed non conuenit in hoc ꝙ sit augumentabilis in infinitũ 3.Phy.com.60.& 3.Cœ.com.6.

Geometricę propositiones sunt de capitulo opinabilium propositionum, quæ sunt fundamenta geometrię absq; eo ꝙ sunt extra animam 3. Physico.commen. 60. & 3.Cœ.cõmen.72. Nota tamen ꝙ ex hoc non sequit, vt scientia geometrię sit scientia rationalis, & de secũdis intellectis vt alibi notaui.

Geometer dicit ꝙ linea recta ẽ breuissima linea ducta inter duo puncta,sed hoc est large. & sit'r ꝙ figura circularis est ęqualis figurę pologoniæ 1.Phy.com.29.

Geometer imaginat ꝙ linea recta incuruetur, & decipitur in hoc 7. Phy.com.29. Vide in concordan.

Geometra licet ponat diffinitionẽ continui, tñ naturalis expertur probare 1. Cœli commen.4. vide idem 3. Physi.cõ.31.

Geometra & naturalis communicãt in tribus magnitudinibus, sed diuersis modis 3. Cœli com. 6. & 3.Phy.com.60.& alibi.

Geometrię certitudo in demonstrabilibus rebus & iudicãdis maior altero nomię: nobilitas amplior ẽ mento eius naturæ, circa quam versatur, demonstratiões vero eius probationesq; eius imbecilliores sunt ꝙ geometriæ aliquãto, propterea quia agit de rebus agnoscentibus motum, Themist 1.de Ani.& Cõ. ibidem tex. cõ. primi.

Geometriæ principia non oĩa sunt eadem numero,sed propria numerorum sunt eadẽ numero. 3. Cœli commento 35.

Geometrię principium est ꝙ omne corpꝰ est diuisibile, & ꝙ omne corpus diuiditur in quęcunq; pũcta 3.Cœ.com.37.& tex.cõ.38.

Geometria erat in magno prętio apud Platonem. & Plato propter amorem geometriæ, & magistri i mutatis errauit,opinãs res geometricas esse principia rerum sensibilium. 3.Cœli com.61.

Graue & leue nõ habent motus naturales a medio impeditos 4.Phy. com. 71. & 74.

Grauitas qnq; ſeparatura densitate 4.Phy.t.c 85. vbi dicitur in tex. dissonant autem graue & durum, in plumbo & ferro, vbi dicit Cõ. ꝙ plumbum est grauius ferro, & tamen est rarius, vide idẽ in 1. Cor. in cõ. 10.& in 2. de Generatione & corruptione in com.15.

Grauitas & leuitas sunt numeratę in tactu, & similiter mollities & duritiesʼ 7.physic. cõmen. 11. vide in concordantijs.

Grauis & leuis essentia efficit vt lenę vbi dicitur superius, & graue in ferius 8.physi.tex.cõm.32.

Grauitas & leuitas in descriptione grauis & leuis sumuntur pro habitu & forma, quæ est principium mouendi, licet vulgariter sumantur pro qualitate 1 cœli. cõmen. 27.Ex quo patet grauia & leuia habere principium intrinsecum acti uum respectu motus, vide etiam in primo Cœli.cõmen.81.

Graue & leue habent duas descriptionas, vnam ex motu, aliam ex quiete. vide primo Cœli.tex.cõm. 17. vide quæ sit magis declarans substãtiam in 4.cœli. cõ.26.& 31.

Grauitas est leuitatis priuatio 2. cœli.tex.cõmen.19.

Grauium corporum descensus ad medium totius coegit nos dicere ea esse rotunda, ita motus leuium a centro ęqualiter ad circũferentiam cogit nos dicere ꝙ circũferentia sit rotũda 2. cęli.cõ.30.& c.26.

Grauitas quãdoq; sumitur pro motu ad medium,& quãdoq; pro forma corporis grauis 2. cœli.tex.cõmen. 104.

Graue & leue quodlibet quod est grauitatem, aut leuitatem habens non per se,sed in comparatione alterius necesse est vt sit grauius alio, & leuius alio. 3. cœli.tex.cõm.9.

Grauitas & leuitas non sunt eiusdẽ naturæ in simplicibus, quia terra est grauis simpliciter:& aqua est grauis secundum comparationem 3.cœli.cõm.8. Simplicia enim vt asserit non sunt eiusdem naturæ inter se vbi ponit tres conclusiones. Prima conclusio quę elicitur est ista, ꝙ grauitas & leuitas nõ est eiusdem naturæ In simplicibus natura differunt specie, quia grauitas terræ est grauitas simpliciter, & grauitas aquę est grauitas comparatiua. Similiter leuitas ignis est leuitas simpliciter, & leuitas aeris aeris est cõparatiua. Secunda conclusio est,ꝙ grauitas & leuitas simplicium non sunt eiusdem naturæ & speciei, cũ illis quæ sunt in corporibus compositis, i.mixtis, quia vt asserit parua pars plũbi est grauior magna parte terræ. Tertia conclusio est, ꝙ grauitas & leuitas mixtorum corporum adinuicem comparatę differunt specie,vt grauitas plũbi & grauitas auri, quia pars parua auri est grauior magna parte plumbi.

Graue simpliciter non est grauius alio secundum Arist. inquantum est terra,aut aqua,sed inquantum est graue 3.cœli.cõmen.8.:Consimile de subtilitate dicit Cõmẽ. in 4.physi.cõ.72.& de velocitate motus 6.physi.cõmen.15. & de regularitate motus 5.physi.cõmen.45.

Graue quodlibet densum esse & omne leue esse rarum non est vniuersaliter verum, lapis enim diaphanus est grauis, & tamen est rarus & nubes sunt densæ,& tamen sunt leues.3.cœli.cõmen.8.

Graue esse oportet ꝙ graui grauius est, quemadmodum albo albius album.3.cœli.tex comen. 12.

Graue aliquod esse compositum secundum quantitatem ex non gra uibus impossibile est, & ideo additum est secundum quantitatem ad excipiendum materiam & for-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam, quę non sunt graues, aut leues, ex quibus comparantur corpora grauia & leuia, quia compositio ex materia & forma, est secundum qualitatem. 3. cœli. cõmen. 12. Ex quo habes q̃ sint partes fm qualitatem secundum viam eius.

Graui quolibet dato grauius aliqd accipi potest, quomodo sit intelligendum hoc dictum Philosophi. 3. cœ. t. c. 9. vide Auer. ī paraphra. 3. cœli. in sum parte secunda, in contradictione prima.

Graue & leue quandoq; significãt habitum & formam, & quandoq; significãt actionem. 4. cœli. cõm. 2. Vide etiam. 1. cœli. cõmen. 17.

Graue & leue aliud simpliciter, aliud ad alterum. 4. cœli, tex. cõ. 3.

Graue & leue secundum comparationem est illud in quo non est pura grauitas, neq; pura leuitas 4. cœli. cõm. 3. vide quomodo sit intelligendum. 4. cœli. in cõm. 26.

Graue & leue simplicia fuerunt cognita ex motibus eorum naturalibus, quia cũ inuenimus duo corpora, quorum vnũ eorum mouet ex eodẽ loco ex partibus oĩbus ad partes oppositas, & alterum eorũ mouetur ad illum eundem locum ex omnibus partibus oppositis, necesse est vt sint hic duo loca naturaliter opposita, medium, s. q̃d vocat inferius & circunferentia quã vocat superius simpliciter, & non secundum comparationem. 4. cœli. cõm. 3 & habetur in tex.

Grauitas in magnitudinibus quæ sunt eiusdem speciei, non differt nisi secũdum magnitudinem & paruitatem, sed in magnitudinibus dictarum specierum sunt diuersę in grauitate, quia quemadmodum velocius mouentur ad medium. 4. cœli cõ. 6. vide cõ. 8. tertij de cœlo & bene intelliges illud.

Grauitas in cõpositis magis dominatur, raro enim dominatur leuitas in eis. 4. cœli. commen. 6.

Grauitatem diuersificari ex diuersitate corpnrum intelligibile est, sed non ex diuersitate superficierum, quia grauitas non dicitur de superficie 4. cœli. tex. cõ. 11. vbi refertur opinio Democriti opinoti Platonis in assignanda causã grauitatis & leuitatis maioris & minoris in corporibus.

Grauitatis & leuitatis causæ tradite ab antiquis diuersimode sunt, & vl'iter sunt quatuor opiniones antiquorũ. de hoc vide 4. cœli. cõ. 20.

Grauitas in elementis mouet vt est forma. & mouetur vt est in prima materia. 4. cœli. cõmen. 22.

Graue simpliciter est illud q̃d nescit sub omni corpore, & leue simpliciter est illud quod naturaliter ascendit sup oĩa corpora. 4. cœ. t. com.

Grauis & leuis diffinitiones datæ a quietem, magis demonstrant naturas eorũ quam diffinitiones datæ per motũ, quia motus a medio, vel ad mediũ non accidit eis, nisi per violentiam. 4. cœli. cõm. 26. & 31.

Grauitas & leuitas, vt tradit Aristo. in græco idiomate, sunt duo nomina significãtia potẽtias q̃bus hec corpora mouentur, ipsorum vero motus nullum, vt inquit, omnino essertur, in arabica vero lingua vsus horũ nosum videtur esse in cõtrarium. Auer. in paraphra. 4. de cœlo. summa 1. cap. 1.

Grauis & leuis subiectum perfecte est & propinquũ est substãtiæ elementorũ. secus est de subiectis aliarum motuũ, subiectũ enim albedinis & nigredinis, & subiectum receptiuũ sanitatis & egritudinis longe distant à substantia, & per sectione rei recipientis sanitatẽ & ægritudinẽ. 4. cœli. in paraphrasi in sum. secũda. idẽ 4. cœli. t. c. 24.

Grauis & leuis diffinitiões fm The. rectius dantur p motũ q̃ p quietẽ: huius tamẽ oppositũ sentit Auer. in para. quarti de cęlo. sum. 3. c. 1. Et considera ibi auream digressionem contra Themist. vide etiam ipsum 4. cœli. cõ. 26. & 31. vbi habetur q̃ diffinitiones datæ p quietem demonstrant magis naturam eorũ, licet descriptiones datæ per motũ, magis ostendunt dĩas quæ sunt inter absolutũ & cõparatiuũ.

Grauitatis & leuitatis diuersitas ĩuẽta in compositis proficiscitur ex diuersitate simplicium in multitudine & paucitate 4. cœli. tex. cõ. 28.

Grauitas magis aurũ q̃ argentum in eodem loco, qa cõstat ex pluribus partibus terrestribus, q̃ ex quibus componitur argentum, & hoc est manifestum. 4. cœli. cõm. 28.

Grauitat ex cõpositis quoddã magis q̃ alia in eodẽ loco, & quædam in locis diuersis. 4. cœli. ibidem.

Grauitat in aere magis lignũ centũ librarũ q̃ plumbũ vnius libræ, in aqua vero est leuius 4. cœli. t. com. 28. vide causam ibi contra Them.

Grauitas & leuitas elementorũ mediorũ in ptoprijs locis est alterius rationis & equiuoce cum grauitate & leuitate dictis, quando sunt extra loca propria: & hoc ignorauit Themist. 4. cœli. cõmen. 29. idem habet in paraphrasi, vide etiam. 4. cœli. cõm. 39. contra Themistiũ.

Graue & leue vno modo sunt contraria & alio mõ sunt relatiua, cũ vnũ sit pfectio alterius. 4. cœ. c. 35.

Grauitas in aere magis dĩatur q̃ leuitas: vide causam & signa. 4 cœli. tex. cõmen. 39.

Grauitatis & leuitatis simplr causa est terminatio in parte superiori & inferiori simplr, & causa qdr superius & inferius simplr sint est finitas extremorum loci, & causa finitatis extremorũ in loco est q̃ vnũ extremorũ est cẽtrũ & reliquũ est circũferẽtia: alioqn nõ ĩueniret fi nitas ī lõgitudine recta, qa lõgitudo recta nõ est forma p se, & pp ast quod finitũ p se, sed pp lõgitudinẽ rotundã. & ex hoc apparet q̃ loca sunt duo tm̃: & impose est esse plures mundos vno ex 4. cœli. cõ. 40.

Grauis & leuis antiqui causas assignauerunt ex quãtitatibus. Arist. autem ex formis, & nõ parua dĩa quia finitas nõ est ex quãtitatibus rerum, sed ex formis. 4. cœli. c. 40.

Grauitas aeris in suo loco proprio non est sicut grauitas quã dicitur habere in loco ignis. Cõmentator cõtra Themistium in paraphrasi quarti de cœlo in sum. 3. cap. 2.

Grauitas & leuitas non sunt qualitates actiuæ. 2. de genera. & corruptione. tex. com. 8. vide in concor.

Graue & leue sunt in prædicamento substãtiæ. 2. de anima. cõmen. 108. idem 4. cœli. cõmen. 20.

Grauitas & leuitas sunt in prædicamento quantitatis, secunda intentione. 5. metaphy. cõmen. 18.

Grauitas terræ causa est maxima distantia a motu orbium, & per contrariam causam ignis est in maxima leuitate, ex libro destructio. dispu. prima. in solutione. 11. dubij. idem in 2. cęli. cõmen. 94.

Grauitas sequitur priuationem motus, & leuitas sequitur ad calorem qui causatur a motu. ex praphrasi metaph. tract. 4.

Granis granatorũ inest proprietas resistendi putrefactioni, & vt cibus in fumositatibus malis minime cõuerti possit 7. colli. cap. 16. Ideo in cura putridarum febrium solet a medicis expertis adhiberi in digestiuis syrupis commiscendo vinum granatorum.

Gradus virtutum actiuarum est super vnam eãdem complexionem secũdum comparationem graduũ virtutum passiuarũ. ex 2. colliget, cap. de complexionibus membrorum consimilium, vbi etiam dixit contra Galenum ꝙ mensura duarum qualitatũ actiuarum sequit'a mẽsura duarum passiuarum, quia formæ proprie habent materias proprias sub eis.

Grando est aqua congelata in nube 1. metheo. caꝑ. 4.

Grando magis generatur in autumno & in vere; econtrario dispositio huius ibidem.

Grossitudinem habens ex admixtione aeris cum aqua est aereũ a predominio, sicut oleum, & ideo natat super aquam. Commẽtator in 4. metheo. in summa.

Grues senescẽtes cuius effectus causa esse potest ꝙ pennarum natura earum albicet plusquam humoris his senescentibus constituitur in pennis quàm vt facilius putredini pareat. Aristoteles in 5. de generatione animalium. cap, 5.

Grues ex scytucis campis ad paludes ægypto superiores, vbi nilus profluit veniunt, quo in loco pugnare cum pigmeis dicuntur: non enim id fabula est, sed certe genus tũ hominum, tum equorum pusillum est, vt dicitur, deguntq; in cauernis. vnde nomẽ troglodite a subeo dis cauernis accepere Aristo. in 8. de natura animalium. cap. 12. Credo autem ideo Arist. dixisse id non esse fabulam, quia de hac re meminit in 3. lib. Iliados. vbi scribit. Aduerte tamen ꝙ tametsi & Arist. & Homerus affirmant pigmeos esse hominũ genus, non propterea intelligendum est ꝙ sint eiusdem speciei, non enim habent animam rationalem, sicut bene notauit Albertus cognomento magnus in libro suo de animalibus libro 7. ca. 6. Est igitur genus simile homini, quia sunt figuratæ ẽtę sed non sunt vere homines.

Grues volant de vltimis in vltima, vt dictum est, & volant ita ferendo. Quod de lapide narrãt fabulam est: lapidem enim eas tenere dolamento quem vbi deciderit auspicantur vtilem ad auri probationem. Idol.

Gruum prudentia requiratur in 9. de natura animalium. caꝑ. 10.

Grues inter se tam acriter pugnant vt dimicantes capiantur: hominem enim expectant potius quàm pugna desistere patiantur. 9. de natura animalium. cap. 12.

Gummi sunt ingrossata & infusibilia a calore, quia sunt superfluitates terræ nascentium, & in omnibus est siccitas aliqua per viscositatem existẽtem in ipsis. 5. colliget. ca. 2. vbi loquitur de ammoniaco.

Gustus & tactus in vnamen. Gustus & tactus in vnamen. Gustus linguæ sunt. Themist. in 2. de anima caꝑ. 39. vbi collige non esse semper necessarium diuersorum sensuũ esse organa diuersa fm se. Gustus

Gustus est quidam tactus 2. de anima. tex. cõmen. 94.

Gustus cum sit in homine absolutior & certior odoratu', cur degustatis rebus statim voluptas, ꝙ gri tudoue consequatur, neq, Arist. neq; expositores attingunt. The. 2. de anima. cap. 32. & est sup t. 95.

Gutta vltima lapidem cauat, 8. phy. tex. comen. 23. & vide Themistiũ in 2. li. de memoria & reminiscentia ꝙ præcedẽtes molliunt & subigunt lapidem, cap. 8.

Gutta quomodo cauet lapidem, vide 8. phy. tex. c. 23. & vide Them. in 7. physi. versus finem super tex. 38. vbi dicit neq; si lapidem multa stillicidia incauant, necesse est singulis stillicidijs separatum sua ramenta respondeant: hæc enim semper ad discretionem potentiarum subiectæ magnitudines discutsu præterennt non diuidendo, secantur, & nonnullæ quoque potentiæ sunt, quæ illas quasi trans secandoue, sed ita efficiendo & præparando vt secari & diuidi ali quando possint.

Guttur quod & arteria dicitur cor pore cõstat cartilaginoso. 2. de partibus animalium. cap. 3. vide 7. de vtil. particu. Gal. ca. 3. vbi agit de trachea arteria, & ibi videbis quid sit cartilago. Et nota etiam ibi ꝙ anuli qui sunt ī trachea iuxta sub stantiam pulmonis, non sunt compleri cõtra Mondinum & modernos anathomistas.



De littera H.

Habitvs nõ īdiget ad sui cognitionẽ concipi respectu priuationis, nisi eẽt habitus inquantũ est perfectus, & priuatio ex parte qua est quid imperfectum, & vt vniuersalius dicam inquantum est habitus, hoc est, inquãtum est relatiuũ, ex commento magno in prologo primi posteriorum Cõmentator.

Habituum continuas passiones facit series & continuatio temporis: Actuum vero vnum esse non concesserim: nisi iunctus sit & continuo defluat. Themist. 5. physic. 38. & habetur in tex.

Habitus est prior priuationeī re ea rẽre habitu. 4. phy. cõ. 67. vbi subdit Cõment. ꝙ hæc propositio, vt mihi videtur, non conceditur ab Auicen. & est falsitas in illo.

Habitum est quod consequenter est cum tangat. 4. phy. tex. cõ. 26.

Habitibus præsentibus nõ dum generatur aliquid, sed iam est 1. de generatione & corrup. t. cõm. 55.

Habitatio tota impossibile est vt fugiat a philosophia, & forte philosophia inuenitur in maiori parte subiecti, 3. de aĩa. c. 5. in sol. qõnis. 2.

Habitatio est posibilis in quarta meridionali, ibidem.

Habitus diffinitio est vt habens ipsum operetur per ipsum quando voluerit, & ex se absq; hoc ꝙ indigeat aliquo extrinseco, 3. de anima. commento 18.

Habitus mediat inter habentem & habitum 5. metaphy. tex. cõm. 25.

Habitũ haberi non contingit, alioquin in infinitũ erit, habiti fuerit habere habitum. ibidem.

Habitus est prædicamentum fm ꝙ contẽtum dicitur habere cõtinẽs. Cõm. 5. meta. cõ. 28. sed quando continẽs habet cõtentũ, tunc hoc est predicamẽtum vbi vt idẽ dicit. Habeo verbũ demõstrat tot respe

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus quot demõstrantur per hanc propositionem in, licet differat qa habere dignius. d. respectum continentis ad contentum, sed, in, præpositio, est conuerso modo. Commenta. 5. metaphy. cõm. 28.

Hanelitus instrumenta sunt canna, dyafragma, pulmo, trachea, arteria, epiglottis, & vuula, 2. coll. c. 19.

Hanelitus secundum Galenum est motus volũtarius, & vide rationẽ. 2. colli. cap. 19.

Hanelitus secundum alios est motus naturalis. ibidem. sicut motus pulsus.

Hanelitus secũdum aliquos sapientes est compositus ex duabus virtutibus. v3 naturali & voluntaria: & ista opinio est verior fm Auer. ibidem. Comparando autem duas primas opiniones ad inuicem, secunda est verior prima. ibidem.

Harmonia é posterior instrumẽto.

Harmonia non pugnat cum instrumento.

Harmonia intẽditur & remittitur.

Harmonia cõstante nõ potest consonantiæ accidere offensio.

Harmonia corporis nihil aliud est q̃ firmitas valẽtia & pulchritudo.

Harmonia est quædã ratio mixtorum aut compositio. primo de anima. tex. cõmen. 53.

Harmonia nõ est substantia. ibidẽ.

Harmonia non mouet instrumentum. ibidem.

Heraclitus ignẽ principiũ oĩum esse asseruit, & orbẽ quandoq; deflagratũ, vt hæc oĩa redeant, vnde profecta deriuataq; fuerint. 3. phy. tex. cõm. 46. Forte hoc est q̃ Ouidius cecinit ĩ 1. Metamorphoseos, esse quoq, in fatis reminiscitur affore tempus, Quo mare quo cœlũ, correptaque regia cœli, Ardeat & mundi moles operosa laboret.

Heraclitus negauit sciam, & existimauit oĩa entia sensibilia esse, qa sunt in continua trãsmutatione, ideo nulla de eis potest haberi materia. 4. metap. tex. cõmen. 22. libidem dicitur q̃ Cratillus incepit ipsum asserentem eundem nõ posse bis in idem flumen intrare, immo nec semel.

Herinaceus solus inter animalia, quæ animal generant, habet testes contrario modo adhærentes cætera aũt hñt, añ, vel intus, vel extra. vide causam 1. de gen. ani. c. 2.

Herinacei cõmutant sua cubilia a strorũ & aquilonũ mutatione, qui autẽ intra tecta aluntur ad parietes discedunt, quod ita fieri cõ zantij quidam aduertisset, cõsentus existimationẽ est, vt tempus futurum posset præsagire, 9. de natura animalium. cap. 6.

Hesiodus primum omnium chaos, deinde, terra, litẽ & amoré fuisse refstatur, ex erratis primi metaphy.

Hirci pingues minus fecundi sunt, quorum argumento vites quoque per nimiam alimenti copiã luxuriantes fructum non ferunt, hircistare rustici dicunt. Aristo. in 3. natura animalium. cap. 14. idem in 1. de generatione ani. cap. 18.

Hiems nostra est æstas in partibus meridionalibus, & cũ fuerit frigiditas in parte septẽtrionali, erit caliditas in parte meridionali, & econuerso. Cõ. in princi. lib. metheoro.

Homo est magis aptus ad discernendum indiuidua odorabiliũ q̃ cætera aĩalia, quãuis quædã aĩalia habeant fortiorem sensum odoratus a remotis. 3. colli. cap. 34.

Hominum perfectorum in artibus vna conditio est, vt sit dominus artis ex se, ita vt hoĩs cognoscat res necessarias perfecte cũ inspexerit rerum diuersitatẽ ex 7. coll ca. 28.

Hominis tactus est fortior q̃ in cæteris animalibus. 3. collig. ca. 36.

Homo diuersificat ĩ sensu olfactus a ceteris animalibus, quia homo non põt odorare nisi cũ olfactione, sed multa animalia odorant sine olfactione, vt animalia carentia sanguine, vt apes & formicæ. 3. collig. cap. 36.

Homo pluries cribrat vnũ modiũ fabuli, vt inueniat vnam margaritam. Auerroes. 4. colliget. cap. 9. de signis ægritudinis in generali.

Homini ab Apolline pythio iniunctum est, vt se ipsum noscat, perinde quasi oĩbus ex sua cuiusq; cognitione naturalis viuendi ratio statuenda videatur. Alexander in princ. paraphrasis de anima.

Homini soli pariendi tempus multiplex datum est: cætera autẽ animalia oĩa singulari ac simplici modo partum suum perficiunt: nam & septimo mense, & octauo, & nono parere potest, & quod plurimum decimo: nonnullæ etiã vndecimũ attingũt. 9. de na. ani. c. 4. Hõ cũ aĩalia alia singulos pariãt, aĩa plures in ancipiti est: nã q̃ plurimũ & in locis plurimis agit mulieres singulos singulæ parũt, sed sæpe & locis pleriſq; geminos etiã, vt in terra ægypti fieri certum est: pariunt etiã ttes & quatuor, & qui dem locis nonnullis valde, ita fit quod dictum est: sed quinq; cum plurimum nascuntur: iam enim hoc pluribus euenisse certũ est, & quædam partubus quatuor, viginti enixa est: quinos enim singulis partubus edidit. ibidem.

Hoĩbus solis contingit vt si gemini concipiant quorũ alter mas alter femina sit pauco seruentur: in cæteris autem aĩalibus gemini nati si mas & femina sint, enutriuntur atque seruantur. ibidem.

Hoĩes octauo mẽse geniti in terra ægypto viuere & adolescere possunt, & quibusdã alijs locis vbi mulieres fertiliores sunt, multosq; simul & ferũt & pariũt, sed locis græciæ multi intereũt, nec nisi perpauci seruant. vnde fit, vt siquis seruet nõ octauo mense natus existimet. ibidem. Ex quo patet rationẽ mathematicorũ nullam esse, quia natus octimensis nõ possit viuere. vide Cõciliat. in dria ,ppria de hoc.

Hominis ossa sunt numero 348. exceptis paruis quæ replent spatia iuncturæ, & osse epiglottis, & osse cartilaginoso quod est in corde secundum aliquos anathomicos. 1. colliget. capit. de anathomia dentium & ossium.

Homines ætatis ratione inuitantur vt iuuenes inter se feminas generent, seniores facti mares, & quidã iuuenes nihil procreant seniores facti incipiunt procreare. 7. de natura animalium cap. 6.

Homini in pueritia sinciput molle est seroq; duratur: cæteris autem animalibus discrimen ossiũ nullum est, sed omnia perfecta iã inde a natiuitate proueniunt, Aristo. in 7. de natura animaliũ. c. 11.

Homo est id quo coniungitur esse sensibile cum intelligibili, & propterea perfecit Deus in ipso esse sensibile cui euenit imperfectio propter distantiam ab ipso. ex ra-

raphraſi metap. tex. 4.

Homo cũ cætera animalia naſcantur cum dentibus in pueritia, ſeptimo menſe dentire incipit. ibidem.

Homo ſicut cætera animalia quæ ſecundum naturam inuerſa in caput naſcuntur, & manus etiam ad coſtas porrectas extenſaſq; habet qui cum extierit ſtatim vocẽ emittit, & manus in os admouet ibidẽ.

Hominis aĩam ĩ pueritia ab anima beluarum nihil differre prope dixerim 8. de natura animalium. capitulo primo.

Hominis ſaliua plurimis morſibus venenoſorum animalium aduerſatur, vel animalibus venenoſis. 8. de natura anima. cap. 29.

Homo eſt perfectiſſima natura, & ideo affectus animi in eo conſpectiores cõtinentur, quàm in cæteris 9. de natura animaliũ. cap. 1.

Hominis ſtercus panthera quærit cum venenum pardalianches ab angore dictum comederit, quo etiam leones intereunt 9. de natura animalium. cap. 6. vnde venenis aduerſatur, vt medicis etiam videt.

Homo ſolus ambidexter naſcitur. Ariſtote. in 2. de natura animalium. cap. 1.

Homo pauciſſimis pilis integitur niſi in capite, qua quidem parte irſutiſſimus omnium eſt. ibidem.

Homo maxime oĩum animalium ſuæ magnitudinis ꝓportione plurimũ ſeminis emittit, & inter mares qui humidiores ſunt natura, nec valde carnoſi. 7. de natura animalium. cap. 1.

Homo ſolus ex animalibus pedes habentibus, pedes carnoſos habere cernitur. ibidem.

Homo cũ ad iuſta incrementa peruenit partem ſuperiorem minorẽ habet quàm inferiorem, cuius atque cætera animalia quæ ſanguine conſtant, partem ſuperiorẽ intelligi volo quantum de capite ad eam portendit partem qua extus patet excrementis: inferiorem vero quantum ab ea ipſa ſubſequitur reliquum corporis. ibidem.

Homo priuſquam adultior ſit, partem corporis ſuperiorẽ habet maiorem quàm inferiorem. ibidem.

Homo dentes priores mutat: maxillares autẽ nullum animal mutat. ibidem.

Hominis ſanguis eſt tenuiſſimus & minutiſſimus. 3. de natura animalium. cap. 19.

Homines tam mares quàm feminæ a primo ortu infecundi naſcipoſſunt. 7. de natura an. cap. 1.

Homines mares nimis ſalaces & feminæ quæ frequentius pariunt citius ſeneſcunt. ibidem.

Homo corporis proportione primum ſemen emittit. Ariſtote. in tertio de natura animalium, capitulo vltimo.

Hominis proprium eſt locutio. Ariſtote. in 4. de natura animalium capit. nono.

Homines locutione vtuntur variã cum vocem omnes emittant eandem, quarto de natura animaliũ. capi. nono.

Homines ſurdi a natiuitate ſunt etiam muti & vocem emittere poſſunt, locutionem vero nullam. ibidem.

Homo maxime animalium ſomniat. Ariſtote. in. 4. de natura animalium, cap. 10.

Homo anno quarto aut quinto ſeminare incipit. ibidem,

Homines quidam nunq; ſomniauerũt, & nõnullis accidit in proceſſu ętatis vt viſo ſomnio mutarentur habitu ſiũ corporis, vel in mortem vel in morbum. ibidem.

Homini maxime temporibꝰ oĩbus coitus opportunitas eſt, atq; etiã plura alia pedeſtris generis 5. de natura Animal. cap. 8.

Hominum mas ſtimulatur magis ad venerem hyberno tempore, feminã ſtuo. ibidem.

Hominum in genere & quadrupedũ aĩal gignentium maxime patet vt nouellorum prima emiſſio ſeminis, vt ĩ cęteris generibus animalium, aut infœcunda, aut ſi fœcunda ſit imbecilliora tñ generat. 5. de natura Animaliũ ca. 14. & in 7. de natura Animal. cap. 1.

Homo in quartodecimo anno, ſemen incipit ferre, ſed vim genitalẽ recipit circa annos ter ſeptẽ. ibidem & in 7. de natura aĩa l. cap. 1.

Homerus sapere & sentire idem esse asseruit. 2. de anima. tex. cõm. 150.& 4.meta.tex.cõmen.21.

Humida oĩa suapte natura in corpore existentia vasculis quibusdã continentur, vt sanguis in venis & medulla in ossibus. 3. de natura animalium.cap.20.

Humana cõprehensio in propositis profundis deficit. ex disputatione. 3.in solutione. 16.dubij.

Humor viuificans est siccitas ligne a vita remota est. 2. de genera. animalium.cap.1.

Humidũ est indeterminatum prio termino & bene terminabile alieno. 2. de gen.& corru.tex.cõ.9.

Humefactio in aqua est manifesta sensui, sed ea quæ est in aere latet sensum. 2 de anima. cõmen. 113. idem 1.phy.cõ.54.& 1.de gene.& corrupti. cõm.19.& 2.de anima. cõm.115.in calce cõm.de aqua.

Humor melãcholicus cõuenit homo & actioni vnius imaginatiuæ, quia iste humor est multi vaporis,& ascẽdit ad caput & facit somnum,& cõuenit somno.ibidem.

Humiditatis proprietas vt sit facilis retineri ab alio & obediens recipere passionẽ absq; hoc ꝙ perneat formã quã recipit aut habeat retentionẽ ex se.4.methe.cõ.1.idẽ in 2 de gen. & corrup.tex. cõm.9.

Humiditatis & siccitatis diffinitiones differenter verificãtur in cõpositis & in simplicibus.4. metheo. cõm. 1. & vide consimile de grauitate & leui in 3.cœli. cõ.9.& vide vniuersaliter de omnibus primis qualitatibus in cõm. 13. in 1.cauen.

Humidũ ẽ bene terminabile, siccũ aũt difficile terminabile, humidum.n.sicco causa terminationis est, & vtrũq; vtriq; velut colla fit.4. metheo.tex.cõm.28.

Hypolepsis quã nos susceptionẽ dicere possumus, aut existimationẽ est tanq; genus oĩum habituũ existentium in intellectu, vt est scĩa, opinio, intellectus, & id genus. Themist. 2. de aĩa. sup tex.cõ. 152. Nota tamẽ ꝙt quandoq; sumit pro aliqua specie, vt pro opinione, sicut ibidẽ in tex.cõm. 157. sicut in 2.phy. est in simili de casu, vt nosti.

Hypotheticæ propositiones syllogisticæ sunt duobus modis, modus ĩ quo præcedens est pone aut necessariũ & cõsequentia necessaria, & in his semper ponit præcedens & modus in quo ditur consequẽs, & modus in quo præcedẽs est impone & cõsequentia est necessaria, & in hoc semper destruit præcedens. 7.physi. cõm. 2.idem in 1.priorum in digressione de syllogismo hypothetico.

Hyppomanes quid sit, vide Arist.in 6.de natura animalium.cap.18.li cet Theocritus ĩ pharmacheutria fit alterius opinionis. Et aduerte diligenter apud Arist. hoc vocabulũ esse multiplex, quandoq;. n. sumitur pro humore simili semini quẽ genitale equa tempore coitus emittit, quandoq; vero significat carunculã quandam frontũ pulli adhærentem nascens, vt patet ibidem libro. 6. de natura animaliũ. ca. 22. & hoc etiam veneficijs esse idoneum dicunt.

De Hyppomane etiã vide quę scribit Arist. in 8.de natura aĩaliũ. ca. 24. vbi dicit, quę aũt de hoc fabulantur figmẽta mulierculariũ & protum potius esse credendum est.

Hypocrates & alij medici dixerũt ꝙ causa putrefactionis est caliditas & humiditas, & hoc quia non distinxerunt illud quod est per se ab illo quod est per accidens. 4. metheororum.cõmen primo.

Hypasus methapontinus, & Heraclitus ephesius ignem asseruerunt esse principium omnium, ex erratis primi metaphy.

De litera I.

ID inter esse dicit in qd prius aptum natum est peruenire quod permutatur q̃ in quod vltimũ fm naturam cõtinue permutans, 11.primæ philosophiæ. cap. 11.& 5.physi.tex.cõmen.22. & ideo arabes mediũ in motu inter appellãt.

Idem fm subiectũ est idem per accidens, sed vere idem est illud quod est idem per formã. Cõmentator 6.Physi.commento.85.

Identitas est vnitas quædam pluriũ essendi vt ipsi vtimur vno vt pluribus, veluti quando dixeris ipsum ipsi idẽ, nã vt duobus vtimur vno. 5.meta.in ca.de eodem & diuerso.

Idẽ seipsum trãsmutare non põt. primo de gene.tex.cõm.73.

Idẽ & similiter se habens semp idẽ aptũ ẽ facere. 2.de ge.& cor.t. c.56

Idẽ fm idẽ nõ põt esse ĩ actu & ĩ põa.

Idem eidem non erit per se causa contrarij. 4. metheo.tex.cõm. 56.

Iecur ad temperiem sanitatẽq; corporis multum confert, finis nãq; corũ in sanguine situs est potissimum. iecur aũt omnium viscerũ excepto corde sanguine refertissimũ est. ex 3.de partibus ani.c. 12. vide in cõtradictiõibus nup editis.

Iecur latere sinistro, lien latere dextro cõtineri visus est. Arist.in 4. de ge.an.c. 4. vide ẽt ĩ 1.de na.an.c.8 vbi dicit hoc visũ fuisse ĩ nõnullis quadru-

quadrupedibus. vide etiam in 2. de generatione animalium. cap. 17. vbi dicit quãdo hoc euenit id prodigiose euenire putandum est.

Iecur hominis rotundum est simile bubulo. primo de natu. ani. c. 18.

Iecur magna ex parte maximoq; animalium numero felle caret, verum in nõnullis id habere sibi annexum videtur. ibidem.

Ignis generatur ab igne sicut a motu 12. primæ philosophiæ. cõ. 18. & 7. primæ philosophiæ. cõ. 31. vide 2. cœli & mundi. cõmen. 32.

Ignis quia est ī fine subtilitatis, ideo non recipit quantitatem maiorẽ, & terra quia est in fine corruptionis & grossitiei, ideo non recipit quantitatem minorem. 4. methe. cõmen. 1. idem 2. de anim. cõ. 97.

Igne excepto, omnia reliqua elemẽta putrescunt: etenim terra, aer, aqua, oĩa hæc sunt materia igni. 4. metheororum. tex. cõmen. 4.

Ignis nullum aĩal generat, neq; constituit quicq̃ densis vel humidis vel siccis videtur. 2. de gñatione animalium. caſ. 3. idem in 2. cap. de substantia orbis Comment & in 12. meta. cõm. 18.

Igni & elemento esse non idem est, sed vt quidem re & natura ignis, elemẽtum nomen vero significat eo quod acciderit ipsi, quia est aliquid ex hoc vt primo in existõte, sic & in causa & in vno & in talibus oĩbus. 10. meta. tex. cõm. 2. in de colligitur nutrimentum respectiuum esse de quiditate absoluti.

Ignis aufertur ablatione caloris nõ primo sed mediante ablatione formę ignis, sicut risibilitas aufert hominem, sed nõ primo sed p ablationem rationabilitatis. 8. me. c. 5.

Ignis actio ẽ calor maximus & metus ad supernus 8. met. c. 5. ignis calor est ī eo sicut abscissio ī gladio, & actio manus in manu nõ sicut ablatio in ablato 8. met. c. 5. hoc dictũ est sicut apprietas eius, & nõ est differentia substantialis per cuius ablationẽ primo aufertur natura speciei constituę per talẽ differẽtiam specificam constitutam. Ignis non est primũ calefaciẽs quia est passiuus, sed necesse est vt primũ calefaciẽs calefaciat per qualitatẽ nõ passiuã. ex. 2. ca. de sub. or. Ignis solus & maxime speciei est. 2. de gene. & corrup. tex. cõ. 50. idem 4. metheo. tex. cõ. 5. vbi dicitur q̃ oĩa entia putrescunt excepto igne. Ignis quilibet eiusdem speciei est cũ alio igne. 1. cœli. tex. cõmen. 77. Ignis non lucet nisi cum admixtione cum alio corpore & differentia tanta hoc inter ignem & corpora extẽsa est manifesta. Cõmẽ. in lib. de sensu & sensato. idẽ 4. cœli. cõ. 32. Ignis generatio amota non est immediate a calore cœlesti diffuso in aere, & motus p̃disponit subiectũ. Cõmen. in paraphrasi metaphysicæ tract. 2. ibi & dicamus.

Ignis est veracius mediũ inter maxiam & formam q̃ sit aqua, & aer. 3. colli. cap. 38. de visu & auditu.

Ignis qui est supernus nõ dicit ignis cum isto qui est apud nos sm Alexandrum, nisi æquiuoce. 1. cœ. cõ. 91. idem in 2. de gene. & corrup. cõ. 21. & 4. cœli. cõ. 32. & in prima parte canticæ canticorũ. cõmẽ. 15. vbi clarissime loquitur de hoc.

Ignis quando non habet ętenatem cito extinguitur vel debilitatur, & ideo carbonarij tegũt carbones cum terra, vt ignis nõ transeat per

per omnes partes carbonum & faciat cinerem. 3. coll. c 3.

Ignis quilibet calefacit, non tamen cõuertitur q̃ quodlibet calefaciẽs sit ignis. 2. cœli. tex. cõm. 42.

Ignis quilibet non lucet. Cõment. in paraphrasi. 2. de cœlo. sum. 3. quæsito 1. & idem in 4. cœli. c. 22.

Ignis corrũpitur duobus modis aut ex se, i. propter defectum materiæ, & etiam ex contrario, sed modo accidentali cum contrarium non potest corrumpere ipsum, donec habuerit materiam conuenientem sibi. 3. cœli. cõmen. 52.

Ignis calidum proprium est, terræ vero siccũ, sicut dictum est in his, quæ de elementis. Philosophus in libro de sensu & sensato, & habet in 2. de generatione & corruptione. tex. cõmen. 21. & 23.

Ignis exitus a lapide non est in ca. translationis, sed est in ca. alteratio nis, & trãsmutationis. 3. cœ. cõ. 56.

Ignis semper videtur conseruare figuram pyramidalẽ. 3. cœ. cõ. 67.

Ignis non est ignis in actu nisi in calore & siccitate, quæ sunt in summo. 3. cœli. cõm. 67.

Ignis per velocitatem motus sm anguos habet figuram pyramidalem, & secundum alios habet figuram sphæricam. 3. cœ. t. cõm. 69.

Ignis per se & prima intẽtione congregat omogenea, secundaria autem intentione & per accidens sẽgregat etherogenea. 3. cœli. tex. cõ. 74. idem in 2. de generatione & corruptione. tex. cõmen. 8.

Ignis in aquam conuerti nõ potest nisi prius in aerem conuertatur secundum Themistium. 5 phy. sup tex. 10. contra quẽ vide Auer. ibi.

Ignis duobus modis corrumpitur, a contrario, & a seipso marcescens 3. cœli. tex. cõm. 62.

Ignis partes & motus earum ad superius demonstrant ignem esse superius 4. cœli. tex. cõmen 32.

Ignis esse ex motu partium demonstratur demõstratione quia, & est demonstratio ad speciem subiecti in scientia, quod tamen contingit 4. cœli. cõmen. 32.

Ignis qui est apud nos nõ est ignis, qui est elementum. 4. cœli, cõ. 32.

Igni cum fuerit extra suum locum accidit illuminatio, sicut congelatio aquæ. 4. cœli. cõmento. 32. idẽ in libro de sensu & sensato.

Ignis qui est hic corrumpit corpora, sed ignis qui est in suo loco naturali est generans, idem in 2. caſ. de substantia orbis, & in 2. de generatione animalium habetur ab Arist. caſ. 1. & 12. primæ philosophiæ. cõm. 18. vide in concordan.

Ignis qui est apud nos diffinitio, est ebullitio corporis calidi & sicci. idem in 2. de generatione & corruptione. tex. cõmen. 21.

Ignis non mouetur ad locum aeris nisi violenter, & aer etiam ad locum ignis. 4. cœ. cõm. 39.

Ignis cũ p se incendit est gñatio, & qñ apponunt ei ligna est augmentatio. 1. de. gene. & corru. t. cõ. 39.

In quibus facere est & pati necesse est vnam horum esse naturam subiectam. 1. de generatione & corruptio. tex. cõmen. 43.

Ignis est superabundantia caliditatis, quemadmodum glacies frigiditatis. 2. de generatione & corruptione. tex. cõm. 21.

Ignis nihil generat, neque glacies. ibidem, vide in concordantijs.

Ignis non agit quatenus ignis, nec

terra

terra quatenus terra, quatenus autem ineſt contrarietas eatenus in vnoquoq, hæc & faciũt & patiũtur. Philoſophus in libro de ſenſu & ſenſato.

Ignis qui eſt in vltimo continentis non eſt in fine ebullitionis authoritate Alexandri, ſed ignis qui eſt hic eſt huiuſmodi. 2. de ge. & cor. cõmen. 21. idem cõmen. 15. in prima parte canticæ canticorum Auicennæ, & 4. cœli. cõmen. 32. vide in concordantijs.

Igni contrarium eſt aqua, & terræ aer. 2. de generatioue & corruptione. tex. cõ. 22. vide in cõcordãtijs.

Ignis & terra magis ſincera ſunt, aqua & aer ſunt magis mixta. ex 2. de generatione & corruptio. tex. cõmen. 22. vide 4. cœli. cõmen. 26. quomodo ſit intelligendum.

Ignis eſt magis calidi q̃ ſicci 2. de generatione & corruptione, tex. cõmen. 23. vbi patet vnam ſolam qualitatẽ in ſummo attribui cuilibet elemento, & iſta eſt opinio Alexandri in libro naturaliũ quæſtionum, & in libro metheororũ, & eſt opinio Auer. ſine dubio.

Ignis maxime & ſolus ſpeciei eſt. 2. de generatione & corru. tex. cõ. 50. vbi Cõmen. dicit q̃ proportio ignis ad alia elementa, eſt ſicut formæ ad materiam.

Ignis mouet deterius q̃ inſtrumentum. 2. de gen. & corru. tex. cõ. 55. vbi Cõmenta. reddit cauſam, inquit enim q̃ motio ignis eſt vilior motione inſtrumenti: inſtrumentum enim nõ mouet ſine artifice, & cum mouebit cũ artifice, mouebit ad generationẽ, ignis vero cũ mouebitur per primũ mouẽs, mouebit ad corruptionẽ, vide in concordantijs. Amonius tamen in 2. de natura. in tex. cõm. 41. dicit motionem ignis eſſe deteriorem motione organi: nam organa quãdo ſunt proportionata agẽti attingit finem propter quẽ agunt, ſed deſtituta ab agente & artifice nullius damni ſunt cauſa, ſed ignis deſtitutus ab anima & non regulatus eſt cauſa corruptiõis, vnde Galenus recte dixit febrem eſſe calorem naturalem mutatũ in igneũ, tamen ſimpliciter cauſa ſed magis anima. 2. de aĩa. tex. cõm. 41.

Ignis augmentum in infinitum eſt quouſque fuerit cõbuſtibile. 2. de anima. tex. cõmen. 41.

Ignis dominabitur ĩ corporibus mixtibilibus. 2. de anima. cõmen. 41. vide in concordantijs.

Ignis in vtriſq; videtur in tenebris & in lumine. 2. de aĩa. tex. cõ. 74.

Ignem qui infrigidatus eſt pp adextionẽ corporũ frigidorũ vulgus non appellat ignẽ, & forte vocant ignem corpora calida, licet ſint hũmefacta per mixtionẽ dũ remanet calida calore igneo. 2. de aĩa. c. 115.

Ignis eſt maxima dimẽſio quã materia recipit, & minima eſt dimenſio terræ. 2 de anima. cõm. 87.

Ignis aut nullus ſenſus eſt, aut eſt cõmunis omnibus: nihil enim ſine calore ſenſitiuum eſt, ſecundo de anima. tex. comen 130.

Ignis innatus eſt alterare omne corpus per virtutem exiſtẽtem in eo, ſed tamẽ cũ hoc patiẽ quoquomodo ab eo q̃ alterat & aſſimilat ei aliquo mõ ſiĩ tudinis. i. aggregatã fieri, & ex lignis minimũ, q̃ñ igneã alterãte. 3. de aĩa. cõ. 20. vbi innuit dari reactionẽ. idem. 1. de generatione & corruptione. 53. & 3. phy. cõ. 8. & 4. methe. c. 10.

Illud q̃d in rei veritate dicit̃ generan eſt illud in quo inuenitur iſte motus. 1. phy. cõ. 60. Ex quo patet q̃ materia cñ ſit ſubiectũ gñationis & corruptionis, vere generat̃ & vere corrũpit̃. Nã vt inq̃t Cõmen. hic motus eſt in moto, quia mot⁹ eſt actus mobilis, & p cõſequens mobile ẽ illud q̃d denoĩatur a motu. ex 3. ph. cũ igit̃ gñatio ſit ĩ materia tãquã in ſubto mobili, gñatio. n. eſt actus gñabilis inquantũ gñabile ẽ, ſed pp qd iſte modus loquẽdi nõ eſt in vſu, ſicut eſt ĩ alijs motibus, dico q̃ eſt quia ſubtum gñationis & corruptiõis ſubalis eſt ens in puta põa, & latet nos, ſubtũ vero aliorũ motuũ eſt ens in actu, & eſt manifeſtũ, denoĩatio aũt attribuit̃ entibus in actu, vt p 3. 9. primę philoſophię. tex. cõm. 7. Si aũt dicit̃ q̃ Ariſt. in fine primi phy. demõſtrat q̃ materia nõ gñatur, neque corrũpit̃, dico q̃ illud intelligitur terminatiue, nõ. n. accipit eſſe p gñationẽ, neq; nõ eſſe p corruptionẽ, nõ. n. gñat̃ res, neq; corrũpitur, ſed ſphera enea, vt dicit̃ in. 7. meta. & ideo recte dixit Cõm. q̃ ſubtum generationis vere generatur, licet hoc non ſit famoſum. Illud quod in rei veritate dicit̃ fieri hoc apud græcos eſt ſubiectũ. primo phyſi. cõm. 61. vide quo ſit intelligendũ Ariſt. in 7. primæ philoſophiæ. in rex. cõm. 25. Et inde accipit eã lucidiſſimus Them. Nã quãdo priuatio latet ſolemus in obliquo loqui, vt ex ẽre dicim⁹ ſta tuã fieri, & ex lignis minimũ, q̃ñ vero mota eſt in recto, vt hominẽ muſicũ fieri dicimus, aut ſanũ, quia priuationes ſunt manifeſtę.

Illud quod eſt p ſe intelligentia & intellectus non eſt impoſſibile, vt ſit cauſa pluriũ entium ſm quod de eo intelligũtur multi modi. 12. metaphy. cõmen. 44.

Illa quæ ſunt inter primũ genus & vltimam differentiam, ſunt quaſi genus. 7. metap. tex. cõ. 43.

Illuminatio & obſcuritas quæ ſunt in corporibus cœleſtibus, & in iſtis inferioribus videnẽ magis dici equiuoce quàm ſm prius & poſterius. 2. c. de ſubſtantia orbis. Et ibi vide cauſam.

Ille eſt primus locus vbi naturalis inſpicit alium modũ eſſendi ab illo de quo conſiderat, patet in 8. phyſi. vbi demõſtrat primũ principium mouens eſſe abſtractũ a magnitudine. 1. phy. cõm. vlti. dixit aũt illũ locũ eſſe primũ reſpectu tertij de anima. vbi etiam demonſtrat eẽ entis abſtracti eẽ intell'm.

Illa quę non conueniunt, neq; in genere propinquo, neq; in gñe remoto, vt hõ non corpus q̃d dicit̃ de corpore cœleſti & corruptibili: & intellectus nomen quod dicit̃ de intellectu humano & de ſeparatis intelligentiis, & ſicut nomen entis q̃d d̃ de rebus corruptibilibus & eternis, cõueniẽtius eſt vt talia vocabula ingrediant̃ noĩa equoca q̃ vniuoca. Ex lib. deſt. diſp. 5 ĩ ſol. 3

Illud quod eſt propinquũ ad habendum, hẽt tã q̃ habitũ apud ĩtell'm.

Illud q̃d attribuit̃ alicui p ſuã partẽ apud Ariſt. eſt aliud ab eo quod attribuitur per accidens. 4. phyſi. cõ. 33. idem. 5. phyſi. tex. cõm. primi.

Illud quod innatum eſt moueri, innatum eſt quieſcere. 5. phy. cõ. 11.

Illud q̃d eſt per accñs admixtũ cũ

eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo quod est per se frequenter decipit. 8. physi. cõmen. 27.

Illud quod est accidens totius est illo qđ est per se. 8. physi. cõm. 27.

Illuminatio & similia ex qualitatibus quę fiũt sine alteratione sunt in cœlo. 1. cœli. cõm. 21. & ibidem cõmen. 20. & in 2, capitulo de substantia orbis.

Illius in quo non est potentia diffinitio est, vt nunquam exeat ad actum. 1. cœli. cõmen. 137.

Iliud quod inuenitur propter se prima intentione, necesse est, vt inueniatur propter aliud secũda intentione, nisi illic sit natura, quæ nõ innata ad largiendũ. 2. cœ. cõ. 21.

Ex hoc loco male intellecto quidã eliciunt Deũ benedictum fm mẽtem Cõmen. non mouere effectiue cœlum, quia dicunt ꝙ illa exceptionis nota in prefata propositione fuit addita ad excipiẽdũ primã cãm quæ nõ est innata ad largiendum, sed isti errant vehementer, immo quælibet substantia separata est innata ad largiẽdum. Et prima causa est in fine largitatis, sicut est in fine bonitatis, & ideo dicꝙ illud fuit dictum per Auer. ducendo ad impoſe. q. d. pp se prima intentione, cũ oẽ tale sit spirituale & nõ corporeũ. 2. intẽtione agit pp aliud nisi ibi esset natura, quæ nõ est innata largiri suã boniatẽ, qđ impoſe, quia ibi non est malũ, neque liuor, & hoc põt colligi ex verbis eius in fine illius cõmenti, sic enim in simili. Arist. arguit & accusat Simonidẽ in proœmio primæ philosophiæ, q asserebat sciẽtiam diuinã in solo Deo esse, & illam nulli cõicari: semp intelligẽtiæ adheret vt comes assecla q; eiꝰ.

Imaginationem ita diffiniunt vtẽ τωπωσιμ. i. figurationem in alã, & in parte principi faciant, sed figura hæc imaginatio non est, sed cum eiusmodi figuram imaginatur potestatis functio est, nãq; si figuram & imaginationem idem esse cõcesseris stanm efficies vt hi qui figuram illam habuerint, cum nihil imaginentur, nihilomin⁹ in imaginatione sint pariter id absurdissimũ sequiẽ, vt simul ac que eodem ĩ actu tpis in pluribus imaginationibus versemur, quæ etiam tot numero sunt quot illa sunt, quorũ in nobis simulachra seruãtur. Alex in paraph. de aĩa in ca. de phãtasia. eãdẽ ferme sẽtam inuenies in Themi. in cõm. sup. 1 lib. de memo. & remini. cap. 11. Ex hoc nota contra illos qui tenẽt spẽm sensibilẽ nõ esse realiter distinctam a sensatione & spẽm sensibilẽ nõ esse distinctã ab intellectione. Vñ Alex. in pdicto loco expresse asserit, sicut ĩ sensi tria sunt, sensibile & virtus sensibilis & passatis eiusdem functio, ita in imaginatione & in intellectu, eodẽ modo sunt tria, vz, imaginabile & virtus imaginatiua & eiusdẽ virtutis actus imaginabile functio, sic & in intelligibile & virtus intelligẽs, & eiusdem virtutis circa intelligibile functio. Idem asserit Themi. ab breuiator Alex. circa hoc, & præterea Alex. relicta illa imaginationis diffinitiõe vera, adducit q ab Aristo. fita sunt. inqt. n. imaginatiua vis & sensibilis subo una ginatrix vis & sensibilis subo una sunt: rõne ac diffõne disperentes. Alex. ibi. ĩ ca. de phãtasia. Ergo diffinitio hmõdi afferri põt, vt motus a sensu in actu ꝓfecta dicat. Ita & qui imaginationem figurationem quadã in parte aĩæ principi esse asserunt in relicto vestigio, non autẽ in actione circa vestigium imaginationem ponere videntur.

Imaginationes veras & vehementes catalepticas. i. appræhensorias appellare consueuimus, ea de causa, quia appræhensio in talibus nihil aliud q̃ assensus est, imaginatio nẽ vero falsã & quæ in vero hebes ac dubia est acatalepton. i. vi apprehẽsoria carentem vocamus. idẽ Alex. ibidem.

Imago & animal depictum in tabula sunt eadẽ subto, sed rõne differũt, ex lib. de Memo. & reminiscẽtia, vide Themist. de hoc ibi, lib. 1. cap. 13.

Imaginatio confert in intelligendis mathematicis imposito aut visenti & tractãti diuina, quibus vis hæc magnitudinem & colorem assignat, ita conuenit vt quæ statu eterno sunt, & quorum substantia tempora vias vices non sentit, sine mole & tẽpore cogitari nõ põt Them. in 1. lib. de Memo. & Remini. ca. 9. & vide ibi pulchram Plato. in phedone authoritatẽ cap. 7. ubi inquit. q imaginatio implexa nec pu tas & dilucidas reddi patitur. Ista est sẽtia diui Aug in 1. de Trini. Idẽ sentit Boe. in 1. de Trini. Idem sentit Alber. cognomento magnus in ptin. suę primę philosophiæ. vbi scire potes causam, quia aliqui sapientiæ proficiunt in mathematicis disciplinis & in diuinis non põt profi cere & econtra, &c.

Imaginatio & memoria sunt eadẽ subiecto. Ex lib. de Memo. & reminiscẽtia, & Them. ibi lib. 1. cap. 10.

Imaginatio seu visio est effigies in

viscer primario. i. cordis impressio imaginatio non ipsa impressio habẽda visio est quippe qñ visio actꝰ & administratio sit eiꝰ virtutis cui imprimitur, & quæ concipiẽdi visa potentiam obtinet, alioquin nihil visentibus & imaginantibus nobis imaginatio & visio haberetur, quia teneretur effigies, immo vere imaginationes plures essent simul, quia plures effigies & plures impressiones simul repetirẽtur. Themist. in lib. 1. de memoria & reminiscẽtia cap. 11.

Imaginationes proueniẽtes ab artifice sunt mediæ inter cõpræhẽsiones vles & particulares, & sunt mediæ inter diffinitionẽ rei & suam imaginationẽ sibi propriam, & similiter sunt imaginationes animalium in operationibus artificialibus naturaſt operatis, vt sunt domusapium & hirundinum, ex Philosophorum sñia, ex lib. destructionũ disputa. 16. in solut. secũdi dubij.

Immobile tripliciter dicitur. 11. primæ philosophiæ. ca. 10. in fi. & 5. phy. tex. cõmẽ. 20.

Impossibile factum eẽ dicẽs, aut esse, aut futurum esse. mẽtitur 9. meta. tex. cõmẽ. 6.

Imaginatio ẽ virtus per quam imaginantur præcisæ res quæ videtur impossibiles. Et iõ falsitas est propria imaginationi & sẽsui non contingit nisi per accidẽs. 4. met. cõ. 24.

Impotẽtia ẽ priuatio potẽtię. 5. metapha. tex. cõ. 17.

Impossibile est scire aliquid eorũ q̃ sunt posita in artibus nisi præscian tur ĩtellecta prima ĩ illa arte. 1. metaphy. cõmẽ. 47.

Imaginatio in animalibus perfectis fit ex quinq; sensibꝰ 3. de aĩa. c. 56.

Imaginatio est in alijs animalibus, sed cogitatio est in rationalibus 3. de anima.tex.cō. 57.

Imaginatiua semper est in motu & actione continua, & illi attribuitur actio secunda: quia virtus rememoratiua & cogitatiua non agunt in somno. Cōmen. in lib. de So. vi.

Imaginatio duplex, perfecta & imperfecta, perfecta est in aīalibus perfectis, imperfecta & inexplanata ī imperfectis vt sunt vermes & muscæ. Themist. 3. de anima cap. 68. idem habet Cōmen in 2 de aīa. cō. 20.

Imaginatiuę virtutes motus intenduntur in somno, propterea quia soluta est a ligamento virtutis cogitatiuę, quia tunc non ministrat ei, ibidem Cōmentator.

Imaginatiua virtus propter suam diuersitatem in complexione est causa quod quidā hoīes sunt veridici somnij q̄ alij; ex cōmento libri de diuinatione.

Imaginatiua virtus semp est in motu in somno & in vigilia. ibidem.

Imaginatio proprię & fm tranlatio nē sumitur, & qñ sumitur fm translationē de opinione & scīa & aliis habitibus prędicatur. Alex. in paraphrasi de aīa. in cap. de phantasia. Vnde Auer. in 3. de aīa. intelligere plerunq; appellat imaginari pintellectum, imaginatio autem proprie sumpta, est motio quædam p quam nobis secūdaria quædam gignuntur in anima.

Imaginatiuæ malitia actionis eius est in velocitate motus de vna imagine ad aliam, & in paucitate cōformationis formæ, & bonitas suæ actionis est in bene imaginando illam rem, quam imaginatus fuerat, & in confirmando, & huic actioni cōuenit complexio frigida & sicca, quia frigiditas facit tarditatē motus, & siccitas confirmationem formæ. ibidem.

Imaginatiua virtus habet maximū dominium in melancholicis, ita q̄ in vigilia comprehendūt illud quod alij compræhēdunt in somno. ibi.

Imaginatiuæ motus semper est in thesauro virtutis rememoratiuæ & cogitatiuæ, & in thesauro sensus cōis. ibidem propè finem.

Impedimentum intellectus semper est a falsitate, & nunq̄ a veritate. Cōm. in prologo. 3. phy. & est Arist. sīl. in 1. ethicorum. cap. 8. Verum vero consonat ex omni parte, falsum autē statim dissonat a vero, idem 3. de anima. cō. 5.

Impoſe est vt aliquid in vno sit de vno prędicamēto, & in alio de alio 5. phy. cō. 10. & 8. meta. cō. 5. & 1. phy. tex. cōmen. 27. Intelligitur tamen in his quæ vnuoce dicuntur, nam scīetia in nobis est qualitas & in deo est substantia.

Impoſe est ire Thebas & sīl'ium esse Thebas 6. phy. te. cō. 7.

Impoſe est vt idē motus equalis velocitatis prāsēat totū & ptē in eodē tpe, ne dū in tpe īfinito 6. ph. cō. 10. Et hoc est vnus mūdus seu vnū cęlū, ista est sua solō. Alexā. aūt dixit q̄ multitudo non est probabilē. Simpōt immediate coniungi vnitati.

Imaginatio est gñatio, & ois gñatio est motus 8. phy tex. cō. 26.

Impoſe nō sequitur ex falsō posīto, sīl ex īpoſi 8. ph. t. c. 36. & ex 1. prio.

Imaginatio in corporibus cœlestibus est eadem oibus modis, & cum ita sit est eadem, sicut imaginatum est idem, & cum imaginatio sit eadem non inueniet nīsi in vno imaginato. Sententia autē est in 1. cœli. cō. 90. Et est locus a potentia intellectus. Dubitat. n. Comme. ibi in demonstratione illa quæ vt ele-

sumpta

sūpta ex prīa philosophia. Cur quē admodū in hominibus, vnū obiectum mouet plures imaginantes & appetentes, vt idem cibus pariformiter & nō pōt fingi q̄ sint plures cœli & plures mundi, qui tn idem primum principiū appetēt, cūimo tus cœli fiat per desiderium & intellectum, & ipse soluit p verba prāducta, quæ sunt valde confusa, & nisi fallor solo eius in hoc consistit q̄ intelligētiis abstractis, & corporibus cęlestibus, cum primo principio est ordo & dependentia essentialis, in nobis vero ē ordo accītalis, in quibus imaginans & intelligens cum intellecto non sunt eadē oibus modis. Et iō in nobis pōt cōtingere q̄ vnum moueat in ratione amati & desiderati plura eque primo per diuersas imaginationes, sicut videmus q̄ vnus iperator potest duos cōsiliarios equaliter diligere & honorare, quia hic est ordo accīs, sed inter mundū & primū principiū est ordo per se & essentialis, & ibi, quia intellectum intelligēdo & intelligēs fit vnum quod est motum ab eo essentialiter in rōne amantis, oportet q̄ sit unum numero. Et hoc est vnus mūdus seu vnū cęlū, ista est sua solō. Alexā. aūt dixit rōnem illā esse probabilē. Simpliciter aūt dixit q̄ multitudo non pōt immediate coniungi vnitati.

Imaginatiua virt⁹ valde iuuat in hoc q̄ possit esse alius mūdus, quia possumus imaginari extra mundū vacuum continentem ipsum in quo posse sit esse alium mūdum, primo cœli. cō. 92. & 93.

Imaginatio vī intellectus esse proprer duo. primū quia sicut imaginatio fallitur qñq̄; & qñ; vera est, sic & intellectus quia sicut intelligimus dum volumus, ita etiā imaginamur dū volumus, 2. de aīa Themist. super tex. 159.

Impoſe & falsum differunt. 1. cœli tex. cō. 119. itelligitur de falsō possibili, quia falsum duplex est vt dicit Cōmenta. in comen. & habetur in 2. priorum.

Imaginib⁹ in nostris sursum & deorsum non sunt ex respectu sed ex similitudine. Cōmenta.

Impoſe dupl'r dr aut q̄ simpl'r nō verum erit dicere q̄ fiet vtiq;, aut nō facile, neq; cito aut bñ 1. cęli te. cō. 111. 2. cœli. cō. 10. ita q̄ Cōmen. vult & innuit istam diuisionem, q̄ istę sex differentiæ positionis sunt duobus modis verę & non veræ, veræ sunt in aīalibus perfectis in quibus est principium motus localis, non veræ aīt dupl'r, aut ex sīle, sicut in imaginibus nr̄is quę assīlant nobis, aut ex respectu tm, vt sūt relqua inaīata vt colūna, & id gen⁹.

Imaginatio semper intelligentię adheret, vt comes assecla; eius individua. Them. in 1. lib. de Memor. cap. 8. & habetur in tex. ibi. & ēt 3. de aīa. tex. cō. 30. & 39.

Impotentia quælibet præter naturā est, etenim in aīalibus impotentię omnes præter naturam sunt, vt senectus & decrementū 2. cœ. t. c. 37.

Imaginatio per intellectum in abstractis a materia semper est in actu. 2. cœli. cō. 37.

Imaginatio vt inquit Plato associata implexaq; aīo, actiones eius turbidat, neq; puras & dilucidas reddit patitur. Themist. refert in libro de memoria. libro. 1. capit. 7. & nota quōd est authoritas Platonis in phedone.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imaginatio diuersificatur in animalibus quę sunt hic pp diuersitatem cõtiẽtis ea ex extrinseco, & propter diuersitatem passionis proueniẽtis in corporibus eorum ab eo. 2.cœli.cõ.40.

Imaginatio quam græci phantasiã vocant alia est a sensu & ab intellectu 2.de ani.tex.cõ.153.

Imaginamur dum volumus. ibidẽ.

Imaginatio nõ est in oibus aïalibus, vt sunt apes & formicę & vermes. 2.de aïa tex.cõ.56.vbi põdera glosam Auer.nã apes & formicæ imaginantur, sed Aristo. non curat de exemplo. Nota tamen q̃ Themist. melius exponit locum illum, & vide ipsum, intelligitur aũt de imaginatiua perfecta & terminata 2. de aïa.cõ.20. Alex. autem in paraph. de anima.cap.de phantasia dicit. q̃ ostreacea & vermes carent imaginatione.

Imaginationes q̃ plures sunt fallaces 2.de anima tex.cõ.156.

Imaginatio est in rõne carentibus ẽt 2.de aïa.tex.cõ.57.

Imaginatiua virtus põt imaginari formas imaginabiles, quaꝝ indiui dua nũq̃ sensim' 2.de aïa.cõ. 153.

Imaginatio est alia in maiori parte 2.de aïa tex.cõ.156.

Imaginatio est in confinio sensus & intellectus. Themi. in 2. de anima in tex.152.

Impoſe est aliquid transmutari ad spẽm eius quod hẽt in actu. 1.phy. Cõmẽ.76.idẽ 2.de aïa.67. & 3. de aïa.cõmẽ.4.

Impoſe est aliquam sciam, neq; vniuersalem, neq; particularem declarare suum subiectum esse. 1.physi. cõmen.vlti. & 2.phy.22. & 26.3.cęli.cõmen.4.

Impoſe est fieri quod non contingit factum esse. 1.cœli tex.cõ.58. & indicatiue probatur veritas illius propositionis ibi per omnia decẽ prædicamenta, vt dicit. Comenta. in cõmen.

Imaginatio sequitur ens, sed ens nõ sequitur imaginationem. 3. physi. cõmen. vltimo.

Immobile dr̃ tribus modis 5. physi. cõmen. & tex. 20.

Intellectus agens non recordat' post mortem eorũ, quæ simul cum intellectu mortali exercuerunt 3. de anima tex.cõ.20. Et vide Themist. ibi in cap. 28. & 29. vbi conciliat dicta in primo de anima tex. cõmen.66.

Intellectus agens non est propositiones primæ, neq; deus. Themist. 3. de anima cap.31.

Intellectui peculiare est actum esse, & intellectio est ei actio nõ passio. Alexander in tractatu de intellectu cap. 5. vide in cõtradictionibus nupereditis.

Intellectus agens in prima seminis transmutatione assistit nobis, & cum per omnia permeet, & actu sit vt in quouis alio corpore, potẽs p potestatem nostram operatus fuerit, tũc hic intellect' noster dicitur, & nos intelligimus ex tractatu de intellectu Alex.cap.vlt.

Intellectus diuinus semper operatur & actu est, & operatur per instans quando ex compositione corporis & temperamẽto factum fuerit huiusmodi instr̃m, & tunc materiali a noïe agit, sicut artifex, qui operatur cũ instr̃is, sed frũ se considerat est sicut artifex q agit sine instr̃is. ibidem Alexander.

Intellectus agẽs eo modo egreditur quo ingreditur non.n.alibi existẽs mutat locum, sed separabilis dr̃, & nobis extrinsecus nõ vt qui alio se transferat, & locũ mutet, sed separabilis quidem est, ceu qui p se sit, & a materia abiunctus. separatur vero a nobis qñ nõ intelligitur nõ quia trãsferatur, nam eo modo etiã nobis aduenerat. ibidem Alexand. Ex quo patet in via Alex q̃ illa authoritas in 2. de anima. separatur hoc ad hoc sicut perpetuũ a corrali interpretari debet de intellectu agente fm Alex.

¶ De intellectu in habitu qũo se intelligat.

Intellectus in habitu & operans seipsam intelligere potest non quatenus intellectus est, quia simul secũdum idem intelligeret & esset intelligibilis, sed quatenus intellectus in actu idem est his quæ actu intelliguntur, hęc itaq; intelligens seipsum intelligit, siquidem hæc quæ intelligit dum intelliguntur intellectus fuerit. Alex. in tract. de intellectu cap.4 idem sequitur ipsemet Cõmẽ in paraphrasi de aïa. in cap. de intellectu in actu & etiam in 3. de aïa. in expositione tex.cõ. 8. ubi recitat & aliam expõnem Alphara bij, quę tamen non est tenenda, nota ẽt q̃ alium modũ Alex. in eodẽ loco adducit quo intellectus seipsũ intelligit, non quatenus est intellectus, sed quatenus & ipse intelligibilis est. Accidit.n. intellectui, vt ẽt intelligibilis sit, nam cum ipse sit de numero entium, & sensibilis nõ sit, relinquitur vt intelligibilis sit nã, si intellect', quaten' intellectus, est seipsum intelligeret, tunc sequeretur q̃ nihil aliud intelligeret q̃ intellectus nõ esset. Hæc illæ.

Intellectus & sensus percipiunt receptionem formaꝝ sine materia. Vñ sicut intellectus seipsum intelligere dr̃ pro coniuncto, hæc quæ intelligit sunt actu intellectus, sic sensus seipsum sentire dr̃ qñ hæc sentit quę actu eadem sibi fiunt. Alex. in tract. de intellectu in cap. 4. Vide in contradictionibus nuper editis.

¶ De intellectu agente, ex alio de intellectu. Cap. 3.

Intellectus agens est a quo intellect' materialis acquirit habitum similis, vt inquit Aristo. lumini, nam vt lumẽ cã coloribus est, vt visibiles sint actu cũ potestate visibiles sint, ita intellectus iste intellectum potestatis, & materialem actu intellectum facit habitum intellectualem in eo afformans.

Intellectus agens est sui nã intelligibile & actu huiusmodi. ibidem.

Intellectus agens est effectiuum intellectionis, & ad actum ducens in tellectum materialem. ibidem.

Intellectus agens ab extrinseco accedere dr̃, qui nõ est pars nec potestas aliqua animæ nostræ, sed ab extrinseco nobis accedens, qñ ipsum intelligimus, siquidem per formæ susceptionem intentio fit. ibidem. Ex quo patet fm Alex. authoritatem illam philosophi in 2. de generatione animalium cap. 3. esse de intellectu agente interpretandam, & nõ de intellectu materiali.

Intellectus agens forma est & substãtia absque mã incorruptibili, ideo ab Arist. Immortalis merito nuncupatur, sed vnaquæq; aliarum formarum materialium intelligibiliũ intellectus est qñ intelligitur, sed non est intellectus qui deforis accedit, sed qui fit dum intelligitur, in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tellectus aũt agens ẽt est intellectus anteq̃ itelligat ī re, cũ a nobis intelligitur extrinsecus, vt dicit ibidem.

Intelligere diuersificatur fm diuersitatem naturæ 3. de anima. cõ. 35.

Intellectum materialem asserentes esse virtutẽ gñabilẽ & corruptibilẽ nullã viã habent quo possimus cõtinuari cũ intellectibus abstractis. 3. de anima. cõ. 36.

Intellectus agens fm Alpharabium in nicomachia tenẽtem opinionẽ Alex. de intellu materiali nõ est cã ñri nisi agẽs tm 3. de aĩa cõ. 36. licet oppositũ sẽserit in epla ptinuatiõis.

Intellus & sensus oẽs spẽs rerũ recipe natæ sunt illæ sensibiles, hæc vero intelligibiles. Alexã. in paraphrasi de anima in 1. ca. vbi declarat, quo modo aĩa est quodãmodo res oẽs cõtra illos qui negant species intelligibiles, & est expressa sñia Arist. 3. de aĩa tex. cõ. 38. vide qõnem nostram in speciali de hac materia.

¶ De intellectu materiali quare materialis dicatur.

Intellectus materialis dr, quia est in potentia oĩa, quia quod est in potẽtia fm qp huiusmodi materiale est. Alex. in tractatu de intellectu. ca. 1. Vbi aduerte qp vt Cõmẽ. etiam dicit. 12. met. cõ. 26. potentia reducit ad mãm, & 1. ca. de subã orbis. materia substantiatur per posse, ita qp est dria substantialis eius, & 7. meta. tex. cõ. 22. sed mã est per quam res põt esse & non esse, sic. n. potentia & actus sunt principia omniũ. 10. prædicamentorũ, quia in quolibet prædicamẽto est aliquid proportionale materię, & aliqd ꝓportionale formæ, & potentia reducit ad materiam, & actus ad formam, vt dicitur. 12. metap.

¶ De eodem.

Intellus cum nec per corpus aliquid percipiat, nec corporis facultas sit, nec patiatur nullum omnino entium actu est, nec est, hoc aliquid potẽs, sed est simpliciter potestas quædam huius perfectionis & animæ specierum & notionum susceptiua. Alex. in lib. de intellectu. cap. 1. vbi de intellectu materiali agit. Vide in contradictionibus nuper editis.

¶ Dria inter intellum mãlem & intellectũ in habitu fm Alex. in tractatu de intellectu.

Cap. 2.

Intellectus in habitu est similis artificibus qui habitũ hũt, & pñt per ip sum operari q̃ artis sunt, sed intellectus materialis est similis his q̃ pñt artem assumere, & artifices euadere. Item intellectus in habitu non inest nisi perfectioribus, & illis qui eam intelligunt, sed intellectus materialis in oĩbus est qui perfecta a nima cõmunicant, hoc est ipsis hominibus. Cõm. aũt in 3. de aĩa. istã driam secundam ponit inter intellectum specularium & practicũ, quia intellectus practicus est eoĩs oĩbus, sed speculatio non, vt patet in cõmẽ. 1. vbi per cognitionẽ interpretatur intellectum speculativum, & intellectum operativum.

¶ Intelligibile materiale quomodo dicatur intellectus.

Intelligibile materiale fit actu intelligibile & actu intellectus ab intellectu agẽte denudando rem ipsam a materia, & quãdo actu intelligitur, intellectus fit cum ante sui natura nõ esset, intellus. n. in actu nihil aliud est q̃ forma quæ intelligitur, quia vnumquodq; eorum quæ simpliciter

citer intelligibilia non sunt, quum intelligitur intellus fit. Alex. in tractatu de intellectu. cap. de intellu. agẽte, idem ī paraphrasi de anima. in cap. etiam de intellectu agente. Intellectus secus percipit species reꝝ sensibilium, secus sensus. sensus. n. non fit idem cum cũ rei sensilis spẽ, q̃ is non more materiæ speciẽ excipiat, nam cum in his sunt in oĩbꝰ passim, quæ ex materia & specie, cõstituuntur, aliud est id quod est rẽ esse, aliud est id quod est rei esse, neq; n. est idem æs & æri esse, quippe æs simul vnũquodq; est & materia & species. Æri autem esse nõ per vtrunq; est, sed per diffinitionem & speciem, quę subiectę materiæ ingenua æs ipsam efficit. Alex. in paraphrasi de aĩa cap. de intellu fm actum, vide in contradictionibus nuper editis.

Intelligibilia alia ptãte, alia actu, potestate sunt materialia, quia ad hoc vt intelligibilia fiant indigent intellectu, qui diuiungit earum formas ab appendiciis materiæ, abstracta aũt suapte natura intelligibilia sunt, & non indigent cognoscentis auxilio ad hoc vt intelligibilia fiãt. Alexan. in paraphrasi de anima. in cap. de intellu, & est intelligibile secundum actum. idem Cõmen. 3. de aĩa. cõ. 18. idẽ Alexan. ibidem in cap. de intellu agente scribit, qp res materiales tunc sunt intellectus dũ intelliguntur qp si non intelligãtur non sunt intellus.

Intelligẽs & id quod intelligitur idẽ sunt simpliciter in abstractis a materia, sed in materialibus res intellecta non est idem simplr intelligẽs, quia hoc non euenit, vt fiat idem nisi dum intelligitur, tunc. n. est solum intellectus, sed spẽs abstracta ẽt intellus est, & sic nõ intelligatur. Alex in paraphrasi de anima. in ca. de intellectu in actu & re intelligibili. vide 3. de anima tex. commẽ. 13. vsq; ad. 15.

Intellus mãlis & subiectus corruptibilis est, & simul interit cum anima, cuius est potestas. Alex. in paraphrasi de aĩa. in cap. de intellectu agente. contra illos qui asserunt intellm polem fm Alex. esse incorruptibilẽ, nã in pñti loco solũ intellm agentem asserit eẽ incorruptibilẽ.

Intellectus actionis cum intellectu materiali idem efficitur, vbi ipsum considerat ob id quod singulis rebus intellectis idẽ fit cum res eædẽ intelliguntur, & quodcunq; est id quod intelligitur tale cum id ipm intelligit fit, Alex. in cap. de intellu agente in paraphrasi de aĩa. vbi cõsidera modũ quo itellus fit ipsum intelligibile.

Intellectus agens de foris nobis genitus est & incorruptibilis. Alex. ibi. in cap. de intellu agente, vbi põdera. qp authoritas Arist. 2. de generatione animalium cap. 3. exponitur de intellectu agente, & non de intellectu possibili; quod non viderunt sequaces eius,

Intellus põæ statim ẽ in nobis dũ generamur & in lucẽ edimur. Alex. ī para. de aĩa. in c. de intellu põæ. idẽ Them. in 3. de aĩa. cap. 39. auctoritate Theoph. licet dria sit inter Alexan. & Theophrastum.

Intellectus in habitu posterius innascitur, & est forma & habitus atq; perfectio intellectus materialis. Alexan. in para. ca. de intellu ī habitu.

Intellectus materialis recipit spẽs sine materia, sicut sensus, licet sen-

sus alteratio non sit, non tamē absque alteratione quapiam fieri possē vī, in intellectu vero cum idem modus est quod ad intellgibilium rerum susceptionem, intellectꝰ nullius sensorii corporalis officio fungitur, sed ad id quod intelligibile & dignoscendum ipse sibi satis est. Alex. in paraph. de aīa in cap. de intellectu practico & speculatiuo, vide etiam in isto cap. quid sit susciperē morę materiæ, & quid sine materia, & vide etiam Them. in 2. de anima in ca. 42. super tex. cō. 122. pulchre de hac mā & diffuse.

¶ De intellectu in habitu.

Intellectus in habitu species virtus atq; perfectio est intellus materialis. Alex. in paraph. de aīa. in cap. de intellectu in habitu.

¶ Quare appellatur intellectus in habitu.

Intellectus cum ab assidua functione in habitum redigitur, ita vt per se deinceps operari possit, tunc is intellectus gignitur quem velut habitum appellamus: redacta ad scientem similitudinem & proportionem qui in medio consistit eius qui secundū potestatē sciens & eius qui fm potestatem agens dicitur, & quantum ab eo qui per scientiā actu operatur deficit, tanto scientē fm potestatem exuberat. ibidem Alexander.

¶ De intellectu in actu.

Iam vero agens habitus intellectus in actu dicitur, intellectus nanque in habitu nil aliud esse videtur q̄ depositę illę coaceruatęq; & quiescentes considerationes. Alex. in paraphrasi de aīa. cap. de intellectu īactu, vbi etiā dicit, ꝙ intellectus in actu nihil aliud est q̄ intellus spēs.

Intellectus practicus & in aīalibus diuinis colligitur ex sententia Arist. in scīa libri de cœlo, vt notat Simplicius & Ammonius in 2. de aīa. & expositione tex. cō. 32. vbi tex. dicit. ꝙ incorruptibilibus in quibus est ratiocinatio quam græci logimon appellant in illis reliquæ potentiæ animæ, & hoc fuit dictum propter corpora cœlestia quæ hūt intellectum practicum & rationem conuenientem suę vitę, non tn̄ est intellectus practicus in eis sicut in nobis, qui propter indigentiam finis, & cum inquisitione & dubitatione inquirimus ex fine ad ea quæ sunt ad finē, vt docet Philosophus in 2. ethicorum de processū consultatiuo: sed est alterius rōnis: nā intellus Dei vt intelligit se, dicitur cōtemplatiuus, vt autem gubernat sua prouidentia mundū sic practicus dicitur & elicitur ex 2. cœli. tex cō. 61. vbi dicit tex. Nos aūt de his vt de corporibus solis, & vnitatum ordinem habentibus, in animatis autem oīno perquirim⁹. oportet autem tā q̄ participantibus existimare praxim & vitā, idē apparet 1. cœli tex. cō. 20. ubi dicitur recte vī natura futurum ingenerati & incorruptibile exemisse a cōtrariis, inter ꝓtraria. n. gn̄atio & corruptio, vbi Cōmē. in cōmēto ponit duplex naturę consilium in illo esu primum & secundum, consimile vide apud Plato. in Thimęo vbi induxit mūdi opificē cōsilio vtēte in cōditura mūdi vt posteris videl. In intellu tria spectant intelligibiles vis intelligēdi, & actus qui de ambobus paritur. Themistius in 1. de memoria & reminiscentia. cap. 1. vbi dicit, ꝙ etiam in sensu tria sūt sensibile

sensibile, vis sentiendi, & actus qui ex vtrisq; conficitur, habet etiam secundo, ex. 3. de anima. t. c. 2.

Intelligentiæ cœlestes seu animal cę leste, licet forte cognoscēs quidem sit sensibilia, sed alia via quām sensu, idelt illa quā causæ generantes effecta, & euenta sua cognoscunt. Themi. in. 3. de anima. ca. penul. & pli. autem in. 2. de anima, in expositione tex. com. 29. exponēs illud, alterius autem cogitatiuum & intellectiuum vt hominibus, & si alia quod alterum huiusmodi ē & honorabilius: inter alias expositiones dicit, hoc posse intelligi de animalibus diuinis, vt sunt cœlestia, quia talia habent sensum, & appetitum non passiua, neq; a sensibilibus extrinsecis excitata & mota, sed ab intrinseco cognoscentes & distinguē tes omnia sensibilia, & oportet hoc reducere ad istum modum Themi. nam si velit vltimum intellectum ē aliam virtutem ex numero virtutum sensitiuarum, non est mens ista Arist. vt bene notat Cōmen in. 3. ca. de substan. orb. contra Auic. & in. 2. Meta. com. 36. & in fine. 3. de anima, hoc etiā Theologi nostri sentiunt. vnde Auer. in tract. 4. suę paraphr. super scientia diuina, allegat auctoritatem Ioan vis asserētis, nunquid ille qui creauit ignorat.

Intellectus quo cogitamus, & sapimus non vī cum aliis virtutibus communem rationem habere, nec enim potentia, aut pars animæ esse potest, vt cæteræ, sed substantia q̄dam intelligitur longe præclarior, melior, pulchrior, quæ tamen in naturam inferiorē ignobiliorēq; se inserta recepta sit, lucidissi. Themi. sententia est in. 2. de anima. t. c. 32. vbi Arist. dicit. de intellectu autem speculatiuo, alia rō est, idem notat Arist. in. 2. de anima. t. c. 21. vbi dicit. de intellectu autem speculatiuo nihil adhuc manifestū ē, sed vī esse aliud genus aīę. Et hoc solum contingere separari sicut ꝑpetuum a corruptibili, vbi fm Cōmē. soluit illam qōnem. vtrum vnaquæq; virtus ex prædictis sit anima, aut pars animæ, & dicit in quibusdam patere, in quibusdam vero esse dubium, & dubium erat de intellectu de quo non est anima, nec pars animæ, immo est de natura superiori ad naturam animę, vt notat Cōm ibi, & hic cō. 32. Hinc scire poteris ꝙ intellectiuū quod numeratur inter potentias aīæ, nō est intellectus abstractus, qui mens alicuius ornate loquentis dī, sed est dianoeticum, & est intellectus passiuus qui corrumpitur, & ē in parte sensitiua, nam omnes Peripatetici notant ex mente Arist intellm abstractum qui deforis accedit, nō esse animæ potentiā, sed eē substātiam quandā longe pulchriorem, quām sit anima. Hinc etiam nota contra illos qui ponunt intellectū non esse substantiam, sed potentiā quæ est de secunda specie qualitatis, vt tenuit beatus Thom. in. 1. de anima. disputans. q. 12. Et in prima parte sententia. q. 77. arti. 1. Et vide pro sententia Them. & Auer. authoritatem Arist. in. 1. de aīa. in tex. c. 65. vbi dicit, intellectus autē vī in alio fieri, vel accedere vt habet alia litera, substantia quædam existens & non corrumpi.

Intellectus non hoc modo intelligit

res,quæ efferunt nobis verba. Nã hoc mirabile in intellectu est,audimus in tempore,intelligimus non in tempore,sed momento. Them. 3.de anima.ca.42.

Intellectus agens,& eo amplius causa rerum princeps, id est Deus, & vniuersaliter intellectus, qui abomni potentia absolutus est, neque malum,neque priuationes intelligit.3.de anima.tex.com.25.Et vide ibi Themi.

Intellectus agens, & si priuationes, & mala non intelligit,sicut intellectus potestatis,non propterea imperfectior videri dicitur, nõ enim numero rerum,quæ sciuntur perfectio,aut præstantia corrogatur, sed pondere,nec qui plurima intelligit,idem etiam pluris est, sed qui meliora,nobilioraq; nouerit.Themistius.3.de anima cap.45.& cap. 51.diuinus separatusq; illæ anim⁹ qui intellectus agens vocatur nullam intelligit naturalium formarum,propterea ꝙ potentia liber ẽ, & imperfectione, qua priuationes solent cognosci,atq; hoc nõ ignobilitatis, sed nobilitatis potius, & præstantiæ argumentum est, nam neque mori potest, aut occidere, neque tamen eo vilior his est, quæ possunt occidere.

Intellectus agens differt ab intellectu potestatis, quia intellectus,& intelligibile in eo distincta non sunt,quemadmodum ī intellectu potentiæ, sed intelligibilis est qua intellectus retroq; intellectus,quia intelligibilis. Item veritas alio mo do in intellectu agente spectatur, alio in intellectu potentiæ. Intellectus.n.agens veritas ipsa est,quia non est eo verus efficitur ꝙ alia: sed quòd seipsum intelligit,sed intellectus potentiæ illius præterea refert veritatem simplicem,non attingit,sed eam quæ obuersa,& opposita falsitati atque mendacio est, quia necesse est, si in affirmatione veritas sit,in negatione haberi,& contineri mendacium, quo fit,vt veritati nostrę mixtũ semper mendacium sit,vt quotiens de veritate instituitur mentio simul quoque de mendacio cogitemus,& quasi admonemur.Themisti.3.de anima.ca.45.Inde collige nullum intellectum præter intellectum potentiæ intelligere componendo,& diuidendo secundũ Peripateticos.

Intellectus potestatis nihil actu esse dicitur.3.de anima tex.commen. 5.quod sic intelligendum authoritate Theophrasti,vt omnia hęc ad potestatem referãtur,vt sunt in seipsu,non tamen vsque eo ad vium resecanda res est, neque tam nihil actu probandum, vt neq; ipsemet sit:calumnia hæc esset,& oratio ad tentioni cauilloq; proxima,sed ita intellectum, vt in animo talis quadam sui generis potentia sit prosubiecto formarũ ac gremio quasi lis in rebus materialibus facultatis, la est,quæ constitutioni earum,& coretioni substernitur. Themi. 3.de anima.ca.39.

Intellectus & sensus formarum receptiones,sicut materia quæ sibi propria sunt percipiunt. Alex. in tract. de intellectu ca.4.vbi ostẽdit quõ intellectus ī habitu seipsum cognoscit, ex quo patet contra negantes species intelligibiles.

Intellectus seu mens dicitur extrinsecus accedere.2.de gene.animal. ca.3.authoritate Theophrasti re-

rente Them.3.de ani.cap.39.non ita statuendum est,vt qui vere appositus inuectus habeatur, sed vt qui statim ab ortu quasi comprehendere nos complectiq; soleat.

Intellectus agens,& intellectus potẽtiæ,partim duæ naturæ sunt, partim vna.Nam & id quod ex duabus facultatibus forma,& materia conditur vnum esse intelligimus, intellectus enim duplex apud Aristo.& Theophrastum est, vnus patibilis & corruptibilis, quem communem illi vocant, & corpore nõ abiunctum,alterum autem totum id quod ex intellectu agente, & intellectu potentiæ componit̃,quem & separatum a corpore & incorruptibilem,& ingenitum statuunt. Them. 3. de ani.ca.39.

Materiam primā eſſe probare, eſt ſermo naturalis e contrario. Auic. 12. metaph. cō. 8. idem 1. phy. cō. vlti. & 2. phyſi. commen. 22. idem 12. metaphy. com. 6.

Materia aſſimilatur mixtioni, quia res admixtę propinque ſunt, vt ſint in potētia 12. metaph. com. 9. vbi declarat, quare Anaxagoras poſuit mixturam.

Materia, ꝓpea qa eſt in potētia omnia, eſt cā in hoc ꝙ gñatio nō abſcinditur. Cō. 12. metaph. cō. 9. & eſt dictum Ariſto. de quo inquirit in primo de generatione & corruptione. tex com. 15. & infra.

Materiam nullus ſciuit in rei veritate ante Ariſt. Cō. 12. meta. c. 9. colligit̃, ex 1. phy. tex. com. 79.

Mate-

Materiam habent omnia quæcũq; transmutantur, sempiterna autem mobilia latione non habent materiam generabilem, sed vñ & quo. 12 primæ phy. tex.com. 10. & 8. meta.tex.com.12.

Materierũ naturæ diuersantur fm diuersitatem naturæ transmutationis.12.primæ philosophiæ.com. 10.& primo physic.com. 63 .& in 3.de anima.in commen.5.in principio digressionis.

Materia generabilium est in potentia, translatorum aũt est in actu. 12.metaph. tex. com. 10 idem in 2.cap.de substantia orbis,& primo cœli.commen. 95.

Materia quæ est in potentia, est in omnibus corporibus, vt opinatus est Auic. sed errauit in hoc. Ipsam opinionem imitatus est etiam Egidius Roma. in tracta. speciali de materia cœli.

Materia quæ est in potentia in substãtijs generabilibus & corruptibilibus est causa fatigationis & corruptionis in eis.9.meta.tex. cõ.17.

Materia prima est vna, tamen multa est in potentia,& habilitate. 12. primæ philosopiæ.com. 11. idem primo de generatione.com.22. & tex.com.24 & 4.phy.tex.cõ.84

Materia prima, primo habet potẽtias, seu habilitates ad recipiendũ primas cõtrarietates. s. formas omnium quatuor elementorum. Secundo vero habet potentias consimilium partium mediantibus formis quatuor elementorum, & istæ potentiæ diuersantur fm diuersitatem mixtionis quatuor elementorum.12.meta.com.11.idem 3.cœli.commen.67.

Materia fm ꝙ caret differentijs formarum in.diuidualiũ dicitur vna numero, & non quia fiat vna forma numero.12. meta. comm. 14. idem primo physi. com 63.

Materia & forma vniuersalis,& præcipue quæ est genus differunt.12. meta.com.14.

Materiæ cõitas est pura priuatio,& est in anima tantum. Et cõitas quæ intelligitur in formis cõibus est extra animam in potentia.12.meta. commen.14.

Materia fm ꝙ intelligitur cõibus omnibus rebus generabilibus,non habet esse fm hunc intellectum extra animam, cum non intelligitur sic, nisi fm priuationem omnium formarum.12.meta.cõ.14.

Materiæ perfecta imaginatio, quæ sit, vide 12.meta. com. 14.

Materia non est sensibilis per se, sed per formam. 12.meta. com.14.

Materia non habet esse, nisi per hoc ꝙ sentitur, & non per se. 12. meta. commen. 14. vbi ponit ꝙ materia non habet esse, nisi a forma, licet alia sit substantia & essentia materiæ,& alia formæ, contra Scotum & Henricum de Gandauo.

Materia, quia non formam habet, ideo non habet intentionem intellectam ab ea. 12. meta.cõ.14. pro quo vide primo cœli com.93. vbi dicit Commen. ꝙ forma est substãtum vltatis. Et iste est intellectus cuius habet formæ, & ideo materia non habet rationem alicuius cõs prædicabilis de pluribus, quia est primo diuersa ab omni forma. Materia,quia non habet formam, ideo non habet naturam propriã, sed sua natura est in comparatione. 12.metaphy. cõmen.14.idem primo phy.tex.com.69.

Materia est illud ad quod innuitur sensu sensum, forma autem non cõprehenditur fm sensum, nisi fm suam actionem,& ideo non comprehenditur, nisi fm intellectum. 12.metaph. com. 14.

Materia & natura non sunt propriè substantiæ abstractæ, sed corpus, & anima.Cõ.12.metaphy. cõ. 25. authoritate Alexandri vbi aduertit ꝙ Arist. ibi ponit diuisionem entium,quod.v3.quædam sunt separabilia & sunt substantiæ. quædam inseparabilia,& talia sunt accidentia. Et Alexander fm vnam expositionem dicit & substantiæ vere separabiles sunt corpus & anima . Materia vero & natura non sunt propriè substantiæ seperabiles. vbi colligè naturam esse infra corpus,& ideo orbis cœlestis rectiꝰ dr corpus aut subiectum q̃ materia. Corpus.n.in eo ꝙ corpus separari potest a passionibus transmutantibus substantiam,sed nõ mã, qa materiã consequitur cõtrarietas,vt dicit Arist. in lib. de longitudine & breuitate vitę. Et in 2. de generatione dicit. in tex.cõ. 6.nos accidit dicimus aliquam materiã vnã sensibilium,sed semper est cũ contrarietate ex qua gñant vocata elementa. Et ita dicit Cõm. in lib. de substã orbis.cap.1. Ita ẽt natura est infra ãam, qa ãa est principium naturæ & omnis motus: animata enim sunt principia oĩum corporum naturaliũ. 12.meta.cõ.25.& 7 hem.idem habet in principio libri de anima. Sicut anima est separabilis a contrarietate, quia quæ contrariantur in natura non contrariantur in anima,lapis enim nõ est in anima, sed spẽs lapidis, sed lapis bñ est in natura: & ideo substãtiæ separabiles potius sunt corpꝰ & anima,quã materia & natura, semper, n. respectus imperfectionis ad perfectius, est respectus potẽtiæ ad actum,aut instrũ ad agens, vñ materia constituit ꝑ potẽtiam, sed corpus dicit actũ, & ideo orbis rectius dr corpus,aut subtũ quàm materia,natura ẽt est aĩæ instrũm, vt patet,2.de aĩa.tex. c. 41. contra Empedoclem & antiquos asserentes ignem esse cãm augumẽti, &c. Et ideo Cõm.in cõ. 25. dicit authoritate Alex.ꝙ Arist. diuisit formas naturales & primã materiã, quia non sunt substãtiæ in actu, sicut anima & corpus, aut quia videntur esse causatę a substãtijs separatis.

Materia est cã potẽtiæ in rebus in q̃bus est potentia. 12.primæ philosophię.com. 30. idem 7. metaph. tex.com.22.& 53.

Materia non ipsa seipsam mouebit. 12.primę philosopiæ.tex.c. 30.vbi aduerte ꝙ hoc est verũ tam in natura quàm in arte.

Materia nõintelligit ꝑ se,sed ꝑ assimilationẽ, forma aũt intelligit ꝑ se.12.primę philosopiæ. c. 37. idẽ primo phyſi.tex.com. 69.

Materiam non habens est simplex. & quod est simplex, nõ habet materiam. 12. meta.com. 49.

Materia q̃ q.dẽ est vna, nulli est contraria. 12.meta.tex. com.53.

Materię essentia ipole ẽ vt sit essentia motoris 12. prime philosopiæ. contra Empedoclem.tex.com.54. idem 2.phy.tex com. 70.

Materia est cã multitudinis & numerabilitatis apud Philosophos,& cã cõuenientiæ in multitudine ma-

teriali est formæ. Ex lib. destru, dispu. 1. in solut. 7. dub.

Materiam voco nõ ens simpliciter, non quia omnino sit nihil, & vsquequaq; sed id quod nuda & mera potentia, cuiusmodi est prima. & originalis materia. The. 5. phy. super text. 2. vide in concordantiis nuperæditis.

Materia inquantum materia nõ generatur, oporteret nanq; quod materia haberet materiam in infinitum. ex. 1. disp. in sol. 21. dub.

Materia & forma a principio separato, fm Peripateticos non procedunt, immo agens apud eos in rebus generabilibus, & corruptibilibus non agit, neq; formã, neq; materiam: immo agit ex materia cõposita, ex eis, ex disputa. 3. in solutione. 22. dub.

Materia est causa corruptiõis apud Philosophos. ex disp. 4. in sol. 2. du.

Materia quælibet habet accidentia propria fixa in ipsa sine accidentibus, quæ manant a forma, & hæc accidentia, q̃ sunt in materia, sunt causæ multitudinis varietatũ, quę in naturis indiuiduorum inueniũtur, quemadmodum accidentia ꝓpria formæ sunt causæ multitudinis varietatũ, quæ in moralitatib⁹ indiuiduorum hominum cognoscuntur, vt est declaratum in naturali philosophia. 6. Coll. ca 1.

Materiæ signum apud Philosophos est passio & formæ signum est operatio. Ex disputa. 6, in sol. 6. du. & ex dispu. 10. in sol. 2. dub.

Materia seminalis ex qua aãlia consistunt nõ indefinita est, nec ī plus, nec in minus, vt ex qualibet gñari queant, quẽadmodũ pficiẽdi cuiusque aãlis, certa ẽ magnitudo, tum ad maius, tũ vero ad minus, quem terminum non supergradiunt, vt vel maiora, vel minora euadãt, sed in medio magnitudinis spatio excessum defectũue inter se capiunt; atq; ita hõ alius alio auctior est, & cæterorũ vnũqdq; aãliũ. Arist. in 4. de gñone aãa. ca. 4. Consimile hꝫ in. 2 de anima. in. t. c 42.

Materia quę alit eadẽ est illi, ex qua generationem natura constituit. Arist. in. 4 de gñone aãa. cap. 8. vbi agit de lacte. idem in. 2. de generat. & corr. t. c. 50. vbi dr ꝙ omnia nutriuntur, ex eisdem ex quib⁹ sunt.

Materia crementi & generationis eadem est. 8. de natura animalium. cap. 1. &. 2.

Materia est pp formam, & compositum ex materia & forma, est pp operationes. Auer. in 2. Coll. in ca. de cõpsonibus membrorum officialium. vbi d. ꝙ hoc ne dũ est verum in naturalibus, verumetiam in artificialibus.

Materia duplex, quædam est prima quæ est imꝑceptibilis, & quædam habens formã. Ex paraphr. metaphy. tract. 1. ca. quid gratia.

Materia hñs formã est duob⁹ modis vnus est, vt eius forma nõ corrumpat' in aduentu alterius formę, tali corruptione, immo inest ei forma materiæ mediocri quodãmodo vt sunt quatuor elãta materia corporum compositorum, vt fuit declaratum in lib. de gño. & corrup. Sed sest illud genus materiæ ī quo remanet forma mãæ aduenientis alia forma, vt est dispõ in quibusdã corporibus similarum partium ad recipiẽdam aãam, hoc ũ appropriatur nomine subiecti. ibid.

Mã numerat' in entibus, ꝛ non sit aliquid ī actu fm ꝙ est mã. 1. phy. cõ. 66. vide. 4. physi. com. 59. &. 1. cap. de substan. orb.

Mã & forma pñt distingui fm diffõnem, sed non in esse. 1. physi. c. 65. &. 2. phy. te. com. 12.

Mã non habet formam propriam, neq; priuationem propriã. 1. phy. cõ. 66. 63. 69. &. 3. cœl. cõ. 67. &. 7. meta. t. c. 8. 1. cap. de substã. orb. 1. etiam phy. com. 27. 4. phy. c. 59.

Mã nõ potest intelligi per se, sed fm comparationem. 1. phy. c. 69 &. 1. ca. de subst. or. &. 7. met. cõ. & tex. 35. 4. phy. cõ. 16. &. 2. phy. com. & tex. 26. vide in concord.

Mã ad suam essentiam constituendam non indiget ptãte, neq; potestas vlla in prima, ac simplici notione materiæ includitur. Themi. Alex. Simplic. & Auerr. indubitata ratiõa. Them. in. 1. phy. in digressio ne. vide in Theorematib.

Materiæ modus essendi est, ꝙ non est in actu, sed est modo medio inter non esse simplr, & esse in actu. 1. phy. c. 70. &. 5. phy. cõ. 7. &. 12. meta. 11. &. 14. com.

Materia in prima sui & simplici notione est quędam res in se, & existit actu. The. ibid. vide in Theorema quomodo sit intelligendum.

Materia est non ens per accidens, & priuatio est non ens per se. 1. physi. com. 75. & tex. c. 79. contra Platonem. vide in concor.

Materia est quasi composita, ex esse & non esse. 1. phy. 79.

Materia subiecta cum forma causa, est eorum quæ fiunt, sicut mater. 1. phy. tex. com. 80.

Materia in secunda sui notione qua comparatur ad alia includit potentiam. idem ibid.

Materia appetit formam, sicut turpe bonum, & fœmina marem. 1. phy. tex. com. 81.

Materiam sine relatione intelligere perdifficile esse scio, vt nuda & sola intelligatur. verũtamen assequi poteris, si in eadem indaginẽ paulo acrius incubueris, studiumq; cõtuleris. Them. ibidem. idem sequitur Cõm. in. 12. meta. in com. 14. & in com. 39.

Materia recipit formas alternatim, quando forma agens est præsens. 1. phy. com. 81.

Materiæ accidit turpitudo, propter mixtionem cum priuatiõe. 1. phy. commen. 81.

Materia non potest declarari esse, nisi in scientia naturali. 1. physi. commen. vltimo.

Materia non prima, est composita ex forma & materia. 2. physi. com. 10. idem. 1. ph. com. 1.

Materia si separaretur a forma, tunc quod non est in actu esset in actu. 2 phy. com. 12. idem. 3. phy. c. 65.

Materia considerat̃ a naturali, vt est materia form.ę. materia considerat̃ a diuino, vt est vnum entiũ. 2 physico. com. 21. idem. 7. meta. 9. &. 39. &. 2. metaph. com. vltimo 1. meta. commen. 15. &. 18. 4. metæ phy. commen. 1. 12. meta. com. 5. &. 6. commen.

Materia alia particularis, alia generalis, & vide differentiam a Them. 2. phy. super tex. 7.

Materiam esse informem qũo sit intelligendũ. vide Them. ibid. vbi dicit, ꝙ in affectio non significat priuationem, sed negationem.

Mã & subiectũ differunt, vide Themi. 1. phy. in digressione. idem sequitur Simpli. ibidem, & ante istos

Boetus & Alex. Materia. n. qualitatibus sensibilibus informata non amplius materia remanet, nam fm se in formis est & spēbus omnibus caret, sed adhibitis qualitatib⁹ materia abiit in subiectum.

Materia non potest declarari esse, ni si p signum naturale, & prim⁹ motor. 2. phy. c. 21. & 1. ph. cō. vltim.

Materia est eorum quæ sunt ad aliqd 2. phy. tex. com. 26.

Materia est propter formam, non forma propter materiam. 2. phy si. tex. com. 26. & 91.

Materia consideratur a naturali propter formam, forma aūt p se considerat̃. Vide in concordantiis. 2. phy. com. 26.

Materia est causa formæ & forma materiæ 2. ph. cō. 30. idem prima phy. com. 70. vide etiam tertio phy. com. 65.

Materia diuersificatur p formam. 2. phy. tex. c. 26. in alia n. specie, alia est materia idem 1. de ani. c. 53. & 2. de ani. c. 60. idē 2. ph. c. 87

Materia alia fm cōpōnem, alia fm alterationem, alia fm compōnē & alterationē simul. 2. phy. com. 31.

Materia prima est apta recipere duo contraria equaliter. 2 ph. c. 48. idē 7. meta. tex. com. 53.

Materia infert oēs causas 2. ph. c. 71

Materiæ essentia & infiniti, est in potentia. 3. ph. tex. com. 59. idē 1. cap. de substantia orbis.

Materia non est totum, neq; finitū per se, sed per aliud, scilicet per formam. 3. phy. com. 65.

Materia non habet formam, ideo est delata in alio. i. in composito. 3. phy. tex. com. 65.

Materia formæ & accidentia conueniunt in hoc, q̃ non inueniuntur nisi in alio, sed accidentia & formæ differunt a materia in hoc q̃ sunt in subiecto, aut de subiecto. Materia aūt est ipsum subiectum, & nō inuenitur per se, sed in alio. Sin posito & cum aliquo. s. cū forma. 3. phy. com. 65. Vide consimile 2. de anima. com. 4.

Materia est causa diminutionis, q̃ est terminata & non terminans. 4. phy. com. 67.

Materia a forma habet vt tota finita & perfecta sit. The. 3. ph. in tex. 75. Ex quo patet contra illos qui tenent materiam circunscripta forma, habere aliquam perfectionē.

Materia est causa infinitatis. 3. phy. com. 60. & 65. 3. cœli. c. 72. 4. ph. tex. com. 38. & 49.

Materia est causa priuationis. 3. ph. tex. com. 72.

Materiæ proprium est, vt habeat dimensiones in potentia, & istę dimensiones dum terminantur in superficies, fiunt terminantur in actu. s. corpus, & cum auferuntur fiunt dimensiones in potentia. 4. phy. com. 15. & in 1. cap. de substātia orbis.

Materiam scire sine forma, aut formam sine materia, impossibile est. 4. phy. com. 16. consimile. 2. phy. 26. & 1. ph. 1. com. 69.

Materia & forma non numerantur in actu, aut separantur, sed rōne. 4. phy. tex. com. 17. idem. 2. phy. tex. com. 12.

Materia & forma sunt partes rei, fm qualitatem & non fm quantitatē. 4. ph. com. 20.

Materia & forma mouentur p motum rei. 4. ph. 1. c. 20.

Materia neq; diuisa est a re, neq; cōtinet rem 4. ph. tex. com. 38.

Materia non cognoscitur esse nisi per transmutationem in substantia 4. ph. tex. c. 38. & 1. ph. c. 63. & com. vlti. 8. metaph. 4 & 12. com.

Materia est suba fm q̃ substat formæ, & forma est substantia fm q̃ constituit 7. meta. com. 7.

Materia species non est: qa spēs qualitas est, in materia aūt est sine qualitate, neq; est. Alex. in para. cap. 4 vbi probat q̃ anima est inseparabilis a corpore.

Materiæ mote susc̃ipere idem, est ac materiam fieri rei quæ susc̃ipietur in paraphrasi de anima in c. de intellectu practico & speculatiuo. Alex. & ibi vide quid sit susc̃ipere species sine materia, idem etiā asserit The. in paraphra. de anima. lib. & cap. 42. & est super text. cō. 122. vide pulchre.

Materia nulla de forma sibi inherēte iudicium ferre potest, quia materia suapte ingenio bruta irrationabilisq; est, ratio vero tū de alijs iudicat, tum ratione & forma, rōnē & formam apprehendit. Them. 2. de anima 42. & est super text. cō. 121. Inde collige quomodo intelligunt Peripatetici materiā imperire cognitionem, quia sensus non est vt forma existens in mate ria fit cognitione priuata. Alioqn animalia & homines carerent cognitione, sed modus recipiēdi materiæ appropriatus ē cognitioni repugnans, quia materia recipit cum transmutatione reali, quæ fit per quatuor qualitates, & recipit formam diuersas, & istas, vt dicit Com. in 3. de ani. c. 5. in principio digress. 6. & quod more materiæ recipitur, sed sensus recipit non more materiæ, quia non fit materia agentis formę, visus enim non albet neq; nigricat, & forma coloris recipit non mā, qa forma coloris agit in sensum non compositum. vt dicit The. in præsenti loco. Amplius in eodem puncto organi est species albedinis, & species nigredinis, secus est de materia.

Materia ipsa infinitum, si per se sola specteur. i. in priuatione, infinitas aūt ipsa priuatio est. non tamen id circo quia infinitas in materia, & priuatione est. materia ipsa per se potest esse diuisionis subiectum, sed corpus continuum sensibile, nam diuidundę res actu subsistūt, sed quamobrem dictum est infinitatem diuisionis pertinere ad materiam, nempe quia compositum & id quod diuiditur corpus non amittit formam in diuisione, sed retinet, ita cum nō possit a forma pendere, a materia pendeat necesse est. The. aurea & notabilis sentē tia in 3. ph. super 72.

Materia & forma hoc discrimine distant, quia a materia res habuerūt vt fierent, a forma vero vt essent. The. in 2. de ani. in princpio. Quā sn̄iam transtulit Auer in 7. primæ philosophię in cō. 37. vbi habet q̃ materia cum fuerit nō erit res, sed forma cum fuerit erit res. nam recte dicitur a materia res habere, vt fiant, quia materia est, ex quo fit aliquid, vt in existente, vt dicitur ī calce primi phy. Esse vero est a forma, q̃ vt inquit Boetius in libro de vnitate & vno. Peripatetici describentes dixerunt esse, est existentia formæ in materia. ens enim & vnum quum multipliciter dicantur quod verè est actus est, 2. de anima

tex.commen.7.

Materia fm Plato. cognoscitur cognitiõe nota,& extranea: cognitio aũt adulterina seu extranea nũcupat'tã in sensu q̃ ĩ intell'u ꝓprie illa q̃ non de facie aut vultu rei q̃ conteplamur elicitur,sed de forma illa qua priuat'. The.3.de ani.ca.44

Materia corporũ simpliciũ est simplex quædam,& a specie sequestrata natura, quæ suapte rõne informis atq; infigurata omni specie carere dignoscitur, & est simp'r materia,sed materia quæ compositis corporibus subijcitur materia quidem est,sed nõ simp'r materia, qñ quidem non sine spe aliqua subiiciv'r. Alexander in principio suæ abbreuiationis de aĩa.idẽ t3 Com. 4.phy.c.71.& 8.ph.c.30.& 3. cœli.c.67.contra fatuos qui ponunt ex mẽte Auer. forã corporeitatis.

Materia cũ dicat'analogice.i.f3 pri' & posterius de materia corporum cęlestium, & de prima materia. & in hijs quæ dicuntur fm prius, & posterius,prius est cã posterioris, necesse est vt materia corporũ cœlestium sit causa,vt hæc materia sit ex paraphrasi meta.tract.4.

Materia prima vt sic,indiget formis elementorum,quæ sunt cãæ propinquæ per modũ formæ & finis. Nam materia impose est vt de causis habeat aliam cãm nisi has duas causas,quia agẽs ideo efficit aliqd, qa præstat essentiã suam, q̃ v'r esse eius forma,& materia prima non est essentia formæ quod habeat agens.ex paraphrasi meta.tract.4.

Materia in composito indiuiduo esse in potentia intelligimus,ita q̃ se parabitur forma ab ea ꝑ corruptionẽ illius indiuidui, & sic ĩuenietur trãsmutari in actu postquam fuit in potentia.in paraphrasi metaꝑ. tract.2.

Materierũ quędã sunt sũbales,& diffinitiones taliũ necessario ꝓcedũt diffinitum,& quędã sunt accidẽtales,vt æs,& lignum respectu trianguli:& figuræ,& diffõnes taliũ nõ ꝓcedunt diffinitum.ex paraph.metaꝑ. ta.trac.2.& hĩ in 7.met.de partib. diffinitionis.tex.com.33.& infra.

Materia ꝙ sit intelligibilis non habet ex hoc quod est materia, quia res non est intelligibilis nisi per hoc quod est in actu, sed si intelligimus ipsam hoc sit coutinno illud fit per attributionem, & hoc de materia prima, vel accidit sibi hr̃e actum,& hoc de materiis prioꝝ priis vnicuiq; enti. Auer.sniã in para met.trac.2.idem 1.phy.t.c.69.

Ex hoc patet contra formalitates, qui volunt intelligibilitatem esse passionem primo competentem enti inquantum ens.sed Peripatetici dicunt ꝙ est primo competens enti,in actu; licet. n. oẽ ens sit intelligibile,nõ tñ primo ex parte qua est ens.

Materia est causa vt res sit sensibilis & forma est cã vt res sit intelligibilis. 1.cęli.c.95.& in paraphrasi metaꝑ. ta.tract.2.

Materierum duo sunt gña, vnum é subiectum transmutationis sũbalis,& proprie nominatur materia, aliud est subiectum aliarum transmutationum,& appellatur vt plurimum subiectum.ibid. in para.

Materia alia cõis, & alia propria,& differũt inter se,quia quæ hãt materiam cõem pñt adinuicé transmutari,& vnũ est in potentia ad suũ oppositũ,sicut & reliquum, vt sunt corpora simplicia,aqua n.est potentia aer; & aer est potentia aqua,sed quæ habent materias proprias & diuersas non est transmutatio reciproca,interea nec vnum é in potentia reliquum, vt materia propria flegmatis est vnctuositas, & materia coleræ sunt res amaræ: & licet vnctuositas vel pĩguedo sit in potentia flegma, tñ flegma non est in potentia pinguedo, & licet vnum sit potentia mortuũ, tamẽ mortuũ non est in potentia viuũ. & ideo non quodlibet fit ex quolibet,& res non solũ distinguuntur per suas formas, verum etiã & per causas efficientes & finales in 2.tract.meta.

Materia non habet potentiam nisi apud separationẽ eius a forma, & si aliqua forma esset in materia q̃ non posset separari a materia: tũc natura otiose egisset.1.cœli.c.20.

Materiæ operatio quæ est ex ea, sicut abscisio de acumine gladii, est gñatio & corrup.1.cœli.c.20.

Materia communis est in potentia, sed orbis cœlestis est materia in actu.1.cœli.c.95.idẽ 2.cap.de sũba orbis,& 8.met.com.12.

Materiæ plurimorũ indiuiduorum sunt terminatæ quantitatis, & excessus inter eas est terminatus. 1. cęli.com.95.idem.2.de ani.tex.c. 41.& 6.phy.32.& 91.

Materia est causa abscissionis continuitatis esse & eius æternitatis. 2. cęli.c.38.idem 7.primæ philosophę.tex.c.22.& 53.& 1. cœli. 20.

Materia est causa ꝙ in rebus generabilibus inuenitur casus, & ideo corpora cęlestia carent casu, quia non est ibi materia.2.cœli.c.45.& idem 2.phy.c.48.9.meta. tex. cõ. 19.6.metaphy.t c.5.

Materia & forma non habent grauitatem,sed congregatum habet. 3. cęli.authoritate Alex.com.8.

Materia & forma ꝓpinqua rei sunt gñabilia & corruptibilia p accidẽs quia existunt in cõposito per se generabili & corruptibili, sed materia remota, vt est prima materia, est ingñabilis & incorruptibilis.3 cœli.c.61.idem 1.phy.com.81.

Materia habens formã est receptibilis quarundam formarũ. sed materia prima cum sit fm se sũbm informę, est receptibilis omniũ formarũ.3.cęli. com 67.

Materia prima est vlis cũ nullã habeat formam omnino.3. cœli.cõ. 67.vide in concordantijs.

Materia prima non est ens in actu, sed est ens in ente in actu nõ distincta ab eo.3.cœl.c.29.idẽ 2.ph.c.12

Materia est vna fm sũbm, & plura fm habilitates, & hoc est declaratũ in pluribus locis.4.cęli cõm.35, idem 12.primę philosopię, cõ.11. 1.de gñatione & corrup.tex. c 22. & tex.c.29.& 4.phy.tex. com. 84.

Materia recipit contraria æqualiter, secus aũt de corpore cõposito, nã corpus sãitatẽ recipit elsẽtialr,& egritudinẽ accidẽtaliter.4.cœli.cõ.35.

Materiã vnã ꝑ contrariis supponere op3, siue transmutet fm locum, siue fm augumẽtationẽ & diminutionẽ, siue fm alterationem. 1. de gñatione & corrup. tex.cõ.primi.

Materia principalr est sub3 gñationis seu transmutatiõis sũbalis, alia rũ vero trãsmutationũ est sũbm fm posterius. 1.de gñatione & corruptione. t ex.com. 24.

Mã est vna numero, & plures potẽtia & habilitate. 1.de gñatione.c.&

Universidad de Deusto Biblioteca

tex.29.quo aũt sit vna nũero. vid 12.primæ.philosophiæ. com. 14.
Materiam impossibile est a magnitudine esse separabilem. 1.de generatione & corrup.tex.c.32.
Materia est in continuo fluxu, forma aũt est permanens. 1.de generatione & corrup.c. 35.
Materia authoritate Alexandri nõ dissoluitur fm totum, sed remanet in ea aliqua pars fixa,alioquin possibile esset formam separari . 1. de generatione & corrup.c.38
Materia est causa passionis,causa autem passionis consimilis est eadẽ materia,passionis aũt dissimilis cã est dissimilitudo materię.1. de generatione & corruptione,com.54 & elicitur ex tex.
Materia fm ꝙ materia est passiuũ. 1.de gñatione & corrup . te.c. 55.
Materia non prædicatur de eo cui⁹ est materia, vera nominatione in rebus generatis : sed in rebus alteratis. 2.de gene.tex. com.4.
Materia in generabilibus est causa ꝑ quam res potest esse & non esse.2. de generatione & corrup.text. cõ. 51.idem 7. meta. text.c.22. & 53.
Materia est principium transmutationis inquantum transmutatio : forma aũt cum inuenitur quiescit transmutatio. & ideo antiqui , qui assignauerunt cãm materialẽ trãsmutationis melius dixerunt,q̃ qui posuerunt cãm formalem, sicut fecit Plato. 2.de generatione & corrup. tex.com.52.
Materiæ est moueri & pati,mouere aũt & facere alterius est potentiæ . 2.de gñatione & corrup.tex.c.53.
Materia est potentia,spẽs aũt endelechia 2.de ani t.c.2.
Materia non differt a forma in cõposito nisi potentia 2.de ani.cõ.7, idem 10.met.com.23.
Materia nullũ habet esse in actu in rebus naturalibus fm ꝙ est materia,& esse in actu nõ est nisi ipsius formæ.2.de aĩa cõ.8.idem 5.phy. cõ.8.vbi dicit ꝙ in materia nõ est actus oĩno. Ex quo patet,ꝙ actus existentiæ cõpetit formæ ꝑ essentiam,& mãæ & cõposito competit ratione formæ, & nõ oportet dicere aliũ esse actũ existendi materiæ, & alium formæ,& aliũ cõpositi ex materia & forma, nõ.n.oportet multiplicare entia sine necessitate: omne.n esse a forma est, vt dicit etiã Boetius in lib.de vnitate & vno. Licet igit substantia materiæ alia sit a substãtia formæ, & simili cõpositum ex vtroq; tñ vnũ est existere & ista est via peripateticorũ anteriam existere sine omni forma . ꝙ qua.consimilẽ sñiam de mã inuenies.2.phy.c.12.& 1.phy. c.76.& 3.cœli.c.29.7.primæ philosophię t.c.8.& vide ample quæ scripsi in illo theoremate quod incipit. Materia non est quid, neq; quantum neq; quale.&c.
Materia prima non est cã receptionis simpliciter,sed est cã receptionis transmutabilis. 3.de ani. c.14. & com.28 & com.5.
Materia ita a physico cõsideratur vt cogitationem ad formam referat vniuersãm. Them.2.ph.ex.c.26.
Materia sustẽtat ꝙ posse & potẽtia substãtialis materiæ.1.ca.de substãtia orbis. Ex hoc ĩualuit copio multorũ assertẽtiũ mã ꝙ nõ dicere aliquid entitatẽ in actu,sed merã pãm.& ꝙ hoc adduxerũt alia authoritatẽ in 5.phy.com. 8.vbi Com.scribit ꝙ ĩ eẽ materię nõ admiscetur actus oĩno.& adducũt ꝙ hoc etiã

thoritatẽ Philosophi in 7. primæ philosophiæ.t.c.8.asserentis mãm non esse quid,neq; quantum,neq; quale,neq; vniuersaliter aliqd eoꝝ quibus ens est determinatum , sed est potestate omnia hæc. Ex aduersa autem aliqui asseruerunt materiam esse actum quendam entitatiuum , sicut fuit Henricus de Gandauo,& Scotus,& Gregorius Ariminen: ita ꝙ materia non solũ est essentia quædam distincta ab essentia formæ,verum etiam est existentia quædam distincta ab existentia formę: & ita cum existentia realiter non distinguatur ab essentia,sicut materia habet essentiam distinctam a forma, sic habet & existentiam:& sic dicunt Deum per sui omnipotentiam posse facere materiam existere sine omni forma . ꝙ hac opinione facit authoritas Themistij,qui asserit materiam in prima sui notione consideratam, esse aliquid actu. Et quia ista auctoritas multos iempore meo philosophantes in errorem traxit,cogor in hoc digressionem adducere ex mẽte Alexandri in 1. physi. & in 2. libro naturalium quæstionum,capi te seu quæsito. 7. & declarabo digressionem autem Themistij,qui voluit exponere mentem, Alexandri (vt inquit Commenta fuit enim abbreuiator Alexan. sententia igitur Themist. est in illa digressione,ꝙ priuatio tametsi nõ sit aliqua res in natura subsistens,sed sola ratione consistens: est tamen necessaria in transmutatione rerum: aliquin res fieri non posset , nisi diceretur rem esse anteq̃ fieret. Sed tũc dubitat, si enim priuatio consequitur materiã & est de substãtia eius, cum priuatio desinat esse in aduentu formæ,tunc sequitur materiam corrumpi in aduentu formæ: & cõfirmatur,quia cum materia sit ens in potentia,potentiam autem comitatur priuatio.,sequitur ꝙ cũ priuatio desinit in aduentu formę, desinat etiam potestas materiæ, & per consequens essentia eius. Volens autem Themist. soluere huiusmodi argumenta altius exorditur, asserens ꝙ entium qualitercunque existentium, quædam sunt sibi attributa secundum se, quædam vero vt comparãtur ad alia, vt ligno bipedale esse competit vt secundũ se consideratur , sed bipedale esse non competit ligno nisi vt comparatur ad alterum puta ad pedale:eodem modo asserit materiam secundum se consideratam aliquid esse, & hoc secundum se sibi competere,sed potestatem esse hoc habet vt comparatur ad alterum:non enim penes hoc ꝙ est materiam esse,habet hoc potestate,esset enim materia materiæ:sed manifestum est ꝙ ipsa existens primo aliquid & ipsa existens actu sic quorundam est & potestate ad talia se habet . & ista est mens Themistij ad verbum,licet illæ Hermolaus modicum curans de verbis, aliter transtulerit.

Ex quo elicitur quomodo secundum Themistium & Alexandrum intelligatur materiam secũdum se consideratam esse aliquid actu. nõ enim intelligitur materiam habere actum entitatiuum , sumendo actum entitatiuum pro actu existẽtiæ, ita vt materia habeat alium actum existendi ab actu quem habet a forma in composito cuius est pars,sed bene habet actum entitatiuum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiuum, quia est quædam entitas distincta ab entitate formæ, & est substantia & natura quędam distincta a forma, quia pars substantiæ est substantia, & materia est pars substantiæ demonstratæ: & ideo est substantia & alia q̃ forma, vt patet. vnde bene materia est entitas, & substantia quædam distincta a substantia quæ est forma, & est substantia quædam quæ actu est materia & subiectum. Hoc.n. quod est esse materiam aut subiectum non sibi competit potentia, sed actu. nam si, vt inquit, hoc etiã sibi competeret potentia, tunc materię esset materia: quia dicit Commenta. 12. metaphy. commen. 26. ꝙ potẽtia reducitur ad materiam, & ita primũ potentiale esset in potentia alterius materiæ, quod est absurdum: tunc enim primo daretur prius, & esset etiam processus in infinitum in materiis, sicut bene apparet deducenti. Vnde per vitam meam male intellexerunt proterui, asserentes materiã nihil actu esse, sed esse puram potentiam: tũc enim esset pura priuatio si nihil omnino actu possideret. Dicit enim Commenta. 3. de anima. commen. quinto in solutione quæstionis tertię, ꝙ propositio dicens ꝙ recipiẽs debet esse denudatum a natura recepti, nõ dicitur simpliciter, sed cũ conditione. s. ꝙ non est necesse vt recipiens non sit in actu omnino, sed vt nõ sit in actu aliquid eorum quę recipit: & ita etiã materia si dicitur esse in potentia ad omnes formas substantiales & accidẽtales, fm se est denudata ab omni forma: q̃a de se non est forma nec habens aliquam formam sibi propriam, sed non propter hoc ꝙ materia est in potentia ad omnẽ formam dicitur esse in potentia ad omnia simpliciter: non enim est in potentia ad seipsam: alioquin esset a seipsa denudata, & ita materia est in potentia materia: quod non capit intellectus. Materia ig̃ fm se est actu materia, & secundum se actu est subiectum: & substantia quædam actu substans. ista enim non competunt sibi potestate sed actu: & hę materia actu existente materia efficitur postea potentia ad alia distincta ab ea. & sic patet exemplũ adductum per Themistium de ꝙ, ꝙs cum actu subiectum sit quodam, efficitur postea materia potestate respectu aliorum. Non est igitur mens Alexand. & Themistij ꝙ prima materia sit in actu existẽtie di distincto ab ipsa forma, sed ꝙ est actus quidam, ideſt entitas quædam actu distincta a forma & per se: quia simplicia seipsis distinguuntur. & si hoc intellexisset Henricus, & Scotus cum sequacibus ripateticis consentirent, sed alios est eorum sensus. Insuper addit Themist. quòd duobus nominibus ascriptis materię. videlicet, subiecto & materia: alterum quidem videtur conuenire ipsi secundum se, considerate: hoc autem secundum respectum quem habet ad alia a se: ambo enim ad alterum dicuntur: & nanque materia alicuius est materia, & subiectum alicui est subiectum. verumtamen quandovt materia capitur tunc est cum priuatione & potestate: dicitur enim materia respectu eius ꝙ nondum factum est, sed quando sumitur vt subiectum non omne cum priuatione dicitur, nihil enim prohibet subiici in existenti speciei. Materia aũt quomodo est se poterit respectu illius cum non habet potestatem, vnde æs donec infiguratum fuerit dicere poteris materiam statuæ esse, sed dum determinatum & perfectum fuerit per formam, nullatenus materia sed subiectum dicitur. Ista sunt verba Themistij iuxta literam. Vbi patet error, qui vsque ad mea tempora perseuerauit. nam in translatione Hermolai dicitur oppositum, videlicet, ꝙ istorum duo rum nominum, videlicet, materia & subiectum: hoc nomen materia portius competit materiæ secundũ se considerate, subiectum uero cõ petit sibi vt comparatur ad alia. Et per vitam meam est totum oppositum: nam ratio quam adducit esset contra conclusionem, quia cõclusio est secundum literam Hermolai, ꝙ hoc nomen materia refert, quia nomen materia concernit subiectum. & ratio eius competit materiæ in sua prima notione q̃ subiectum. & ratio allegata per Themistium in principio digressionis, potentia & priuatio non competunt materiæ in sua prima notione, sed in secunda. igitur hoc nomen materia potius competit materiæ dum considerata in comparatione ad alia, q̃ dum consideratur in se, & quia subiectum non includit ex ratione sui modi significãdi priuationem neque potentiam, & materia in sua prima notione etiam non includit potentiam neque priuationem, rectius igitur in prima notio

ne sui materia dicitur subiectum q̃ materia. & si illę Barbarus ita curasset de medulla, sicut curauit de cortice, non detrusisset in errorem multos ex philosophantibus tempestate sua & mea. Et aduerte ꝙ absoluta notio materiæ est prior quo ad naturã q̃ secunda eius notio quæ est in comparatione. quia primo ethicorum cap. 5. ens per se est prius natura enti ad aliud. sed secunda notio eius est prior quoad nos. videlicet, dum comparatur ad aliam præsertim per transitionẽ, sicut naturalis scientia quoad nos præcedit diuinam. Confirmatur quia materia in prima sui notione, vt est res quædam absoluta, pertinet illa consideratio ad diuinum. vt testatur Cõmenta. 7. meta. cõm. 9. & 12. meta. cõmen. 14. Et quia secundũ peripateticos materia nõ cõparatur ad alia, nisi pro quanto est potentia ad alia, cum respectus potentiæ & priuationis importetur per nomen materiæ, & istæ respectus potentiæ & priuationis nõ importetur per hoc nomen subiectum. Rectius igitur illud nomen. videlicet. subiectum transfertur ad mãm in se cõsideratã, q̃ hoc nomẽ materia: licet etiã subiectũ sit de nominibus importantibus respectũ, quia subiectũ dr̃ respectu alicuius subiectum. Et ideo soluitur contradicti o inter Themisti. & Commenta. quia Cõmentator octauo metaphysi. commen. 4. dicit quòd ad scientiam diuinam pertinet declarare materiam esse substãtiam: & ad naturalem pertinet declarare ipsãm esse subiectum: & tunc materia, vt a naturali consideratur, dr̃ relatiue ad formã 2. physi. cõm. &

ter.

tex. 26. Soluitur concedendo totum ꝙ naturalis considerat materiam, & respectu futuri ex quo aliquid potest fieri, & sic dicitur materia: & respectu præsentis, vt dicitur subiectum formæ per quam actu perficitur, cum hoc tamen stat quòd tametsi vtrunq; istorum nominum in respectu consistat, quia materia alicuius est materia, & subiectum alicui est subiectum: quia tamen materia non dicitur relatiue ad alia quæ est secunda eius notio, nisi per potentiam & priuationem. sic enim potentia & priuatio competunt materiæ, vt comparantur ad alia. ideo hoc nomen materia potius competit sibi in secunda notione, & hoc nomen subiectum magis in prima: est enim nomen subiecti magis remotum ab illa ratione contrahente materiam ad secundam sui notionem, q̃ hoc nomen materia, licet vtrunque respectum dicat. & ista sine dubio est mens antiqua Alexan. & Simplicij in primo physico. in expositione tex. commen. 56. expresse recitando sententiam Alexand. ita asserit, sicut scripsi, & notaui. ita etiam notat dominus Albertus cognomento magnus, in quinto metaph. tract. secundo, capitolo 4. quòd materia vt substantia & fundamẽtum est prior ad materiam, vt est in potentia. quia isto secundo modo est subiectum mutationis, & motus, priori autem modo est ante mutationem & motum. vt non exhibeatis fidem translatoribus modernis, qui curant ornatum verborum, & dimittunt sensum: & satius putant errare mentem quàm linguam.

Ad authoritates igitur Commẽ. in libro de substantia orbis respondetur, quòd non est intentio eius dicere quòd potentia sit vera differentia substãtialis materiæ: alioquin contradiceret sibi ipsi in primo physico. commen. 70. vbi haber quòd si potẽtia esset de essentia materiæ, tunc materia corrumperetur in aduentu formæ. sed volunt dicere quòd vt asserit Themistius licet materia in prima sui notione sit quædam res absoluta, est enim substantia, sic enim non est potentia de ratione eius, tum propter relationem adductam, tum quia conceptus potentiæ est conceptus entis ad alterum. nono enim primæ philosophiæ potentia relatiue dicitur ad actum: substantia autem materiæ est conceptus entis ad se, ideſt absolutus: sed in secunda sua notione competit sibi tanquã differentia, sicut albedo, licet non sit de ratione hominis, albi: ita licet potentia, licet non sit de ratione materiæ, in se & absolute considerata, in secunda tamen notione sua sic est de ratione eius; quia ipsa materia comparatur ad alia oportet ipsam per potentiam comparari cui de necessitate est annexa priuatio: dicere enim aliquid esse in potentia, est dicere aliquem modum priuationis: vere tamen loquendo potius talis potentia est materiæ proprietas. sicut dicit etiam pulcher expositione, super primo physicorum & quia rerum proprietates plerumque circumloquuntur nobis differentias occultas rerum: sic potentia circumloquitur nobis naturam illam quæcunq; sit per quam materia distinguitur a forma.

Ad aliam autem Auerr. authoritate in quinto physico. commen. octauo. respondetur quòd sensus tantum est quòd in essentia materiæ nullus actus omnino includitur: quia, videlicet, in sua essentia considerata est primo diuersa ab omni actu & substantiali & accidentali: quia nec est forma, nec formatum, nec habet aliquam formam, neque prius actu entitas quædam, quæ est subiectum in quo fundatur potentia ad omnem formam, & priuationem. vnde Commenta. 7. primæ philosophiæ. commento vltimo scribit de prima materia, quòd magnanima ista est illa, cuius quidditas & forma est recipere omnem formam. Ad authoritatẽ Philosophi, in septimo metaphysi. respondetur quòd materia non est quid, ideſt substãtia in actu, sicut est forma, & habens formam: & ita etiam non est quanta in actu, aut qualis: sed bene est substantia quæ est in potentia omnia hæc, vt ibidem dicitur per Auerroem in commento. Sic igitur habes quòd licet materia potestate sit respectu omniũ formarum, tam substantialium q̃ accidentalium: in se tamen secundum naturam prius est aliquid actu, & posterius natura efficitur alia potestate. nam quod in se nullo modo aliquid actus habet, nullo pacto potẽtia respectu aliorum esse potest. sic igitur materia in se est actu materia & actu substantia quædam, quæ potentia est omnia alia quorum capax esse potest. Respicit enim debet esse denudatum ab eo quod recipit, non quòd debeat esse denudatum ab esse simpliciter.

Materia non denudatur a corporeitate, quia tunc haberet dispositionem substantialem, & haberet nomen & diffinitionem, sentẽtia ista est Auer. in primo physicæ auscultationis. commen. 63. quam consequentiam Burleus isto modo nititur deducere stantibus tribus prę suppositis, quorum primum est, ꝙ materia prima nunq̃ potest denudari ab omni forma substantiali. secundum est quòd ad hoc ꝙ materia prima recipiat aliquam formam substantialem diuisibilẽ aut materialem, oportet quòd sit extensa, aliter non quantum reciperet quantum. tertium est quòd materia non est extensa nisi per dimẽsiones quæ dicuntur corpus. ex quibus sequitur quòd si materia prima non esset denudata a corporeitate, non esset extensa per tertium suppositum: & per consequens non posset recipere aliam formam substãtialem materialem diuisibilem: quia quælibet forma substantialis materialis est diuisibilis & extensa, & per consequens nullam formã substantialem materia posset recipere: & quia non potest stare sine omni forma, sequitur ergo quòd si materia denudaretur a corporeitate quòd materia haberet aliquã formam substantialem dãtem nomen & diffinitionem. Sed in veritate primum suppositum est verum per ea quæ scribit Commen. secundo physic. cõmen. 12. si enim materia posset esse sine omni forma, tunc quod non esset in actu, esset in actu. & tertium suppositum est verum de facto, quòd omnis forma

ma materialis sit extensa in via ei⁹, qui ponit quantitates esse coæternas primæ materiæ, & omnem formam aduenire materiæ quantæ: sed qui ponerent oppositum non est admittendum illud ſuppositū. & etiam secundum suppositum absolutè est falsum: nam dimensio fundatur immediate in substantia materiæ, & tamen materia non est quanta de se. & ideo non oportet ꝙ recipiens quantum, sit quantum in actu: sed sufficit quòd sit potentia quantum. Et ideo aliter deduco illam consequentiā ex mẽte Auerr. in primo capitulo lib. de substantia orbis. dicit enim Commentator quòd causa propter quā materia primitus recipit dimensiones recipientes dimensionem terminatam, est quia est multa in potentia. & ideo si illa potentia debet reduci ad actum oportet si in eodem tempore materia debet reduci de potentia ad actum sed pluribus formis cum formæ istæ sint diuersæ, & non possunt simul esse in eadem materia. oportet igitur quòd materia habeat diuisionem in suis partibus: & ita cum diuisionem habere non possit nisi per dimensiones. oportet igitur vt dimensiones præcedant, aliter in eodem tempore non posset habere plures formas in actu, sed solum vnam haberet in vno tempore, & si illa corrumperetur succederet alia: & sic semper vnam. si autem materia non esset in potentia ad multas formas nec simul nec successiue: & cum materia non posſit stare sine forma, oporteret illam formam esse perpetuam in materia, & esset in substantia eius dans sibi nomen & diffinitionem, & ab illa separari non posset, quia non est in potentia ad multa, & cum non possit stare sine forma, tunc igitur illa forma quam haberet esset incorruptibilis, & nulla alia esset generabilis, ex quo non erat potentia ad aliam per suppositum. nā quod impossibile est factum esse, im possibile est fieri, & quod impossibile est fieri, impossibile est factum esse. Bene igitur dictum est quòd si materia denudaretur a corporeitate, oporteret quòd haberet aliquam formam substantialē dantem sibi vnitatem numeralem, & esse actualis existentiæ, quę corporeitas fuit sibi ab æterno: propterea quia erat potētia multa. & ideo si non haberet corporeitatem, signum est quòd non est potentia multa: & ideo cum sine forma ista re non possit, esset igitur ita actu sub ea quòd non est potentia ad aliam: & ita nunquām a prima posset expoliari. vñ deductio stat super illa diuisione quòd materia aut est in potentia multa, aut non. si primum aut est in potentia multa in eodem tempore existētę posibilī illam multitudinem reducī ad actum, aut in diuersis temporibus. si primum, oportet quòd diuidatur, sed non habet diuisionem nisi per dimensiones, igitur illæ præcededunt. si vero illa potentia esset in diuersis temporibus, tunc materia solum in vno tempore haberet vnam formam: vnum enim subiectum habere plures si vnam formam substantialem est impossibile. vt dicit Commentator primo capitulo de substantia orbis. Vnde circumscripta dimensione a materia, non negat Cō mentia. multitudinem istam formarum cum successione, sed semper in vno tempore vna forma esset. Si vero detur secundum condiuidens principalem, videlicet. quòd materia non est in potentia ad plures formas, nec in eodem tempore, nec in diuersis temporibus: tunc cum sine forma stare non possit, haberet de necessitate semper illam eandem formam: & quia non est in potentia ad aliam partē illa alia generabilis non esset, nec ista quam possideret esset corruptibilis: quia tunc si corrumperetur, materia staret sine omni forma, & tunc quod non est in actu esset in actu, quod est impossibile. vnde nil melius est q̄ exponere Auerroem per ipsummet Auerroem.

Materia prima est vna numero primo physico. commento sexagesimo tertio. Ista conclusio declaratur per Auerroem in 12 primę philosophiæ in cōm. 14. per illam diffinitionem, vnū numero bifariā scilicet, positiue & priuatiue. vnum numero positiue est ꝙ hēt vnā formam substantialem dantem sibi vnitatem: dicitur enim in secundo de anima. textu commenti secundi quòd forma est substantia per quam est hoc aliquid. & primo de anima commen. 90. omne quod est vnum numero, & continuū est per suā formā, & nō per suā mām: alio mō aliqd dr̄ vnū numero priuatiue. quia videlicet non habet in se aliquam formam dantem sibi vnitatem numeralē, quemadmodum Socrates est vnus

numero per vnam formam. vnde Commentator vult quòd materia differt a forma vniuersali. multi enim crediderunt quòd quia natura materiæ primæ est communis omnibus rebus generabilibus & corruptibilibus, crediderunt materiam esse genus, sed inquit Commentator quòd est differentia inter communitatem formæ generalis seu communis, & inter communitatem primæ materiæ: quia communitas formę generalis est extra animam in potentia. & ideo scire aliquid in vniuersali est scire in potentia. sed communitas primæ materiæ est pura priuatio, & non est extra animam, sed in anima tantum, & est locus satis obscurus. Nam si communitas formę communis extra animam est in potentia, cum potentię sit annexa priuatio. nono metaphysi. commento tertio de necessitate, videtur ergo quòd etiam talis communitas formarum sit priuatiua. ex aduerso etiam si communitas materiæ est priuatiua cum priuatio sit annexa potentiæ, sequitur etiam talem communitatem esse potentialem, & ita non erit solum in anima, verumetiam extra animam, sicut erat de forma communi. Soluitur ex mente Alexan. & Themistij, qui fuit abbreuiator eius in digressione aurea de priuatione materiæ, ꝙ illa non est vera priuatio dum dicitur materiam secudū se esse inaffectam seu informen, sed est negatio pura: dicit.n. negationē formæ & formati, quia materia prima de se neque est forma, neque formatum: differentia

enim

enim magna valde est ĩter negatio nem puram & ipsam priuationem, quia vt habetur in secundo libro de interprætatione . negationem puram affirmatio priuatoria non sequitur, quia non si aliquid non videt, cæcum propterea esse affirmabitur: de lapide enim verum est dicere quòd non videt, tamen lapis cæcus non est, neque si aliquid capillicium non habuerit caluum propterea esse affirmabitur: priuatio enim quodammodo est qualitas quædam : & ideo talis informitas vel inaffectio in prima materia non est vera priuatio, sed negatio sola: alioquin sequeretur materiam in sui substantia habere aliquam qualitatem . vnde Aristote. decimo primæ philosophiæ. text. cõmen. 24. materia negatione ostẽditur : pro quanto igitur materia in se considerata nõ est forma neq; formatum, sic dicitur vna numero : quia non habet formam dantem sibi vnitatem numeralem, & sic etiam dicitur communis pluribus : quia non habet differentias formarum indiuidualium, ex quibus est multitudo. Et sic vides quo modo cõmunitas materiæ est priuatiua summendo priuationẽ large pro negatione. negatio autem est purum ens rationis. & ideo Cõmentator dixit in commento decimoquarto, quòd communitas materiæ ysto modo est solum in anima tantum. sed communitas formarum vniuersalium est extra animam in potentia: quia extra animam non sunt nisi singularia in actu, in quibus saluatur natura formæ communis; non enim vniuersalia sunt extra animam in actu, sicut posuit Plato, tunc enim non opus esset ponere intellectum agẽtem sicut dicit Commenta. tertio de anima commen. 18. sed solum sunt singularia a quibus intellectus abstrahit vniuersale : & ideo communitas formæ habet aliquid extra animam potentiale, & sunt singularia in quibus saluatur, & ista est ratio diuersitatis. Licet igitur priuatio propriæ dicta quæ diffinguitur contra negationem præsupponat potentiam : tamen priuatio large quæ est ipsa negatio nullam potentiam præsupponit, nec aliquem habitum ponit, aut qualitatem, & talis est priuatio communitatis materiæ, quia est negatio formæ. Sed tunc iterum est difficultas, quia videtur quòd materia habet intentionem vniuersalis predicabilis de pluribus numero differentibus, quia certum est quòd materia prima extra animam per dimensiones interminatas, est diuisa & multiplicata in varias, & diuersas partes, quæ stant sub diuersis formis. est enim sententia Philosophi in duodecimo primæ philosophiç in tex. commen. 27. quòd singularium causæ sunt singulares, etenim dicit singularium aliarum materia, species, & moueri, & tua materia, vniuersali autem ratione eadem. & in secundo physico. tex. 38. commento 38. idem habetur : & tunc certum est quòd illa portio materiæ primæ quæ stat sub forma Socratis est materia, & similiter portio materiæ quę stat sub forma Platonis, & ita cum istæ portiones sint numero differentes, ergo

Mundus perfectus eſt, tum quia corpus eſt, tum quia nihil cõtinet ipſum, partes vero mundi perfectę ſunt, ſolum quia corpora ſunt, diminutæ vero quia partes Auer. in paraphraſi 1. de cœlo. ſumma. 3. idẽ 2. cœli. cõmen. 4. vbi addit etiam tertiam perfectionem, quia mundus eſt vnus numero, partes vero ſunt plures, & ideo diminutę ſunt etiam partes reſpectu totius ex iſta cauſa, quia multitudo indiuiduorum, vt aut. in eadem ſpecie ex dimiſſione exoritur, & ideo mundus omnibus modis perfectus eſt. differentia quo ad duo prima membra inter mundum, & partes habetur ibidem in tex.

Mũdus ſi finitus eſt, primum Theorema Euclidis verum eſſe non poſſe videtur, & vide ſolutionẽ pul
chram a lucidiſſimo Themiſt. in 3. phy. ſuper tex. 71.

Mundus finitus eſt ratione corporis ſpherici quod ex ſua natura finitũ eſt, & terminatum ab vna ſuperficie, ſed corpora recta non ſunt finita ꝓ ſe, quin poſſint diminui & augmentari. Ex libro deſtruct. diſput. prima, in ſolut. 11. dubij.

Mundus neceſſario hẽt corpus ſphericum ambiẽs ipſum alioquin corpora procederent in infinitum, aut terminarentur ad vacuum, & ambo iſta ſunt falſa, ibidem.

Mundus ſm Philoſophos non poteſt eſſe maior neq; minor. Ex lib. deſtructionũ, diſputatione 1. in ſolutione 18. dubij.

Mundus ſi eſſet per ſe ens ab ęterno, non inquantum mobilis, quia quilibet motus componitur ex partibus nouis, mundus nullum haberet agens. Ex libro deſtruct. diſputatio. 3. in ſolutione 7. dubij.

Facit pro opinione Gregorij Ariminen. & Ioan. de Baccone, in ſecundo ſenten. diſtinct. prima, quæſtione prima. quòd æterna quæ ſunt ſupra motũ non habent cauſam efficientem. Sed hoc non conuincit, quia Commentator hic accipit agens in propria ſua ſignificatione ſumptum, quod vt ipſe Algazel arguebat ſecundum Philoſophos eſt, quod extrahit rem de potentia ad actum, actio enim agẽtis apud Philoſophos nihil aliud eſt niſi extrahere rem de potentia ad actum, & tale agens eſt verum & præſupponit potentiam, quia ſi non eſſet potentia, non eſſet agens, 12. metaphyſi. commen. 18. & potentia præſupponit materiam aut ſubiectum, quia in priuatione

nulla est possibilitas, vt dicit Commentator in disput. prima in fo. 15. dubij Et ideo mundus inquantum mobilis habet agens, quia motus educitur de potētia mobilis ad actum, & est semper cū aliqua sui innouatione in suis partibus, sed si esset ens æternum sine motu, non haberet tale agens verum, quia tale vt diximus præsupponit materiā aut subiectum, & agit in tempore, & actio vere sumpta fundatur in motu ex 3. phy. & motus in mobili, & motum necessario sequitur tēpus, & ita ante mundum esset materia & motus & tempus, & ista patēt intelligentibus. tamen mundus & quodlibet æternum, quo ad suam entitatem habet agens fm similitudinem sumendo illud quod dat esse sine motu, sic enim æterna dependent a Deo tanq̄ a causa efficiēte dante esse illis sine motu, quia licet res generabiles a prima cā non sortiantur esse nisi mediante motu, tamen æterna cum sint supra tēpus & motum īmediate, causantur a scientia eius, quia scientia eius est causa entium. 12. meta. cōmē. 51. Et istud est agens fm similitudinē dictum, & hoc testantur verba eius in præsenti solutione, subdit enim, Philosophi dicunt mūdum esse ab ęterno, & nominat ab eis antiquus ad differendum ab illo, quod innouatur ex re aliqua, & in tempore, & post priuationem, & hunc mundum generationis, vt. d. Cōmenta. intendebat remouere Arist. a corpore cęlesti in 1. cęli. vt poteris videre in cōmen. 20. vbi dicit q̄ generabile vere & non transumptiue sumptum est quod generatur in tēpore, & ab aliquo, & istum modū generationis vult excludere Arist. quia talis generatio vt dicit hic fit ex aliqua re tanquam ex subiecto seu materia, & fit in tēpore & post priuationem.

Mundus est innouatus a Deo benedicto secundum Philosophos, & quomodo, vide in libro destructionum, disputatione 3. in solutione septimi dubij.

Mundus suprēmus cum Deo gloriofo sic se habet cum rebus inferioribus, quod mundus inferior in suo esse semper est adiunctus priuationi in suo esse, & adhuc adiungitur ei sicut est in esse motus. i. q̄ semper indiget mouente. & in hoc differunt res æternæ a rebus creatis, quia effectæ, quando sunt non adiungitur eis priuatio, propter quā agente indigeant, & ab eo cōtinuetur suum esse. Ex disputatione 3. in so fo ne 8. dubij. Vide in contradictionibus nuper editis.

Mundus si in tali dispositione esset q̄ eius substantia non esset in motu non indigeret post in suo esse Deo benedicto, sicut domus post suum esse non indiget domificante. Ex libro destructionum, disputatione 3. in so f. 9. dubij.

Mundus fm Auicennam est de prędicamento relationis. ibidem.

Mundus vt opinati sunt Philosophi habet causam agentem ab æterno, qui semper produxit eum de priuatione ad esse, Ex libro destructionum, disputat. 3. in solutio. 10. dubij. Vide in concordantiis nuper editis.

Mundus est vnus secundum Aristote. & ab vno procedit, & vnum quodammodo est causa vnitatis, & pluralitatis causa alio modo. Ex

Ex lib. destru. disputatio. 3. in solutione. 12. dubii.

Mundus ex quinque constat corporibus. f. ex corpore supercœlesti, & ex quatuor aliis corporibus elemētalibus, quorum vnum est graue absolute, & est terra, aliud leue absolute, & est ignis, & duo alia mediata. f. aer & aqua, & hoc demōstratiue a Philosophis est probatum, ex lib. destruct. disputa. 1. in solut. 11. dubii.

Mundus habet vnam virtutem diffusam spiritualem, ex qua colligā tur omnes virtutes spirituales, & corporeæ, & est vnigenea extensa in toto vniuerso. Alioquin nullus ordo esset in eo. Ex dispura. 3. in solu. 18. prope finem, & est philosophi sententia 1. cœl. 100. & in principio libri metheo.

Mundus secundum philosophos vere similis est vni ciuitati, in qua est vnus princeps sub quo sunt multi principatus subiecti ei. Ex disputatione. 3. in solut. 18. dub. in fine, & habetur ex fine primę philosophię & etiam. ibidem. cō. 44.

Mundus apud philosophos habet causam agentem æternam. & rapsum aut quid consequens opus, & quodcunq; sic se habens indiget si se debito agente essendi in suo esse. quia concluserunt ex hoc q̄ mūdus habet agens existens in suo eē, ex disputa. 4. in lib. destruct. in solutio. 1. dub. Ecce locum apertū contra Grēgorium Ariminensem & Ioan. de Baccone volentium so lum motum habere causam efficientem æternam fm Auer. sed nō eorum, aut aliquam substantiam, foret enim q̄ si cęlū deponit quantum ad motum, deponit etiā quātum ad suum esse per eandem rationem, Nec valet si dicatur q̄ Cōmenta. loquitur de toto mūdo, sed non de cęlo. Sed contra, quia Commen. in lib. destru. in 3. disputa. in solutione. 10. dub. facit etiam eandērationem de cęlo. inquit enim, q̄ esse corporis cœlestis consistit in motu, & ideo dans motum dat esse de necessitate. Amplius in. 2. cap. de substantia orbis. expresse dicit quod cęlum & si simplex sit, & corrumpi non possit, & non indigeat in suo esse anima sensibili, neque imaginatiua sed tantum indiget anima mouente ipsum in loco semper, & virtute quæ non sit corpus, neq; virtus in corpore ad largiendum ipsi permanentiam æternam & motum æternū, & qui non habent principium neq; finem. Et debes scire q̄ istud corpus cœleste non indiget virtute mouente, semper tantū, sed largiēte virtute in se & in sua substantia permanētiam sempiternam. Ecce quō expresse substantia cęli dependet in eodem genere causæ, sicut & motus ab ipsa intelligentia quod continuatur ex casu quem ponit statim, subdit enim quoniam & si simplex sit, & non habet potentiam vt corrumpatur, tamen est finite actionis necessario, quia est finitarum dimensionum & terminatarum superficie continente ipsum, & omne tale cum intellectus posuerit ipsum existens per se necessario est, vt ita sit de finitate suæ permanentiæ, sicut de finitate suæ actionis, declarauerat enim iam in 8. phy. com. 79. & 12. meta. clarius com. 41. q̄ omnis potentia existēs in corpore est finita

finita necessario, & licet cœlum nõ habet nisi potentiam ad vbi, illa est necessaria finita etiã, & propterea non est in cœlo potẽtia, nisi ad qe tem. cum autem cœlum suum esse habeat in motu consistens, si quis poneret cẽlum per se, sine intelligẽ tia ita esset, sicut est de motu eius, vnde sicut motus cœli non esset. ni si esset motor separat⁹, ita etiã nec esse cœli ? quid clarius, & apertius dici potuit. immo mirũ est de istis viris illustribus, qui ita allucinati sunt in præclarissima, quia Cõmẽ. in eodem loco fatetur se fecisse illã digressionem propter amorẽ. quia multi dixerunt fm Aristo. cœlum non habere causam, nisi mouentẽ tantum, & non efficiẽtem, aut agẽtem. Et est opinio ista quã isti imponunt Auer. & Arist. & tñ Commentator ex sententia istam opinionem reprobat. & immorari in hoc est superfluum.

Mundus necesse est, vt habeat vnũ efficiens sagacissimum & sapientis simũ, a quo entia cuncta seriatim ministrentur. Ex disputatio. 9. in solu. 3. dub. & habetur ex fine. 12. primæ philosophiæ.

Mundus si innouaretur inquãtum est ens naturale magis esset conueniens, quod innouaretur ex princi piis naturalium rerum, quàm ex principiis artificialium rerum. ſa voluntate. Ex dispu. 10. in solutione primi dub.

Mundus non potest habere aliam dispositionem naturalem ab ista in qua est modo. octauo physico. com. 9. & 21.

Mulier inuenitur a masculo & magis. 7. Metaphy. commen. 31. & eli citur ex tex. vbi Philosophus dicit quòd non in omnibus dispositionibus generatum dicitur assimilari generanti. Non enim, vt inquit, oportet quòd ex viro semper vir fiat, etenim ex viro fœmina etiam fit, & Commenta. addit & magis, vbi collige quòd sunt plures fœminæ quàm mares, & huius causa naturalis esse potest, quia maior potentia caloris, & virtutis requiritur ad generationem maris, quàm fœminæ. Theologi autem aliam huius causam assignant, &c.

Mulier specie non differt a mare. 12 Metaphysi. tex. commen. 25. & ibi vide causam.

Mulieres molliores leuiores & minus pilosę sunt, quàm viri propter menstrua. In viris autẽ huiusmodi excrementum tendit in partes terrestriores. Auer. primo de generatione animalium. in commen. quod correspondet capi. 19. in tex. Aristotelis, & incipit in Auer. scrutemur modo de quidditate seminis fœminei.

Mulieres concipere possunt sine delectatione in coitu, Arist. 1. de generatione animalium. capitu. 19. vbi Auerro. dicit, quòd vulgus putat, quando sic im prægnantur parere masculos, & ipse interrogauit mulieres, quibus fidem adhibebat, & affirmarunt illud.

Mulieres habent humiditatem, quã emittunt hora coitus, & ex necessitate materiæ, & propter delectationem, sed hoc non arguit illã habere vim ad generandum effectricẽ, nam puero in somno accidit delectatio, & tamen semen eius non est prolificum. ibidem. Vide etiam Aristote. primo de generatio. animalium. cap. 20.

Mulier & equa dum grauida sunt coitum patiuntur. Aristot. in 4. de generatio. anima. cap. 5.

Mulieres quæ ad rem veneream incontinentes sunt, libidine cessant cum sæpius generarint. Arist. in. 4. de gener. anim. cap. 5.

Mulieribus laborare assuetis facilis est partus, labore enim excrementa consumit, quæ in mulieribus otiosę augentur, cunq; parturigo laboriosa fit, labor & exercitatio actę vitæ facit, vt spiritum retinere possint in qua re partus facilitas concistit. Aristote. 4. de generatio. animalium. cap. 6.

Mulieribus paucis contingit vt prægnantes felicius degant, & corpore melius valeant. videlicet, his quarum in corpore exigua continentur excrementa, quæ absumi possunt cum alimento quod fœtui ministratur. Aristotel. in. 4. de generatio. anima. cap. 6.

Mulieribus pili in mento non proueniunt, nisi in terminum cum mentura Caria sacerdotibus mulieribus euenire aiunt quod diuinationis iudicium interprætatur. 3. de anima anima. ca. 11.

Mulieribus quibus profluuium mẽ struorum deest, magna pars sterilitatis est, verum fieri potest, vt aliquę etiam earum sine eorum profluuio concipiant. 7. de natura anim. capit. primo.

Mulieres candidiores, & minus corpulentæ, plus mensibus abundant quam carnosis, ibid.

Mulierem concepisse argumentum est cum statim a coitu locus secessus, & si semen intus susceptum in septimum diem permanserit concepisse iam certum est. 7. de naturæ animalium. cap. 3.

Mulieres in vtero tardius quàm mares perfectionem quaruncunque partium recipiunt, sed cum in lucem prodierint, fœminæ otius quã mares accrescunt, & ætate florent, & senectute macerantur, & magis quæ pluries pariunt. 7. de natura animal. ca. 3. vide causam. 4. de generatione anim. ca. 6.

Mulieribus concipientibus accidũt purgationes effluxiones, & abortiones, & vide istorum differentiã, in. 7. de natura animalium. capi. 3. purgationes enim accidunt cum cõceperit, vt plurimum ad temp⁹ quoddam. ſ. triginta dierum, maxime si concepta est fœmina, quadraginta autem si mas a partu etiam purgationes eodem modo consequi volunt effluxiones vocantur, quæ intra septimum diem corruptiones incidũt, abortiones autem quæ inter quadragesimum.

Mulieres quæ marem conceperunt minus pallent, & facilius exigunt contra quæ fœminam, sunt enim pallidiores, & grauius degunt. 7. de natura animalium. capitu. 4. & est sententia Hippocra. in libro separatorum sermonum.

Mulieribus pluribus desinunt menstrua circa quadragesimum annũ, quod tempus quæ excesserint his ad sexagesimum seruantur, etiam nonnullæ eo tempore pepererunt, sed vltra hoc tempus nulla potest protrahere. septimo de natura animalium. cap. 5.

Mulieribus grauidis appetitus varij prouenire solent, citoq; commutari, qd picare quidam a pica aue denominant. 7. de nã anim. ca. 4.

Mulier

Mulier quæ fœminam concepit tardius parit, mas enim ex vtero celerius prodit, fœminæ enim partus tardior est, dolor etiam continuus ex fœmina, sed obtusior ex mare acer, & longe molestior. ibid.

Mulier & septimo mense, & octauo & nono parere potest, & quòd plurimum decimo, nonnullæ etiam vndecimum tangunt. hoc autem homini proprium est, cæteris enim animalibus pariendi statutum est. ibid.

Mulieres in ægipto, vt plurimũ geminos pariunt. ibid.

Mulier quædam quatuor partibus vigintiedidit: singulisenim partubus quinq; enixa est. ibid.

Mulieribus & viris multis euenit, vt coniuncti inter se nequeant generare, vbi dissociati se aliis immiscere queant, quod idem in maris aut fœminæ procreatione euenire certum est. 7. de natura animal. ca. 6.

Inde collige aliquos ex naturali proprietate esse marium generatiuos, aut fœminarũ. scribit enim Arist. in eodem loco q̃ sunt quædam fœminæ, quæ non nisi marẽ, & quidam viri qui non nisi fœminam procreant. vt de Hercule fabulantur, qui inter duos & septuaginta liberos, fœminam vnam tantummodo genuit.

Mulier est magis misericors, & ad lachrimas propensior quàm vir, inuida item, & magis quærula, & maleuolentior & mordacior, & ꝓterea anxia, & magis desperans, quàm mas atq; impudẽtior, & mẽdacior, quin etiam facilior decipi, meminisseq; aptior. ad hæc vigilãtior, segnior, immobilior, denique est, & minus cibi desiderans. 9. de natura ani. cap. 1.

Mulier prẽgnans a quarto, vsque ad septimum mensem, vtrum farmacari, vel flobotomari debeat existẽte necessitate. vide. 7. Coll. ca. 4 vbi tenet contra Hippocratem farmaciam nõ ducere ad bonum finem, & vide rationes eius: & de hoc vide Conciliatorem in differentia.

Mulieribus omnium animalium inter fœminas maxime purgatio mẽsium contingit. 7. de natura animalium. cap. 1.

Muli generatio nunquid fiat a similibus: & quomodo. vide. 12. Metaph. commen. 13.

Muli sunt steriles a toto genere, & vide causas veras ab Arist. in. 2. de genera. animal. ca 6. contra Empedoclem & Democri.

Mulam concepisse iam constat. ex 2. de gener. aĩa. ca. 6.

Muli genitale fœminarum non olisciunt, vt cætera, sed excrementum vesicæ tantũ. vide causam ab Aristo. in. 2 de genera. aĩal. cap 6. in fine. Vbi aduerte q̃ Auerr. forte ex deprauato textu locum illũ male interpretatur. & dicit oppositũ, videlicet q̃ muli non olfaciunt vti nam fœminarũ, sicut faciunt æqui, & alia animalia.

Mula gemellos peperit, quod pro ostento accipitur. 6. de natura animalium. cap. 22.

Mulæ in syria terra super phœnicem & coeunt, & pariunt omnes. 6. de natura animaliũ. cap. 24. Nota tamẽ q̃ istud genus est diuersum ab illo mulorum genere, quod ex coitu equæ & asini generatur, licet sit simile facie. & ipsemet Arist. ipsum declarat infra in eodem lib. cap. 36. vbi ptractat de mulis quos terra syria fert.

Mulabus nulli mẽses mouentur. 6. de natura anima. cap. 18.

Mules diu viuit iam quidam ad octogesimum annum potuit agere, vt athenis. 6. de natura animalium. cap. 24.

Musciliones generantur ex vino corrupto. 12. primæ philosophiæ. cõ. 18. in prin. digressionis.

Musculus est primum mobile a calore naturali. 2. Coll. ca. 18.

Musculorum numerus secundum Gale. est. 529. ibid.

Mus genitus ex semine, & mus genitus ex putredine propter magnam similitudinem videntur esse eiusdem speciei, sed nõ sunt: sensus. n. nequeunt iudicare in quo species sit, vna autem plures in omnibus locis, Cõmenta. in 1. de generatione animal. cap. 1.

Mustella dimicatura cum serpente herbam comedit: odor. n. eius herbæ serpentibus molestus est. 9. de natura anim. ca 6.

Mutatio omnis a natura remotiua est. 4. physic. tex. com. 128. & vide in cõmẽto limitationem. idem. 8. phy. tex. com. 59.

Mutatio quælibet, aut est de subiecto in subiectum, aut de non subiecto in non subiectũ, aut de subiecto in non subiectum. 5. physic. tex. com. 7.

Mutationes concretim fieri intelligendum solum illas in quibus partes simul omnes mutãtur, sed etiã quomodo indigent tempore. The. 6. physico. 56. vbi taxat Alexandrum opinantem omnem mutationem in tempore esse.

Mutatio nostra de existimatione in existimationem est transmutatio necessario. 8. phy. tex. cõ. 26.

Mutatio subita est quando omnes partes simul toto corpore, aut alterantur, aut augentur. The. 6. phy. 32 & hĩ. 1. physi. contra Melissum. tex. com. 23.

Mutationes momentarias negare, hominis est sane sensu carentis. idẽ The. 6. phy. 32. & Cõm. ibid.

Mutatio loci iam perfectorum motus est. 8. phy. tex. cõ. 57.

Mutatur autem aliquid tripliciter, fm accidens, fm partem, & per se. 5. phy. t. c. 1. & in. 11. primæ philosophiæ. ca. 10. in prin.

Mutatur omne qđ mutatur, aut ex subiecto in subiectũ, aut ex nõ subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in non subiectũ. 5. physi. tex. cõ. 6. & in. 11. meta. ca. 10.

Mutationes paruæ causam afferunt magnarum mutationum non sui rõne, sed cum euenit, vt principiũ vna cum istis mutetur, principia enim quanuis magnitudine parua sint, tamen facultate sunt magna. Aristo. in. 5. de genera. anim. cap. 7. ideo Poeta dixit.

Principiis obsta, sero medicina paratur,
Dum mala per longas conualuere moras,

Mutatur quicquid mutatur in tempore. 6. phy. tex. cõ. 50.

Mutatum quodlibet præcedit mutari. supra. t. cõ. 55. & infra.

De litera N.

Nasus diuiditur in symũ, & non symũ, sicut aĩal in masculinum & fœminum, sicut quantum in æquale, & inæquale. 7. Metaphy. com.

Universidad de Deusto
Biblioteca

commen.17.

Nasus symus est vnum essentialiter, sed homo albus est vnum per accidens.7.meta.tex.cō.41.& vide ibi Auer.declarantem hoc, quia concauitas in naso est īseparabilis, sed albedo ab homine non est inseparabilis:albedo enim inuenitur in pluribus speciebus aliis ab hoīe.

Natura nihil agit superfluū.1.phy. com.56.idem.1.cœli.32.

Naturalis non debet cōtradicere ei qui negat sua principia.1.physico. tex.com.11.idem.8.phy.t.cō.22.

Vnde Them.hic adducit pulchrā rōnem:nam si physicus potest demonstrare naturam esse, aut hoc erit per principium naturale, & si sic,tunc est petitio principii.aut ex aliquo principio extrinseco, & sic non erit demonstratio,aut rō naturalis,sed alterius artificis,quia demonstrationes specificantur a mediis tangit Cōm.8.ph.cō.22.

Naturalis non accipit a primo philosopho corpora componi ex materia & forma.1.ph.contra Auicē. Cōm.com.vlti.

Naturalia differunt ab artificialib⁹, quia habēt principium motus per se.2.phy.tex.com.2.

Naturæ diffinitio est manifesta per se,& ponitur in scientia naturali. 2.phy.com.3.

Naturæ diffinitio non dicitur vniuoce neq; æquiuoce, sed secundū prius & posterius.2.phy.com.3.& 5.meta.com.5.

Naturam esse est manifestū per se. 2.phy.com.3.&.t.c.6.

Natura quæ est forma, est substantia,quæ est in subiecto quod substentatur per illam.

Natura quæ est materia est substantia,quia est subiecta.2.physi.commento.4.

Naturalis accipit a primo philosopho,quòd natura quæ dicitur de forma est substantia.2.phy.c.4.& 5.meta.com.5.

Naturalis considerat de superficie, linea,& pūcto,& corpore,vt in materia,& vt sunt vltima corporis sensibilis,seu transmutabilis.2.physi. tex.cō.16.1.cœli cō.1.3.cœli.cō. 5.6.meta.tex.cō.2.

Naturam agere propter finem est propositio maxima, & est maximum fundamentum in scientia naturali,& in scientia diuina, quia si naturalis non concesserit eam, tūc negat principium finale, & negat materiam eē propter formam. Et quo sequitur ipsum negare agens, & similiter si diuinus negauerit eā, non habet viam ad probandum q̄ hoc habet solicitudinem de rebus quæ fiunt hīc.2.phy.cō.75.Et aduerte q̄ rōnes illæ adductæ in.2. phy.ad probandum naturam agere propter finem, non sunt naturales,quia naturam agere propter finem est manifestum per se:& tales rōnes vsitantur cum aduersariis.s. negantibus principia naturalia, sicut notat Cōm.in eodē.2.phy.cō. 80.& tex.cō.84.& per consequens sunt dialecticæ,vel primæ philosophiæ,vt dicit Cō.ibid cō.84.nam propria per se nota nō possunt demonstrari,sed elēchicē possunt persuaderi.vt patet ex.4.primæ philosophiæ tex.cō.9.

Natura complet multa, quæ sunt p artem, & ars multa, quę sunt per naturam.2.phy.cō.77.& 79.

Naturalis magis debet considerare de causa finali, quàm de causa materiali.

teriali.2.phy.tex.cō.91.

Natura constantium nihil inordinatum.8.ph.tex.cō.15.

Natura est causa omnis ordinationis.ibidem.

Natura constantium partes etiam a natura sunt,non sic in his quæ arte,aut manu fiunt: domus enim per artem fit,lapides non fiunt.Them. in principio.2.phy.

Naturales res non sunt extra ordinē cōmen.15.

Naturalia videntur habere eūdem ordinem terminatū.s.currere eodē modo,aut semper,aut frequenter: illæ autem quorum principium est voluntas videntur diuersificari,& non sequi eundem modum agendi.ibidem.

Naturæ actiones necesse est, vt habeant continuationem & æternitatem,aut in agendo alterum contrariorum tantum, vt motus ignis sursum,aut in agendo duo contraria ad superius semper,& terræ ad infimum:aut in agendo duo contraria successiue, sicut de generatione & corruptione consequentibus motum solis,& aliis contrariis consequentibus istum motum.8.physicorum.commen.15.& elicitur ex ibidem.

Natura partis & totius est eadem.8. phys.com.15.

Naturalis in diffinitionibus vtetur materia,sed diffiniet per formam. Themistius in.2.physicorum.super tex.21.

Naturalium quædam sunt corpus, & magnitudo, vt corpora simplicia.quædam vero habent corpus, & magnitudinem,vt corpora mixta.& recipiunt animata,& quędam sine principia habentium corpus, & magnitudinē, vt materia & forma.1.cœl.cō.1.

Natura rerum omnium est trina.1. cęli.tex.cō.2.

Natura non patitur aliquid torpere,aut feriari,sua in singulis ingenia continentur, officia quæque & gestiones suas quęq; agnoscāt,agitantq;,& quasi pensa persoluunt. The.1.de aīa.tex.cō.13.& sumit ex.1.cęli.tex.cō.32.& ex.3.de aīa. tex.com.45.

Natura naturata ita fecit. v3.q̄ posuit numerū ternarium in rebus,& nos sequimur opus eius.1.Cęli commune.2.

Natura de cęlo & aliis corporibus æquiuoce.1.cœl.cō.5.vide pro hoc 2.phy.com.3.

Natura dicitur de forma abstracta, quæ est in cęlo,sicut dicitur de aliis formis corporum simplicium. Cōm.1.cęli.comm.5.vide in concordantiis.

Naturale in aliqua specie,necesse ē, vt sit prius accidente.1.cœli.com. 14.&.62.idem.4.physic.com.43. & 67.&.2.de anima.133.& 3.de anima.28.vide consimile de quiete.2.cœli.14.idem.17.&.tex.com. 83.&.18.idem.3.cœli.te.com.18. &.4.cęli.41.com.

Naturæ rerū dant eis,aut vt semper sint,aut semper non sint,aut vt aliquando sint,& aliquando nō sint. 1.cœli.com.138.

Natura constantia ex eisdem corrūpuntur ex quibus constant.1.cęli. tex.com.vlti.

Natura facit de possibilibus semper, quod melius est.2.cęli.text.com. 34.idem.8.phy.tex.com,56.& in 2.de partibus animalium.capitu. 14. Aduerte tamen pulchram

differen

differentiam quam notat Cõmẽ. in com. 34. 2. de cœlo, quia melius ex duobus possibilibus in animalibus, quæ sunt hic, est contingẽs, sed melius de duobus possibilibus in rebus æternis est necessarium, sic igitur licet naturam in omnibus efficiat de possibilibus quod meliꝰ est, non tamen est eadem tõ corruptibilium & æternorum: quia nõ sunt eiusdem tribus, vt dixit doctissimus Homerus in. 4. Iliados, & philosophus. 10. primæ philosophiæ. t. c. vlti.

Natura nihil, vt contingit operatur neq; de animalibus curasse, q̃ sunt hic, cœlestia autem quæ sic præcio sa sunt despexisse putandum est 2. cœli. tex. cõ. 50. Inde elicitur, q̃ natura de rebus nobilioribus magis sollicita est. consimile. 2. physi. contra antiquos. t. c. 46. & in. 1. de partib. anima. ca. 1.

Natura nihil ociosum operatur. 2. cœli. com. & tex. 50. & 1. cęli. text. commen. 32.

Naturalis & astrologus conueniũt in qõnibus de ordine & situ, & qualitate motuum, sed in maiori parte astrologus dat quia, & naturalis propter quid. 2. cœli. com. 57. vide etiam. 1. meta. cõ. 19. & 12. meta. commen. 44.

Naturalis & astrologus eandem qõnem absoluere possunt a priori & per causam, sed modus causarum est diuersus, quia astrologus demõstrat per causas abstractas fm rationem a materia, sed naturalis per causas, quæ sunt conceptę cum materia. 2. cęli. com. 57. idem. 2. phy. tex. com. 18. & 19.

Natura nihil irrationabiliter, neq; frustra facit. 2. cęli. tex. cõmen. 59. & 1. cœli. 32.

Natura adequat & facit ordinem. 2. cœli tex. com. 69. Inde tangit Cõmen. in prologo physicę auscultationis. & Græci expositores ostendentes naturam iustitiæ esse in entibus, quæ est iustitia distributiua, quæ attenditur secundũ geometricam proportionem, tribuens vnicuiq; fm eius dignitatem. Quod & antiquissimus Hippoc. etiam asseruerauit, inquiens naturam animalium esse iustam, peritam, præuisiuã, vt allegat Gal. in. 5. de vtilitate parti. cap. 9.

Naturales ponunt naturã esse, & naturalia quasi hoc sit notum per se. 2 cœli. com. 83. idem. 2. ph. cõ. 3. & tex. cõ. 6, & 1. cęli. commen. 5. & 8. physicor. 23.

Naturalis sicut ponit q̃ corpora naturalia habent motum naturalem sic ponit q̃ corpora naturalia debẽt habere quietem naturalem in corporibus, quę apta nata sunt moueri & quiescere. 2. cœli. cõ. 84. & 1. physi com. 11.

Naturalis & geometer cõicant in rebus magnitudinibus, sed diuersis modis, quia naturalis considerat, vt sunt in materia: Geometer vero vt sunt separata a materia. 3. cœli. com. 6. & 1. cęli. commen. 1. & 2. physico. 18. & 19.

Naturalibus magnitudinibus inepta conuenientia contingentia in maiori parte non contingunt mathematicis, & ratio est, quia considerat de illis, vt sunt vltima materiæ, sed mathematicus, vt sunt abstracta. 3. cœli tex. com. 6.

Natura semper desiderat quod melius est. ex. 2. de generatione & corruptio. tex. cõ. 59.

Naturalissimum opus viuentium est, quæcunq; perfecta, & non orbata, aut generationem spontaneã habeat facere, tale alterũ quale ipsum. 2. de ani. tex. cõ. 34.

Natura constantium oĩum termineti est, & ratio magnitudinis & augmenti supra. t. c. 41.

Natura nihil frustra facit, neq; deficit necessariis, nisi in orbatis, & imperfectis. 3. de ani. tex. cõ. 45. & 1. cęli. t. c. 32. & 2. cęli. 50. & 59.

Natura entia quælibet habent ascensum, & descensum in suo esse. 3. de ani. com. 45.

Natura quæ sursum semper principalior est. 3. de ani. t. c. 57.

Natura dæmonia est nõ diuina. Ariosto. in libro de diuinatione secundum quietem.

Naturalia omnia, aut sunt propter aliquid, aut sunt accidentia necessaria consequentia materiã. 3 de ani. tex. com. 69. idem. 2. physico. text. commen. 88.

Natura specialis nullum habet esse, nisi in intellectu. 1. Metaph. cõ. 26. idem. 1. de ani. cõm. 8. & 3. de ani. cõ. 18. 12. Meta. cõ. 4.

Media natura est media inter abstractam, & materiale: hæc. n. duo cõtraria æternum, & corruptibile manifestum est, quòd sunt immediata. 1. Metaph. cõ. 39. idem. 1. physi. com. vlti. & 3. de anima in solutione tertiæ quęstionis cõ. 5. & 12. Metaph. cõ. 25.

Natura est principium quoddam, & causa gens & motus, eius in quo ens primo, per se, & non secundum accidens. 2. physi. tex. cõ. 3. Notanter dicitur esse principium: quia non omnem causam efficientem, quia principium proprie sumitur pro causa agente & mouente. vnde Simpl. & omnes græci expositores asseruerunt principium positum in diffinitione naturæ stare pro causa efficiente: dicitur autem quoddã, quia ẽt intellectus practicus ẽ de principiis efficientibus: non enim omnia quæ fiunt a natura fiunt: fiunt etiã nonnulla ab aliis causis, sicut est intellectus & casus. dicitur autem, & causa, quia natura non solum dicitur de forma cuius est agere & mouere, verumetiam de materia, cuius est pati & moueri. 2. de generat. & corrup. tex. cõ. 53. & quia sicut dicit Cõm in. 2. phy. cõ. 1. aliqua corpora nãlia respectu alicuius motus habẽt principium actiuum tantũ, vt elementa in motu locali: nõ. n. habent principium passiuum maxime dum mouentur de potentia accidentali, quia non habent resistentiam intrinsecam: non. n. diuiduntur in partem per se mouentẽ & in partem per se motam, sicut animalia cum sint solum composita ex prima materia & forma: & mã non potest esse subiectum motus. 5. physico. tex. cõ. 8. & ista est sententia eius. 4. phy. cõ. 71. vbi habẽt q̃ elementa in vacuo non possunt moueri. & in. 8. physic. cõ. 30. & 3. cęli cõ. 28. & alibi frequẽter in motu autem alterationis habent principium passiuum, & non actiuum: & ideo principium in descriptione naturæ sumit̃ æquiuoce pro principio actiuo & passiuo. i. analogice, sicut dicit, quia in descriptionib. nõ potest aliquis facere plꝰ isto, & iõ causa, cum distinguatur a principio secundũ tõnem stat pro materia. Aut aliter dici põt, q̃ principium dr̃ proprie, & causa proprie,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sicut principium stat pro causa efficiente,& secundum Cõm. etiã pro materia possumus sumere causam pro causa finali : quia finis est causa causarum:& tunc posset subtiliter dici ꝙ cum motus positus in diffinitione naturæ sit motus large sumptus qui diffinitur ī. 3. physi.vnde Arist.in principio. 3. physi co.ostendens rationem ordinis dicit,ꝙ quia in diffinitione naturæ ponitur motus. ideo oportet diffinire motum quid sit,& patet quòd motus ibi se extendit ad generationem substantialem: & tunc potest dici ꝙ natura est principium effectiuum aut materiale, vt vult Cõmen. in aliis motibus proprie dictis:in motu vero generationis ꝙ rectius dicitur mutatio natura est causa ſ. finalis. vnde Aristote.in.2. physi. tex.com.14. dicit generationem eẽ,aut dici naturam : quia est via in naturam : denominationes enim in naturalibus fiunt a termino ad quẽ,& a fine.iuxta illud philosophi in.2.de anima. text. com. 49.a fine vnumquodq; denomina re iustum est. Aut aliter etiam dici posset,& est alia ratio,quia sine dubio diffinitio ista dicitur analogicè de superioribus & inferioribus,& de principio passiuo & actiuo:sicr de diuersis motibus non dicitur secundum vnã rationẽ vniuocam:& similiter neq; fm vnam & eandem rõnem potest esse respectu motus & quietis. vnde in habẽtibus motum & quietem est causa vtriusq;, & in habentibus motum tantum natura dicitur esse ,ppriũ motus,& in habentibus quietẽ tm, dr esse cã quietis, nam si quies sumatur,vt est motus priuatio. sicut dicit Cõm.in sua media expositione super.2.phy.& 9.Met.com.13. ita exponit Com.in.2.Meta.com. vltim ꝙ natura dr esse principium quietis in rebus, quæ qñq; transmutãtur, qñq; non:ita etiam dicit Cõm.in 2.cœli & mundi in com. 84.vbi dicit ꝙ, sicut naturalis ponit naturam esse principium motus naturalis:ita ponit ꝙ sit principium quietis in his quæ nata sunt moueri. & quiescere proprie non dicitur habere causam, aut principium, aut virtutem agentem,sicut scribit Com.in vlti cap. de substã. orbis ꝙ quies est priuatio, & non est potentia.vnde d. Aristot.quòd cum stellæ careant causis motus, quas habent corpora cœlestia, de necessitate habent quietem infinitam,quæ est priuatio motus: & similiter dicit ꝙ terra debet habere quietem infinitam, quæ est priuatio motus:quia caret agente motã in ea infinitum. vnde dicit ꝙ quies non est per virtutem,sed per priationem virtutis. vnde.2.cœli. com men.102. medium non est causa quietis terræ sed grauitas eius.& medium est causa,non est inquantum est medium , sed inquantum est medium corporis, quod citerius mouetur, & si est causa, est remota:& melius est dicere ꝙ ista causa seruans quietem,quàm causa agens:& ideo ly principium ponitur in diffinitione naturæ respiciens motũ,& causa respicit a proprietate quietem. aut pp aliam rationẽ: nã corpora nãlia,quæ nãliter mouentur,& nãliter quiescunt,mouentur vt quiescant vnde quies in talibus est magis nãlis quã motꝰ, quia pp qđ vnũquodq; tale & illud magis

vnde elementa dum mouentur ad sua loca de potentia accidentali, dicuntur moueri de potentia violenta,quia illa potentia accidẽtalis nõ inuenitur in eis, nisi passa fuerint violentiam : vt dicit Com.3.cœli. com.18.&.8.physic.com.32. nam elementum in sua naturali dispositione debet esse in suo loco, & quã do est in suo loco,tunc quiescit. & ideo si est extra suum locum naturale est sibi moueri ad suum locũ: & hoc est quia elemento vis illata fuit vt esset extra suum locum . & ideo Cõment.4. cœli & mundi. in com.26.& 31.dicit ꝙ diffinitiones grauis & leuis datæ per quietẽ, ma gis demonstrant dispositiones naturales & naturam eorum, quàm diffinitiones datæ per motum.tũc agitur principium respicit motum & causa quæ dicit finẽ respicit quietem:impossibile enim est, vt dicit Porphirius, Auicen & Auer.istam diffinitionem intelligere nisi diuisim,omnia enim ista contingunt, quia non est vera diffinitio, nec vt dicta sed descriptio,vt inqt Albertus,est maioris manifestatio quàm sit nomẽ. Ex quo patet principium nõ ponitur propter priationem, vt dicit Albertꝰ qui voluit formæ inchoationem esse in materia,& illa cum sit principium, sed non est talis aptitudo & forma in actu:oẽ autẽ quod agit,agit fm quod est in actu:& per consequens nõ est principium alicuius motus tanquam priatio:sed ponitur principiũ, vel pro causa efficiente tantum,vt dicit Alexan. & Them. qui dixerunt ꝙ elementa nullius motus habent in se principium, nisi motus localis:plantæ vero omnium motuum habent in se principium excepto locali. animalia vero oĩum motuum absolute.vel sumitur fm Cõm.pro principio actiuo & passiuo.sed Cõm.non ponderauit: deinde qũo sumat causa, & oportet supplere sicut diximus.& sicr teneo ꝙ diffinitio naturæ competit cęlo, & inferioribus analogicè : fm enim naturam prius competit cœlo, sed fm famositatem prius cõpetit istis quę sunt hic.distinctio habetur ex Auer.2.Meta.com. vlti. & ideo vt dicit Porphirius, Auic.& Com. debet intelligi ista descriptio diui sim vnde ly,et,debet sumi pro aut : in cœlo enim natura est principium ciens sempiternum motum, in terra sempiternam quietem , in cæteris motum & quietem. ista est etiã sententia Cõm. in.9.Meta.cõ. 13.

Alii autem , vt Simplicius exponunt etiam in cęlo esse quietem respectu centri,polorum,& axis, & ẽt quia cœlum quiescit fm totũ, quia non mutat locum fm se totum, saltem fm subiectum : & terra etiam mouet,quia si poneretur extra suũ locum moueretur, aut quia mouetur motu alterationis, mouetur ẽt fm partes: potest etiam dici in cœlo esse quietem respectu partium: quia stellæ , quæ sunt nobiliores partes orbis,non mouentur per se, vt demonstratum est in .2. cęli & mundi , prima tamen via magis placet. Similiter dico, quòd cum motus analogicè dicatur de locali,& aliis motibus natura, principaliori modo dicitur esse principiũ motus localis, & secundario aliorum motuum . Motus enim loca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis, vt demonstrat philosophus in 8. physicor. tex. commento. 55. vsque ad 60. est prior aliis motibus natura, tempore, & perfectione. cuius argumento est, ꝙ Aristo. in. 1. cęli & mundi, volens probare omne corpus physicum fm naturam esse mobile fm locū, probat illud ex diffinitione naturę, quę est principium motus, quod non procederet, nisi motus principaliter in diffinitione naturæ supponeret pro motu locali. & confirmatur: nam tenendo diffinitionem illam esse communem analogicè superioribus, & inferioribus, oportet partes quaslibet in illa diffinitione eē cōmunes vtrisq;, aut saltem principaliores, sicut est motus. sed in nullo motu communicant cœlestia cum inferioribus, nisi in motu locali. vt demonstratum est in. 1. cęli & mūdi. & in lib. de substant. orbis. quia motus localis apparet principaliter in naturæ diffinitione, & alij motus consecutiuè: impossibile. n. est intelligere aliter. dicitur autem eius in quo est primo, vt dicit lucidissimus Themist. quia principiū motus in scanno est, sed nō primo, sed primo est in ligno. dicitur autem per se, quia licet nauta in naui sit primo, nam in nullo priori potest nauta esse quàm in naui, non tñ est nauta per se de intellectu nauis, neq; nauis de intellectu nautæ: talia enim sunt prædicata, quæ per se alterum de altero dicuntur, vel quando prædicata sunt accepta in ratione subiectorum, & sunt causæ eorum. aut econtra, sicut sunt prædicata per se primi modi, & secundi modi, & ideo ponitur ly per se, per non fm accīs ponit ad dr̄iam medici, qui licet primo, & per se habeat artem medicinæ, per quā est formaliter medic⁹, & curatiuus aliorum: tñ per accidens agit in seipsum inquantum medicus: hoc. n. declaratur ab Aristo. in litera. Cōmen. autem aliter exponit, sed melius placet expositio ista græcorū.

Qui autem ad euitandam negationem ordinant præpositiones modo: vt ly non fm accidens præponatur ad ly per se, & ly per se ad primum nihil est, quia. 7. primæ philosophiæ tex. com. 43. siue superpræponatur siue inferius, non propter hoc euitatur negatio. Et ideo oportet dicere, istas tres particulas referri ad diuersa, & ꝙ non habet istum ordinem, vt vnum sit contrahens & aliud contractum, sicut est in veris diffinitionibus in quibus totum refertur ad vnam intentionem. hoc enim est in vniuocis, sed in analogis & ambiguis oportet ad diuersa comparare, sicut diximus: ęquiuocatio. n. decepit istos.

Quod autem d. Boeti. naturam hic diffinitam, & Albertus cum eo, non cōuenire superioribus. sed solum corporibus, quæ sunt hic: quia motus cœli non est a natura, sed a voluntate, & a principio separato, rum etiam, quia natura non mouet motum infinitum. nec nā motum corpus in suo loco cuiusmodi sunt in cœlo, quia infinitus est, & semper circa eundem locū mouetur. Dicimus cū supportatione hoc falsum esse. nā Arist. in. 1. cęli verus turus cęli subam quid sit, & qualis sit naturæ, sumit illā ꝓpōné ꝙ maximo fundamēto, vt dicunt oēs expositores, ꝙ oē corpus physicū est mobile fm locum: vt patet in text. cō. 5. & probat illud ex naturæ diffinitione. frustra autem hoc fecisset si naturæ diffinitio superioribꝰ nō competit. & quod dicitur, ꝙ natura non mouet infinitum motum, neq; in suo loco. Respondet Com. men. in disputa. 13. in solu. 4. dub. ꝙ est verum de natura inferiorū. & ideo dicit ꝙ motus cœli non est naturalis, sicut motus elementorū: & ita etiam dicit in. 2. cœli. com. 3. patet autem non obstante, ꝙ motus cœli sit voluntarius potest etiā esse naturalis: & ex parte orbis, qui concurrit, vt materia, seu melius, vt subiectum, & ex parte formæ, q̄ est intelligentia separata, sicut declarauit Cōmē. in. 1. cœli. com. 5. & 2. cęli. com. 3. ex parte quidem orbis, quia cum sit corpus simplex & cuiuslibet corporis simplicis sit aliquis motus fm naturā simplex, sicut motus naturalis leuis est sursum, & motus grauis deorsum. sic motus orbis cum sit neutrum, neque graue, neq; leue habet potentiam naturalem, vt moueatur motu naturali circulari ab intelligentia causante in eo illum motum, & potest dici naturalis ex parte formæ, quia ex quo intelligentia licet sit principium separatum, non dependens in esse ab arte, nec constituū in esse per ipsum: quia tamen est appropriatum principium in mouendo ipsum, sicut forma est appropriata materiæ: sic dicitur anima eius inquantum influit sibi motum, vt dicit Cōmē. in. 2. cœli. cō. 3. & dicitur esse in eo, quia intelligentia ibi est vbi operatur, & illo modo dicitur esse coniuncta sibi. & sic cœlum vt est quodāmodo animatū isto modo, dē esse notū ex se. & ista est sententia Cō. in. 3. cap. de substant. orbis. vnde etiam dici potest motus cęli esse naturalis ex parte animæ, & ex parte corporis. vt habet ipse in. 8. physico. comm. 27. vbi dicit, quod motus corporis cęlestis est simpliciter naturalis tā ex parte animæ, quàm ex parte corporis, non quòd velit Com. intelligentiam vere esse natūrā, immo est supra animam, & anima supra naturam, sed per viam similitudinis & proportionis. quia sicut forma materialis habet causare motum in subiecto proprio, sic proportionabiliter intelligentia in orbe, & motus naturalis in cœlo, non est aliusa voluntario. vt dicit Com mē. 2. cœli. cō. 3. & fuit dictum Alexan. Quod aūt dixit Albertus & Egidius Roma. ly primū positum in diffinitione naturæ sumi pro ꝓximo, ad excludendū vegetabilem & sensitiuam, quæ mouēt per qualitates tanquā per instrumenta, & organa, hoc quidem stare non potest, quia tunc fm istam rationem animalia, & plantę non dicerentur esse a natura. cuius oppositum dicit philosophus in text. nec anima aliquo mō posset participare istā rōnē naturæ, quod est contra expositores grecos. Amplius, sequeretur elementa in motu locali non habere conterere per formā tanquā per principū actiuū ꝙ est natura, quia motus localis licet causetur principaliter a forma substantiali, causatur tñ mediāte grauitate, aut leuitate accidentali. d. n. Cōm. 1. cœli com. 17. ꝙ grauitas & leuitas significant habitus & formas, quæ sunt principia mouentia principaliter, & significant ēt qualitates. vñ

sicut agens naturale nõ agit per essentiam in motu alterationis tanquam per principium proximum agendi; sic in motu locali. Arist. n. in lib. de sensu dixit, ꝙ ignis non agit inquantum ignis, sed inquantum calidus: silr cũ natura sit principium etiam alterationis & augumenti, vt d. Cõm. in plantis & animalibus, & in talibus concurrunt qualitates, vt concausæ, & vt instrumenta. non essent igitur isti motꝰ naturales, cuius oppositum habet in tex. & a Them. & ab Auer. in cõ. 1. Et ideo melius est exponere, vt græci, aut vt Cõmẽ. Et ꝙ quidam reprehendere voluerunt istam naturæ diffinitionem: quia natura videtur esse aliquid absolutũ, & ista datur per respectum nihil est, quia licet natura fm rem nõ sit nisi materia, & forma, quæ sunt substantiæ quædam, & entia quædam absoluta: tamen vt nãli considerãtur in respectu consistunt. vt patet. 2. physico. 26. & ideo considerantur vt sunt principia motus, quorum vnum est actiuum, & aliud passiuum: sub rõnibus aũt absolutis, & transcendentibus a diuino considerantur. sed suus intellectus perfectus in relatione, seu respectu consistit, vt a naturali considerantur. & quia nomen naturæ. d. respectũ principii, ideo in descriptione naturæ ponitur principium loco generis. nec obstat ꝙ si principiũ sumitur pro causa efficiente ꝙ cum efficiens, & finis sint extrinseca igitur non differunt esse in eo in quo sunt, quia licet causa efficiens sit extrinseca a suo effectu: tamen potest esse intrinseca in ratione qua ẽ forma, quæ ẽ pars essentialis nãti: forma enim est intrinseca elemento, tamen est principium efficiens motum qui est effectus distinctus a motore: motor enim est de causis extrinsecis motus. 5. physic. commento. 3.

Natura quælibet forsan materiam habet. 2. Meta. tex. comm. vlti. vbi animaduerte, ꝙ vt scribit Auer. in com. ideo dixit forsan, seu ferè propter intellectum: intellectus enim qui est postrema perfectio hominis est abstractus a mã. consimiliter modum loquendi habet philosophus in. 6. primæ philosophiæ. tex. cõmẽ. 1. vbi dicit, physica theorica quędam est, sed theorica circa tale ens quod est poſe moueri, & circa substam, quæ fm rõnẽ, vt fm magis non separabilem solum. vbi etiam Auer. ponderans ly fm magis inquit & dixit in maiori parte ꝓpinquiora, & magis cognoscibilia nobis, ꝓpinquiora, & magis nota sunt nobis, ꝓpinquiora, & magis operationes eorum, & proprietates istorum innotescunt nobis, quam illorum. & ideo Cõm. dixit ꝙ ista secundũ famositatem sunt magis naturalia.

Natura est vltr principium transmutationis in rebus transmutabilibꝰ per se, & est principiũ priuationis transmutationis in rebꝰ, quę qñq; transmutantur, & qñq; nõ. illa aũt quæ semper remanent eodẽ modo nõ dorũ transmutationis. s. in motu locali, equiuoce dr̃ de eis nã & de istis. Com. 2. Meta. cõ. vlti. Vbi dicit secundum antiquos peripateticos de vtrisq;, scilicet corporibus generabilibus, & etiam de æternis. quicquid senserit in hoc Boetius, & Albertus. & dicitur secundum prius, & posterius, vt scribit Commen. 2. physico. comm. 3. tamen animaduerte ꝙ ista comparatio potest fieri duobus modis, vt scilicet simpliciter, vel quo ad nos, seu fm famositatem, & tunc si comparatio fiat simpliciter, & quo ad naturam dico, quòd natura per prius dicitur de cœlestibus: est enim regula, ꝙ quando aliquod nomen dicit de duobus, quorum alterum est cã alterius simpliciter, & per prius dr̃ de eã, & ꝙ posterius fm quid dr̃ de causato. sicut est videre in. 8. physi. in. 8. vt obiq; in cõ. 7. cum igitur corpora cęlestia sint causæ generabilium & corruptibilium. vt. d. philosophus in prin. lib. Metheor. sic natura per prius inuenitur, & eius ratio ibi, quàm in corruptibilibus. sed fm famositatem, & quo ad nostram cognitionem secus est, quia ista sunt nobis ꝓpinquiora, & magis nota, quàm illorum. & ideo Cõm. dixit ꝙ ista secundũ famositatem sunt magis naturalia.

Natura est vltr principium transmutationis in rebus transmutabilibꝰ per se, & est principiũ priuationis transmutationis in rebꝰ, quę qñq; transmutantur, & qñq; nõ. illa aũt quæ semper remanent eodẽ modo nõ dorũ transmutationis. s. in motu locali, equiuoce dr̃ de eis nã & de istis. Com. 2. Meta. cõ. vlti. Vbi dicit. Pro declaratione potest inde colligere qualiter diffinitio naturæ fm Cõm. non potest vniformiter intelligi nec copulatiuè, sed diuisiuè. & fuit etiã sententia Porphirii, & Themi. in paraphrasi super principio. 2. physi. vbi dicit, cęleste & diuinum corpus ex principio, in quo natura est principiũ eternum motum, non eternam causã, aut principium quietis. eandem sententiam, vide ab Auer. in sua media expositione, super libro. 2. physi. & in. 2. cœli. in com. 84. & in. 9. Meta. com. 13. de hoc tamen supradixi contra Albertum, & Boetium diffuse.

Naturaliter inuentum in aliquo nõ inuenit in quodam eius, & in quodam non, nisi hoc sit verbis tantũ, non ratione. 4. Metaphy. com. 27. idem. 2. cœli. com. 59. &. 1. poster. tex. com. 8.

Naturalis non diffinit sine materia, neque secundum materiam. ex. 2. physico. tex. com. 21. vbi Arist. dicit in tex. ꝙ cum natura dupliciter dicatur, sicut de symo, quid sit intẽdimus sic considerandum est: quare neq; fm mãm huiusmodi, neq; sine materia. Quem locum sanctus Thomas interpretans asserit duas fieri rationes. prima est, quia cum duplex sit natura materia, & forma, & scientia naturalis sit de natura, igitur de vtraq; nã cõsiderat. 2ª scientia nãlis ita se hẽt circa nãlem, sicut est de symo. sed volentes scire quid sit symum in diffinitione symi ponũt mãm, quæ est nasus, & concauitatem, quæ est forma: sic etiam nãlis in cognitione nãlium, vtrunq; cognoscit mãm & formam, & ideo cognitio nãlis non est sine mã, neq; fm mãm tm̃ quia oportet etiã cognoscere formam. Themist. autem, Simplic. & Auer. volunt solum vnam ibi fieri rationem, sicut prætendit series, & contextus verborum, quod etiam euidentius apparet in græco idiomate, & Simplicius multum subtiliter introducit intentionem philosophi ibi, quia enim in textu. 20. immediate præcedente di-

Annotatio pulchra.

Nomina aliqua de quibus Arist. distinguit significata eorũ in 5. meta. sunt ꝓpinqua synonimis, & cõmunibus ap ꝓpriatis. 5. meta. cõ. 4. quid per noĩa synonima Cõmẽ. intelligat clarum est. Nam sunt diuersa noĩa eãdem tñ intentionem significantia, sicut vestis, tunica, & indumentũ, & de talibus Cõmen. locutus est in 1. phy. cõm. 1. & 1. cæli. com. 1. dicẽs ꝙ nomina synonima nõ vsitant in doctrina demõstratiua. & 4. phy. com. 129. dicit. displicet expositorib⁹ ipsum vti nominibus synonimis: vnde in similibus dicit ꝙ ista noĩa elementũ, principium, & causa, dum cõiter sumũtur sunt noĩa synonima, sed dum sumuntur ꝓprie distinguunt: & hoc voluit significare cũ dicit hic in prędicta authoritate, ꝙ sunt propinqua noĩbus cõibus appropriatis: appellat enim nomẽ cõe quod de multis intentionibus dici põt: sed q̃n appropriate sumit, tunc sumitur ꝓ vna intẽtione tñ: nam licet elemẽtũ cõiter potest de omni causa dici, proprie tñ de causa materiali: & principium communiter licet de omnibus etiam causis dici potest, appropriate tamen dicitur de causa mouẽte, & agẽte, & causa appropriate dicit de fine, licet cõmuniter dicatur de omni cã, sic igit intelligis quę nomina sunt propinqua synonimis, & communibus appropriatis.

Noĩa denominatiua primo significãt accns, secundario subm, cõtra Auicẽ. Cõmenta. 5. meta. com. 14.

Noĩa q̃ dñr de affirmatione & negatione, dñr pure equiuoce, & vlt de oppositis 7. meta. com. 15.

Nomen non imponitur rei, quam homo ignorat. 7. meta. tex. com. 14. idem. 4. met. tex. com. 10.

Nomen vtrum significat cõpositũ, an formam, quæritur ista quæstio a Philosopho in. 8. metaph. in tex. 6 septimi. Et notat ibi Cõmentator, ꝙ ista qõ procedit in nominibus significantibus essentiã, i. substãtias rerum, & non in accidentali: quod ideo dixit quia, vt ipse tenet contra Auic. 5. meta. com. 14. noĩa denominatiua primo significant formam, & secundario subiectum.

Nomen significãs essentiam primo significat formã, & secundario cõpositũ ex materia, & forma. 8. meta. tex. com. 7.

Nomen nõ significat rem nisi fm, q̃ est in actu. 8. metaph. cõ. 7. & est authoritas Philosophi in. 9. primę philosophiæ in tex. com. 7. & in 2. phy. tex. com. 11.

Nominum propriorũ inopia cogit nos q̃q; metaphoricis vti. Them. libro de memoria. cap. 11. idem Alexãder in paraphrasi de anima. 10. cap. de phantasia.

Nominũ oportet si disputatio futura est vnumquodq; esse notũ, non facto autẽ hoc cõicatio sermonis fieri non poterit, oportet igitur nominũ vnumquodq; esse notum, & significare aliquid & nõ multa, sed non aũt vnum, si autẽ plura significet manifestum facere ad quod refert nomen eorum. 11. primæ philosophiæ. cap. 3.

Nominũ inopia facit nos declinare a principali ad cõitates. Auicen. 5. meta. cap. idem Cõm. 7. metaphy. com. 41. & 8. meta. com. 5. contra Alexandrum.

Nomina analoga dicuntur mõ cõtinẽtiæ rerum attributarũ ad vnũ, & taliũ proprietas est, ꝙ ascendant ad primũ illius generis, qđ est causa aliorũ prima appellatorum illo noĩe, & ideo talia nõ cõicant ī vna natura cõi, & probatio huius est, quia istorũ quoddã est causa cęterorum, & cã præcedit causatum, & impossẽ est, vt natura causæ, & cãti sit vna, & eadem in genere, nisi in particularibus causis: & ideo hæc species cõicationis opposita est cõmunicationi gñali. ex lib destruc. disput. 7. in solu. vltimi dubij.

Nomen fuit impositũ formis quiescentibus, & verbũ formis mobilibus. Cõm. 5. phy. com. 9.

Nomen famosius videtur significare aggregatũ ex materia & forma, licet quãdoq; dicatur de forma, & est id cui verius applicatur nomẽ: sed si fiat cõparatio inter has duas significationes, tũc significatio de composito est prior tempore, & posterior fm esse: & eius significatio de forma est posterior tpe, & prior fm esse, quia nõ est moris plebis diffinguere inter indiuidua substantiæ tali differentia. ex paraphrasi meta. tract. 2. vide idem in. 8. met. cõ. 7. & in 2. de aĩa. com. 8.

Non inuenitur corpus simplex qđ alteretur ex se, aut quod gñetur ex se: sicut inuenitur corpus simplex quod trãsferẽ in loco ex se. 2. phys. com. 1. 4. phy. com. 71. 8. phys. 20. & 60. & 2. de aĩa. com. 50. & 115.

Nõ dubitamus, ꝙ corpora simplicia mouentẽ ex se. 2. phy. cõ. 3. & 1. & 4. phy. 71. 3. cęli. 28. 4. 12. 24. & 25.

Non debet aliquis dicere, ꝙ diffinitio naturæ sit cõclusio demonstrationis. 2. phy. com. 3. & com. 6.

Non

Non oīs homo est aptus, vt sit medicus. 2. phy. com. 3.

Non quodlibet gñatur ex quolibet. 1. phy. tex. cō. 43. & 2. phy. tex. cō. 45. & 8. phy. 46. & 2. meta. cō. 15.

Nō omne quod est à natura est pp aliquid. 2. phy. cō. 77. vide pro intellectione huius Them. in. 2. phy. in expositione tex. 5 vbi dicit, q̄ a natura etiā esse dicuntur priuationes & peccata naturæ, licet talia fm nām non sint. & ita dicit Simplic. in eodem loco.

Non ens non transmutatur. 3. phy. tex. com. 12. & primo physic. com. 71. & tex. com. 75. & 77.

Non omne de quo dicitur hoc nomen vnū dicitur de eo fm q̄ quidditas sit eadē, vt vnū dicitur de tunica, & veste. 3. phy. tex. com. 21. facit pro ponentibus cum identitate reali stare distinctionem formalē.

Non entis nulla est dīa. 4 physī. 67.

Non omne ens est ī loco, sed mobile corpus. 4. phy. tex. com. 47.

Non esse in actu quod est esse in potentia est proprium primæ materiæ. 5. phy. com. 7. & 1. physī. 70. & 12. mmetaph. com. 11.

Nō ens dicitur tribus modis. 5. phy. tex. com. 8.

Nō quodlibet agit in quodlibet, nec quodlibet patit à quolibet: sed determinatum à determinato, & sic non quodlibet fit ex quolibet, sed determinatū à determinato. 1. phy sico. tex. cō. 43. inqt Simplic. q̄ iste sunt dignitates cōes omnibus generationibus, & naturalibus, & artificialibus, & idē confirmat Comment. ibidem commen. 46. Auer, autem addit, q̄ iste dignitates sunt vere vniuersalī, in omni generatione, quarum actio, & passio est quasi genus, quod ideo credo addit tum fuisse, quia intentio Arist. ibi est probare, q̄ omnia quæcunque fiunt, fiunt ex primis contrarijs, quia ista erat vna ex tribus conditionibus principiorum, quæ non erat p se nota de primis contrarijs, vt dicit Comment. Et ideo Arist. alius exorditur ad declarandum illam ponens istas dignitates, q̄ non quilibet agit in quodlibet, sed contrarium in suū cōtrarium, nec quodlibet patitur à quolibet, sed contrarium patitur à suo contrario. Et ideo scire debes, q̄ est differētia inter motū & actionem. quia in plus est mouere, quàm agere. primo de generatione, & corruptione. tex. cō. men. 43. omne enim agens est mouens, sed non econtra. Nam actio & passio sunt merito contrarietatis, in talibus igitur generationibus quarum actio & passio é quasi genus. 1. quæ fiunt merito contrarietatis habent locum illę dignitates. Nam in motu non est verum vniuersaliter propter motum cęli, qui non est de contrario in contrariū, sed est ab eodem in idem, vt patet primo cęli. tex. com. 30. & propter motum æquiuocum repe. tum in abstractis, & in intellectu, vt patet 8. physī. com. 40. & sic cessat instantia Simplicij de anima, quę videtur pati dum illustratur à Deo cū non sit in ea contrarietas, soluit enim q̄ ipsa inquantum indigens videtur aliquam habere contrarietatem respectu Dei, qui est perfectus, & plenus omni perfectione, & sic ex non diuina fit diuina, sed melius est dicere cum Auer. q̄ hic non quæritur nisi principia generationis, & corruptionis in quibus est actio & passio,

passio, talia autem sunt in quibus est cōtrarietas, vnde alterationes & motus illi inuēti in abstractis sunt equoce dicti cū istis, qui inueniuntur in his quæ sunt corpora, aut virtutes in corporibus, sicut bene notauit Cōm. in. 8 phy. com. 4.

Non ens non dicitur quiescere, neq; transmutari, neq; esse contrarium 8. physī. com. 62. idem 5. phy. tex. com. 7 & 8. & 1. physī. 51. & 8. phy. commen. 4.

Deus iustū est increpare aliquem nō respecta causa. 2. cęli. tex. cō. 34.

Nō solū his dicere gratiā iustū est, quæ opinionibus aliquis compraticauerit, sed & his, qui adhuc in superficialius enūciauerūt, etenim aliquid conferit aliquid, nam habitum quidē nostrum præexercitati sunt in. 2. meta. tex. com. 2.

Deus similiter mentitue est, qui dicit quatuor esse quinque, & q̄ mil- le. 4. metaph. tex. com. 18.

Non entium quædā potentia sunt. 8. metaph. tex. com. 7.

Non ens dicitur tripliciter. 12. meta. tex. cō. 11. & 5. physī. tex. cō. 8.

Nō videte quędā melius est, q̄ videre. 11. meta. tex. com. 51.

Non singulis, & prima multotiens debiliter nota & parū, aut nihil en habet. 7. meta. tex. com. 10. vbi dicit Cōmen. q̄ illa quę sunt cognitionis ī respectu eorū quę sunt nobis per se, & euidentissima demōstrari non possunt. 2. physico. tex. com. 6. & ibidem com. 3. & 4. meta. physī. tex. cō men. 9. Themistius in. 1. de anima super tex. com. 4. inquit q̄ euidētissima, & quæ est nat, vt videbitur attollunt rapiuntq; etiā repugnantem animū ad accessionem, siue ascensionem.

Notū est per se, q̄ locus rei est aliud à re, & quod nihil sustētatur super se. 3. physī. com. 52.

Notum est per se, q̄ in minori tempore pertransitur pars, q̄ totum. 6. phy. com. 21.

Nota naturaliter & ignota naturaliter inueniuntur in quolibet gñe.

Nos sumus quodammodo finis omnium. 2. physico. tex. com. 24. Aduerte tamen, q̄ loquitur de manufactis, seu artificialibus.

Nos nō credimus scire aliquid nisi sciuerimus illud cū oībus suis causis primis, donec perueniamus ad suas cās propinquas. 2. phy. cō. 27. idem primo phy. com. 1.

Nouitas in rebus nō procedit à voluntate tantum, īmo etiam à natura, & ab euētu, vnde si innouatum solum à volūtate esset, sequeretur, q̄ volūtas assumeretur in diffōne eius, nūc aūt diffō innouati est illud quod fit post priuationem. Ex disput. 11. in sol. primi dubij.

Nouitates nō proueniunt nisi in corporibus, & ideo Philosophi cauent sibi attribuere nouitates prīæ causæ. Ex disp. 12. in solu. 3. dubij.

Nulla scientia speculatiua cōsiderat de ente p accidēs. Cōm. 2. physī. cō. 53. pōdera, quia dixit speculariua, vide in primo priorū. in. com. 18. in calce commenti.

Nullius diuisibilis finiti vnius ē terminus. 4. phy. tex. com. 91.

Nulla obliuio maior est, q̄ cum qs perscrutatur de causa alicuius rei, & dat causam destruentem intentionē illius rei. 3. cęli. com. 56.

Nullus potest per se inuenire artes operatiuas, aut consideratiuas in maioti

maiori parte, quia nō complentur nisi per iuuamētum prioris ad sequentem. 2. metaphy. com. 2. vide cōsimile in fine com. 36. 3. de aīa.

Nullus conabitur aliquid facere ad terminum nisi futurus venire. 2. meta. tex. com 8.

Nulla species inuenitur per accidēs 6. meta. tex. com. 4 idem. 8. physic. cō. 46. & 7. meta. com. 22.

Nulla est substātia abstracta q̄ non moueat, quia tunc inueniretur in dispositione diminuta. 12. meta. commen. 48.

Numerus quilibet est numerabilis, & omne numeratum in potentia cum fuerit in actu possibile est, vt sit numeratum in actu. 3. physico. tex. com. 41.

Numerus causatur ex diuisione continui. 3. physi. tex. com 68. Et nota q̄ intelligitur de numero sensibili, quia continuum est diuisibile in infinitum, & per consequens talis numerus causatur ex vnitatibus q̄ sunt res diuisibiles.

Numerus crescit in infinitum, & est vnum de fundamentis, quæ ponit arithmeticus. 3. phy. com. 56.

Numerus augeť in infinitū propter materiā, & non diminuitur in infinitum, quia diminutio inducit ad formam vnitatis quæ est indiuisibilis. 3. phy. tex. com. 68.

Numerus est coaceruus vnitatū cōpositus ex indiuisibilibus 3. physi. tex. com. 68.

Numerati respectus ad numerum ē sicut contenti ad cōtinens. 4. phy. commen. 115.

In numero esse cōtingit dupliciter, vel sicut partes, & accidentia, vel sicut numeratum ibidem.

Numerus fm Platonem, neq; diminuitur in infinitum, neq; augetur in infinitum, quia vsq; ad decem Plato facit numerum. 3. physi. tex. commen. 61.

Numerus quilibet numerabilis est 3. phy. tex. cō. 41. vbi aduerte, q̄ vt ingt Them. illa ꝓpositio ē vera, tā de numero, q̄ de numero mathematico, rationes enim ille sunt cōmunes, vt asserit.

Numerus est augumētabilis in infinitū non diuisibilis, ecōtrario aūt in magnitudinibus. 3. phy. tex. cō. 68. vide quō intelligatur. 3. physi. com. 60. & 3. cęli. com. 6. idem. 4. metaph. com. 27.

Numerus nō habet infinitatem in actu, sed permixtam potētiæ, sicut est in motu, & tempore. 3. phy. tex. com. 68. vide etiam in simili. 9. metaph. com. 11.

Numerus non differt in specie per res numeratas tanq̄ per differentias substātiales. 4 phy. tex. cō. 134

Numerus non multiplicatur ad numerationem rerum numeratarū. 4 phy. com. 132.

Numerus duplex numeratus & numerabilis. 4 phy. tex. com. 131. Vbi aduerte, q̄ litera translationis Arabicæ est deprauata ibi, & nō sā cōiter inueniebatur, sed sic iacet in tera græca, & ita exponit Themi. & Simplic. differt. n. numerus numeratus ā numero numerabili, vt dicunt, quia vnus dicit actum, & alius aptitudinē, & numerus numerātus refertur ad numerantem, numerus vero numerabilis refert ad numeratiuum, vel ad id quod potest numerare.

Numerus ē notior naturaliter apud nos, & ignotum nāliter apud nos est numeratum. 4 phys. com. 132.

Numerus numerat numeratum essentialiter, sed per accidens numerātū. tex. cō. 112. 4. physi.

Numerus diuiditur per vnitatē, sed non continuatur per vnitatem. 4. physi. 105.

Numerus excedit omne quod est in eo duobus extremis. 4. phys. tex. commen. 117.

Numeri esse in anima non est omnibus modis ee in anima, quia tūc esset ens fictum, vt chimera, & hyrcocervus, sed esse eius extra aīam ē in potentia. s. propter subiectū proprium, & esse eius in anima est in actu. Ex quo colligitur, q̄ entia quibus aliquid non correspondet extra animam sunt figmenta. 4. phys. com. 134.

Numerus simpliciter nō multiplicat, sicut multiplicatē numerus nō simpliciter dictus. 4. phy cō. 134. Numerare, & mensurare, vt inquit Boetius nostra ē functio nostrū est opus, nulla. n. mēsura à natura cōstituta, Themist. 4. physic. com. 132. in digressione. Et elicitur ex Themistia Aristt. in tex. dicētis, si nō esset anima numerus non esset.

Ternario ternario tenemur magnificare creatorem in orationibus, & laudibus, q̄a omnia ista non fiunt nisi ad magnificādum creatorem. primo cęli. cō. 2. & elicitur ex tex. Numero ternario appellationes assignantur. primo cęli. tex. com. 2.

Numerus ternarius est perfectus. 1. cęli. tex. com. 2. & 3.

Numerorum principia vtrum sint in eodem numero, aut specie dubiū. 3. cęli. com. 35.

Numerus denarius perfectus est, & ideo vt comprehendere naturam numerorum. 1. meta. cap. 2.

Numerorum natura fm aliquos, & idearum est vna natura, fm alios aūt alia est natura numerorum & formarum, sed ē natura media inter formas, & sensibilia, & ista fuit opinio Platonis. 1. metaph. cō 8.

Numerus numerat se, aut per vnitatem, aut per numerum. 1. metaph. tex. com. 37.

Numeri mathematici sunt impassibiles. primo meta. tex com. 38.

Numerorum tres sunt species, est. n. numerus mathematicus, qui non multiplicatur per multiplicationē rerum numerarum, & est numerus formalis, qui diuersatur per diuersitatem entium, & est numerus cuius iste numerus est fora, & sunt sensibilia primo metaph. com. 38.

Nota tamē, q̄ illa diuisio sequit fm mētem antiquorū, cōtra quos arguit Philosophus, & Cōm. ibidē, pro illo vide Themistiū primo de aīa. ca. 12. super. 26. vbi recitat opinionē Themi. inquit. n. cum īcorporeā nām à quantitate continua remotissimā putarent, vtpote quæ nullā molem, aut diffusionem haberet, sed sub discretā cōmode cadere viderent, numerū illi, & multitudinē asciscebant, non oēm, sed quam vere, & simplices vnitates attollerent. Dixi veras, ac simplices vnitates, quia numerus, qui ad incorporea pertinet nō cōstat ex his vnitatibus, quæ corporali naturæ mortaliq; tribuuntur, nullum. n. corpus perfecte vnum est, quia in infinitū secabile est, q̄obrē numerū illū tanq̄ ex specieb⁹, & formis collectū foralē, seu specificū appellabant cōtraq; eiusgnis numeros, vt rerū foras, & spēs ꝑdicabāt, atq; huic sentētiæ versus ille congruit.

Quæq;

Quæq; suos retinent numeros numero omnia constant.

Numerus est ens existens extra animam. primo meta. com. 36. vide quo sit intelligendum in. 4. physi. com. 131. Dicit. n. ibi Com. esse numeri in anima nō est in oībus modis, sed in anima est in actu, & extra animam est in potentia per subiectum eius proprium, & esse eius in anima est in actu. s. quando anima fecerit illam actionem.

Numerus cognoscitur & multitudo per priuationem cōtinui. 2. de aīa tex. com. 133. quod qualiter sit intelligēdum, vide in digressione infrascripta.

Numerus cognoscitur à sensibus negatione cōtinui Aristotelis sententia est in. 2. de anima. in tex. com. 133. dicit Simplicius in isto loco, ꝙ non est intelligendū numerum sentiri per negationem continui. i. tanq̄ per priuationem sicut tenebra à visu, & sicut absonum ab auditu. Nam numerus per se sensibilis est sicut, & vnū, & est mouēs potentiam sensitiuam. Iam. n. Arist. in hoc tex. enumerans omnia sensibilia cōia, quorū alterum erat numerus, dixerat ꝙ oīa motu sentimus, vnde nō est dictū Philosophi intelligēdum ꝙ tanq̄ priuatio sentiatur, quę nō mouet sensum, vt tenebra, quę non mouet vilum, sed qm̄ opponitur vnum multitudini cū multitudo consistat in congregatione vnius simul quod est continuum fm vnū quodq; ex quibus multitudo constat, & quia in rebꝰ sensibilibus vnum, vt continuū est vnum, & cū in multitudine numerali non appareat tale vnum continuum, quamuis numerus vnus existēs fm diuisam collectionem & vnus ē, & cognoscitur, sed nō vt continuus, & hoc manifestat negatio continui. v3. non vt solum vnū cognoscit, hoc. n. cōtinuum est in omnibus sensibilibus, sed tanq̄ in collectione multorum talium collectione recusante cōtinuationem & istū modum dicendi, vel consimilem imitatur Paulus Venetus in præsenti loco, inquit. n. ꝙ vnum & multa sumūtur dupliciter, vel absolute, vel īmutatiue, absolute vnū est priuatio, & multitudo est habitus, sed immutatiue vnum est habitus, & multitudo est priuatio. de dicit, ꝙ nō sumitur priuatio hic vt tenebra respectu lucis, sed cō mō quo vnum contrariorū est priuatio perfectionis. Nam certius & euidētius iudicamus de vno, q̄ de multis. Et ideo quātum ad imitandum sensum vnum est habitus, & numerus est priuatio. Sed Cōm. Albertus, & diuus Thom. videntur dicere ꝙ numerus est priuatio vnitatis continui, iste locus in veritate est multū difficilis, quia si numerus est ens reale, & est forma absoluta cum sit in prædicamento absolutum, neq; habet aliquam vnitatem & entitatem, & per cōsequens pōt illo modo esse sensus obiectū, cum Arist. dicat omnia sensibilia motu sentiri, vnde nō est dubium, ꝙ seclusa omni animæ operatione in manu ē numerus quinarius, digitorum, & in oculis binarius, & ibi difficile est videre qūo numerus sit priuatio vnitatis, & ꝙ auger difficultatē, est q̄a Them. tenet in. 10. meta. ꝙ vnū & multitudo opponūtur priuatiue, & vnū est priuatio, & multitudo habitus, & nūc dicit ea

posituri, & per vitam meam quantum est locus iste obscurus post longam perscrutationē videtur mihi quo nota, ꝙ formarū sunt diuersi gradus. quędam. n. sunt cōiunctæ fm esse, & diffinitionē in materia sensibili, quædā vtroq; modo abstractæ, quædam sunt medio mō, quia fm esse cōiunguntē, & fm rōnem abstrahūt, primus gradus est appropriatus nāli, secūdus diuino, tertius est cōis naturali, & mathematico, sed duobus diuersis modis, quia si diffiniantur cū materia sensibili pertinēt ad nāleni, si absq; pertinent ad mathematicū. Et nota, ꝙ illa sunt ista quæ à Philosopho dicuntur sensibilia cōia, vt magnitudo, motus, figura, quies, vnū, numerus, & q̄ ad ista reduci pñt, vt esse, locus, situs, & id genus. Vbi nōtandum, ꝙ entia nālia & mathematica sunt eadē subiecto, sed diuersimode cōne forali, vt linea mathematica, & linea nālis, & id genus, nō vt sunt naturales res hic sūt materia sensibili, & cū ea intelligunt, vt vero sunt mathematica sunt in abstractione cōsistunt. Et nota, ꝙ in ista diuersa cōsideratione possunt diuersa & opposita verificari, sicut alias diffuse probatum est rationibus, & authoritatibus. Dicitur, ꝙ ē duplex numerus, naturalis, & mathematicus, & ē multiplex differētia inter hęc, quia numerus naturalis causatur ex diuisione continui, & rectius dicit multitudo, numerus, & partes eiꝰ sūt magnitudines corporales, & diuisibiles, quia continuum non diuiditur in indiuisibiles, & iste numerus, scz multitudo est, vnum ex sensibilibus cōibus, sed numerus mathematicus componitur ex vnitatibꝰ indiuisibilibus, nec talis est sensibile commune, nec talis, vt sic habet esse sensibile, sed habet esse in abstractione consistens, vnde lucidissimus Them. in 4. phys. in expositione tex. 102. expresse dicit numerum quendam esse quantitatē discretam, & aliū esse quātitatem cōtinuā, vt est tripedaneū telū, & vult numerū positū in diffinitione tpis esse cōtinuū non discretum, quicquid dixerit ibi Cōm. Item alia est dria, quia partes numeri mathematici diuidunt numerū, sed non cōtinuant, nec cōtinuare possūt, sed partes numeri sensibilis diuidunt numerū sensibilē, & possunt ipsum cōtinuare, qa ex decē lineis pōt fieri vna linea cōtinua, sed ex decē vnitatibus indiuisibilibus nō pōt fieri vnus numerus ꝙ sit quantitas vna continua. Iterum est alia differentia, quia numerus mathematicus constat ex vnitatibus, quę vnitates sunt indiuisibiles, & per consequens talis vnitas. d. formaliter indiuisionem in quantitate, & est priuatio, sed vnitas numeri sensibilis est vnitas diuisibilis, etenim pars continui cōtinuum est, & continuum. d. aliquam formā positiuam, quia cōtinuum est cuius partes copulantur ad aliquem cōem terminum, dico tūc, ꝙ recte Cōm. dicit in cōmento isto, ꝙ comprehēsio numeri, & multitudinis, vbi credo ly, & teneri expositiue, quia multitudo rectius dicitur, q̄ numerus iste, qui est sensibile cōmune comprehenditur per priuationem cōtinui quod est magnitudo, quia sensibile quod offertur sensui semper

per est aliquod continuum, & aliquod sensibile, & corpus. Et nota, ꝙ numerus, ꝙ ex vnitatibus constat indiuisibilibus numerũ habet .i. binariũ, sed numerus, qui cõponitur ex rebus, & nõ ex vnitatibus absolute, vtpotę ex lineis equis bobus. Nam dicimus tres lineas decẽ equos, talia n. numeros dicere solemus, sed in talibus si de multitudine quæras est inuenire minimum vt minima multitudo linearũ sũt duæ lineæ si de magnitudine vera nõ est minimum, quia quælibet talis res continuæ in infinitum secari põt. Themist. 4. physi. 108. nullum. n. indiuisibile est per se obiectum sensus, & ideo vnitas illa indiuisibilis ꝙ est principiũ numeri mathematici, & numerus ex illis resultans nõ est res extra aĩam in actu, & per cõsequens talis non põt mouere sensum in actu, quia semper existimabitur aliqua spẽs mouens. 3. physi. tex. com. 17. Et ꝙ hoc sit verum oñditur authoritate Aris. in. 4. phy in tex. com. 130. vbi dicit, ꝙ nihil aliud est aptũ numerare nisi aĩa, aut animæ intells, vbi Cõm. dicit, ꝙ esse numeri est ī anima in actu, & extra aĩam in potentia, ꝓpter subiectũ eius proprium, vbi recte diximus nos, ꝙ numerus mathematicus & nãlis sunt vnum subiecto, & duo fm rõnẽ. Pro quo aĩaduerte, ꝙ facta diuisione continui in plures partes, quarum quælibet est vna in se, aĩa abstrahit a qualibet istarũ partium vnitatem indiuisibilem, & ex illis indiuisibilibus vnitatibus cõponit numerũ, qui est quãtitas discreta, & ista vnitas indiuisibilis, & forma numeri mathematici in actu, nõ est in abstractione animæ. Et ideo dicit Auer. in tract. 3. in paraphrasi metaph. ꝙ nisi esset aĩa non esset vnitas, neque numerus in actu, nec ex hoc sequitur, vt scientia mathematica nõ sit scientia realis, ꝙa ex hoc ꝙ est de entibus abstractis ꝓ intellectum nõ sequitur, vt sit de secundis intellectis, nõ. n. omne, ꝙ intellectus intelligit per abstractionem est ex secundis intellectis, quia tũc omnis scĩa illo modo eẽt de secundis intellectis, quia est de realibus, & talia nõ habent esse nisi in intellectu, vnde cõceptus primo abstractus à re, est ex primis intellectis, & de illis est scięntia realis, sed conceptus causati ex animę cõparatione obiecti congrui sunt de secũdis intellectis, & de talibus sunt scientiæ rõnales, mõ conceptus entium mathematicorum sunt ex primo ordine. Puncta etiã & momenta, ꝙ non dicant formam positiuã extra aĩam habetur ex tertio de aĩa. ex. com. 25. vbi Philosophus dicit, ꝙ cognoscunẽ, vt priuationes. s. puncta per priuationẽ continui, & ita de momẽtis, quia nullã habẽt formã cui intells possit incumbere, vt notat Themist. 3. de aĩa. cap. 44. Et ideo vt mihi, ꝙ numerus sensibilis ex diuisione cõtinui cãtur extra animã. nihil aliud est nisi vnitates suæ, ex quibus cõstat, vt numerus decem equorũ realiter nihil est in actu nisi decem equi, & sensus cognoscit istũ numerum negatione continui, inquantum apprehendit istos decem equos in diuersis subꝰ & locis existentes, & nõ in vno sitũ continuo, nec vt sunt vna superficie continua terminati, vt in exemplo clariori de aqua exãte in vno vase,

vase apprehẽdit eam vt est vnũ, cõtinuum in vno situ & loco, sed si diuidatur in decem vasa apprehẽdet numerũ istarũ decẽ aquarũ ꝓ negationem cõtinui, inquantum apprehendit illas in diuersitate continuationis, quam prius habuerant, quam etiam possunt recipere si iterum vniuntur, De instanti esse indiuisibili ꝙ nõ habet esse extra animam, nisi in potentia tãtum, sed in actu sit in sola mẽte & cognitione, vide. 4. physi. tex. cõ. 121. & ibi vide. declare Them. & Auer. de hoc idẽ & habetur ibidem cõ. 105. & 106. & vide etiam Them. in 6. physi. in expositione tex. 73. vbi dicit mobile fortiri equalem spatium sibi, dũ mouetur momento & potestate, vt fm fictionem nostram, & non fm actum. Cõmen. etiam 2. de anima. 146. instãs per se ꝙ est indiuisibile, & illud quod comprehenditur per rationem intrinsecam non illud in quod, quia tale est per accidẽs eo ꝙ est diuisibile. Cõment. etiã 2. cę. 46. 14. d. ꝙ punctus indiuisibilis & non existens in moto quod mutat locum fm materiam non movetur, neq; per se, neq; per accns, & ibidem d. ꝙ quies polorum est fm geometricam imaginationem, & non transmptiua & nõ vera. idem 4. physi. cõ. 113. Et sic comprahẽ Cõmen. est per appræhensionem numeri & multitudinis, vt dicit ꝓpter negationis continui quod est materialiter, quia non apprehẽdit plura esse vnum continuum inter se, sed vt sunt priuata tali continuatione quã sunt apta recipere in eo ꝓ magnitudines sunt, & ꝓ hoc patet obiecta ꝙ numerus prædicamentalis qui est quantitas discreta resultans ex vno quod est principiũ eius, dicit vnam formã in actu, quia sex est semel sex non bis tria, neq; ter duo. 5. meta. tex. cõ. 19. sed illa est in esse abstractiõis apud intellectum, sed numerus sẽsibilis est subiectũ numeri mathematici extra numerum existens, & causatur ex diuisione continui, & ex vnitatibus diuisibilibus, & in re non correspondet sibi extra animã in actu, nisi suæ vnitates, quia oẽ existens extra aĩam est vnum in actu, & nõ potest vnũ accidens numero realiter existere in diuersis subiectis in maxima distantia existentibus, vt si vnus homo sit in oriente, & alter in occidẽte, istæ numerus binarius non dicit vnum accidens numero realiter extra animam in actu existens, in istis duobus in tam magna distantia existentibus, sed extra animam, istæ binarius non habet esse nisi in potentia, pro quanto anima a quolibet istorum duorũ potest abstrahere vnitatem indiuisibile ī actu, & ex illis elicere in actu, & cõponere binarium in actu. & hoc est dictum Auer. dum dicit, ꝙ esse numeri extra mentem est in potentia propter subtum eius, & isto modo frater mi, intelligas de motu ꝙ si consideretur motus vt causatur a mutato per sui fluxum, sic est imaginatio mathematica, sed si consideretur vt motus causatur a mobili per sui fluxũ ab vno loco ad aliũ, sic est ens sensibile. Vnde Cõmẽ. 3. phy. cõ. 60. dicit, ꝙ istę propositiones, punctus motus facit lineam & linea superficiem, & superficies corpus, sunt propositiones geometricæ opinabiles, & non habẽt esse extra animam. Distingue igitur

Universidad de Deusto Biblioteca

considerationes istas, vt sunt sensibilia naturalia a seipsis, vt sunt in abstractione mathematica existentia, quia est magna diuersitas, quia motus vt causat ab indiuisibili mutato non est sensibile, neq; propriũ, neq; cõmune, sicut numer⁹ vt causatur ab vnitate indiuisibili, neque proprium, neq; cõmune sensibile est, sed mathematicum, sed motus vt est in mobili corporeo & magnitudine. sic est sensibile cõe, & sic cõtinuum vt causatur a puncto non est sensibile, neq; proprium, neque cõe, sed vt est cõpositum ex continuis partibus, & iunctum propriis sensibilibus, & sentitur motu & ꝓpriis. i. mediãtibus sensibilibus propriis sic est sensibile cõmune. Vñ Cõmen. 4. phy. cõ. 102. dicit, ꝙ motus habet duplices partes, quædam sunt simul, & sunt illę quas habet ex diuisione mobilis, & sic causat speciem repræsentatiuam sui habet alias ex fluxu imaginario mutati fm prius & posteri⁹, & sic motus non est congregatus, & mens facit ipsum, vt dicit Cõmen 4. physi. cõ. 104. & vt sic quo ad istas partes mẽ suratur a tempore, nam tẽpus fit ab aĩa, vt dicit Alex. vt recitat Cõmẽ. & Them. 3. de aĩa ĩ expõne tex. sed licet ego non teneã hoc oĩbus modis, sed in actu, nam extra aĩam tps habet esse propter subiectum eius, vt dicit Cõmen. 4. phy. cõ. 131. Et ideo motus bene potest regenerare speciem sui quo ad primas partes fm quas est per se sensibilis & a naturali consideratur, sed quo ad partes illas successiuas ex fluxu ipsius mutati causatum est ens imaginarium, & a mathematico consideratur, & sic est de tempore vt causatur ex fluxu instantis, vt dixi in tractatu de tempore, quia tẽpus quodãmõ est mathematicæ cõsiderationis & quodãmõ nãlis. Vide igĩ & considera quia ad hoc pauci advertunt modum peruenire potuerunt, quo modo autem omnia sensibilia cõmunia motu sumuntur, satis dixi ſ contradictionibus in præsenti cõ. 133. secundi de anima, & ibi vide.

Numerus non habet esse nisi in primo numerorum. s. in dualitate, deinde ĵ in aliis speciebus numerorũ, & dualitas est prima forma formarum numerorum. 3. meta. cõmen. 11. vide 12. meta. tex. cõ. 2.

Numerus est coacernatio vnitatum 3. meta. tex. cõ. 16. ita dicit etiam Boetius in principio suæ arithmeticæ. cap. 3. numerus est vnitatũ collectio uel quantitatis aceruus ex vnitatibus profusus.

Numeri inquantum numerus sunt propriæ passiones, vt imparitas & paritas, cõmẽsuratio, equalitas, excedentia, & defectus. 4. metaphysi. tex. cõmen. 5.

Numerorum compositorum quidã assimilantur superficiei circulari, & quidam corporali. 5. metaphysi. tex. cõ. 19. vbi dicitur etiam ꝙ ratio, aut sunt qualitates in quantitatibus, aut sunt quantitates multiplicatę per qualitates.

Numerus non habet actionem neq; passionem, 5. meta. tex. cõmen. 20. vbi Cõmenta. elicit hoc ex tex. Arist. ibi postq̃ declarauit primum modum relatiuorum quæ referuntur per modum vnius & numeri, transit ad secũdum qui est eorum quæ dicuntur secũdum actionem & passionem, & talia sunt quæ dicũtur fm potentiam actiuam & passiuam, & Aristo. ibi in tex. dicit. ꝙ eorum quæ sunt fm numerum nõ sunt actiones, vide etiam pro hoc. 4. physi. cõ. 84. vbi dr̃, ꝙ quantitas non est de principiis actiuis. i. alteratiuis. Ex quo patet error meorum rudium facientium differentiam in administrando pilulas in numero pari, vel in numero impari, ac si numerus esset de principiis actiuis. Nota tamen ꝙ hoc habet locum de actione corruptiua, quia sensibilia cõia agunt per se in ipsum imprimendo propriã speciem, vt tenet Themist. in 2. de aĩa. & Cõmen. cõ. 133.

Numerus est imaterialior quantitate continua, & vide causam tract. 3. in paraphrasi meta. ibi, & dicamus quod materiale, vbi expresse potest esse, quia vnum quod est principium numeri, & numer⁹ ipse dependet ex operatione animæ, quia si anima non esset, non esset neq; entitas numeralis, neque numerus, secus est de linea, & huiusmodi. Et ratiõ tenuit Aui. & nota hoc.

Numerus respectuum qui demonstratur per hoc verbum, habere, est fm numerum respectuum qui demonstrantur per hanc propositionem, in, sed differunt, quia hoc verbum, habere, dignius dicitur de respectu continentis ad cõtentum & possidentis ad possessum, sed ista præpositio, in, dignius dicitur de respectu contenti ad continens. 5. meta. 28. cõmen.

Numerus non dicitur totus sed oĩs. 1. meta. tex. cõ. 31.

Numerus non remanet idem parte ablata. 5. meta. tex. cõ. 32.

Numerus quomodo potest esse species multitudinis, & fuit dubium

Auicen. vide solutionem ab Auer. in tract. 3. meta. ibi, obiicit tamen Auicenna.

Numerum nonnulli arbitrati sunt esse substantiam. 7. meta. tex. cõm. 5. vide etiam 1. meta. tex. cõ. 3. vide etiam 1. meta. tex. cõ. 35.

Numerus est compositio vnitatum vt dicitur a quibusdam 7. metaph. tex. cõ. 49.

Numerus oĩs vno cognoscitur. 10. meta. tex. cõ. 2.

Numeri principiũ fm ꝙ numerus vnum est ibidem.

Numerus est pluralitas vnitatũ. 10. meta. tex. cõ. 4.

Numerus mensuratur per vnitates secundum ꝙ est compositus ex vnitatibus nõ fm ꝙ est numerus, quia numerus inquantum numerus, mẽsuratur per numerũ. 10. meta. tex. cõ. 4. rõ est quia mẽsura semper est vnigenea mensurato.

Numerus & vnum opponuntur aliqualiter, non vt contraria, sed vt ad aliquid, inquantum enim hoc metrũ est, illud vero mensurabile sic opponunt. 10. primæ philosophię, tex. cõ. 21. vbi collige aliqua absoluta posse induere respectum aliquem fm ꝙ relatiue opponuntur, sicut in simili notaui tibi alias de materia & forma.

Numerabile est numerus aut numerum habẽs, 11. primę philosophiæ cap. 9. & in 3. physi.

Numeros inquiunt esse ideas asserentes, & de numeris quãdoq; sicut de infinitis quãdoq;, vsq; ad denariũ determinatis loquuntur. 12. meta. tex. cõ. 42.

Numerus substantiæ mouẽtiũ est fm numerum motuum. 12. primę philosophiæ. tex. cõ. 43. & cõ. 28.

Numerus ternarius perfectus est. 1. cœli tex.cō.3.

Numerum motuum Philosophi sū munt pro constanti, sed astrologi sunt diuersi in hoc, sed qūocūq; sit melius est scire opiniones hoīum ī hoc q̄ nihil. 12.meta.cō.45.

Numerus orbium deferētium & reuoluentium,aut sunt quinquaginta quinque, aut quadraginta septē. 12.metaphy.tex.cō.47.

Numerus motuū in quo conueniūt moderni astrologi in orbibus requiratur. 12.meta.cō.48.

Numero quæcunq; multa sunt mul tam materiam habēt 12. metaph. tex.cōmen.49.

Numerus manere potest absque eo ꝙ numeret,vt sensile sine eo ꝙ sentit,vt Boetius putat, sed fallitur,q̄a ea quæ referūtur ad aliquid simul habentur,& quæ potestate sunt ad res eiusdem habitus referūtur.Themist.4.phy.130. Vide in concordantiis nuper ęditis.

Numerus est principium omnium sensibilium & itelligibiliū fm Plat. 3.phy.25.& Them.ibidē expresse.

Numerus non facit continuum,nec vt species,nec vt mouens.12.meta. tex.cō.vltimi.

Numerus infinitus nō est par neq; impar,quia esse eius est in potētia, & id cuius esse est in potentia;de natura priuati reputari potest. Ex libro destruct.disputa. 1.in solutione 6. dubij.

Numerus alius discretus alius cōtinuus.4.phy.tex.cō.vltimi,& Themist.4.physico.super tex. 102. expresse.

Numerus qui est in prædicamento quantitatis non est illemet numerus, qui reperitur in vnoquoq; genere. Auer. tracta. 3. in paraphrasi meta.in principio.

Numerus generatur per hunc modum,nam quando intellectus denudat ab istis particularibus istam rem indiuisibilem in duo patricularia, vel plura,illud erit illud vnū quod est principium numeri. Et quando iterat ipsum cogitans ipse generatur numerus,ex 1 tract.ī metaphyc. in paraphrasi cap. de vno, vbi vide diligenter rationes Auicennæ de vno opinantis, ꝙ vnum quod est principiū numeri sit conuertibile cum ente. Et causa erroris fuit, vt dicit Cōmen. quia ipse admiscuit accidentia insequentia rē fm intellectum cum accidentibus insequentibus ipsam fm esse,& putauit vnum dici vniuoce de omnibus decem prædicamentis, & non secundum prius & posterius, & ꝙ est vnum numerale id .s. quod est synonymsi enti, vbi collige Auicē. posuisse entis & vnius vnionē quā secutus est Scotus.

Numerus duplex numerans & numeratus.4.physi.tex. cōmen.102. & 110.

Numerus motꝰ est duplex, alius est partium motus secundum ꝙ sunt insimul, alius est partiū motus fm ꝙ in eis inuenitur prius & posterius.4.phy. 102.

Numeros differentium vnum accidens numero impossibile est esse, impossibile.n.est vt vna res numero insit pluribus, alioquin vnū dē hiscēret in plura.Them 4.physi.in digressione super. 132.contra Hermam absolutam vnam numero in diuersis rebꝰ numeratis subiectiue. Numerus par fm Pithagoricos est prin-

principium infinitudinis.3. physi. tex.cōmen.26.

Nutritio primo attribuitur mēbris consimilibus vt est declaratum in naturali philosophia, & fit per modum mixtionis & mediante calore naturali qui non est primus motor,sed est anima nutritiua,propterea quia operationes caloris non sunt determinatę nec ordinatę ad vnum finem manifestum. 5. Colliget.cap.3.

Nutrimentum in animalibus q̄ sūt apta dormire cum aduenit corpori ascendet ex eo vapor ad caput & ibi gravabunt instrumenta motus & dormiet,& quando fuerit digestum alleuiabuntur instrumenta motus & expergesiet,8.phy.tex. cō.31.De causis etiam somni & vigiliæ inquire in libro de Somno & vigilia. Notabiliter autem dixit in animalibus habentibus aptitudinē ad dormiēdum, quia dubiū est de quodam genere piscium, vt denūciauit Alex. in cō. super libro de sensu & Sēsato, & videtur esse sententia Aristot. in libris de historiis animalium.

Nutritiuę virtuti membra deseruiē tia sunt os, isophagus, stomachus, epar,chistis fellis,splen,renes, & vesica.3.Colliget cap.16.

Nutrimentum per quod fit augmentum quodammodo est simile & quodammodo contrarium.8. phy.tex.cō.55.& 1.de generatione & corruptione.tex.cō. 39. & 2. de anima.tex.cō.45.& 1.cœ.t.cō.21.

Nutrimentum debet esse omogenū cum nutriendo & equale in specie, videlicet,vltimum nutrimentum. 1.cœ.tex.cō.21.idem 2.de anima. tex.cō.45.

Nutriendum si non fuerit præparatum corruptioni augetur per nutrimentum aduenies, si vero fuerit præparatum corruptioni diminuitur per ipsa elementa,donec resoluatur in materiam, vel materias, ex quibus est compositum.Cōmē. 1.cœli.cōm.21. vult dicere ꝙ illud quod nutritur si est in statu profectus augetur,si in statu declinationis & defectus; tūc diminuitur,iuxta Arist.sententiam in 2.de generatione & corruptione.tex.cō 57.ponentis statum generationis & profectus esse equalem statui corruptionis & defectus.

Nutrimentum augumentationi idē est quidem, esse vero alterum est. 1.de gener.tex cō.41.idē 2.de anima.tex.cō.47.

Nutriuntur omnia ex eisdē ex quibus sunt.2.de gener.tex.cō. 50.

Nutritiuum potest esse sine sensitiuo.2.de anima tex.cōm.15.& tex. cōmen. 31.

Nutricibus nō competūt vina neq; pueris,differt.n.nihil forsan ipsos bibere vel nutrices.Arist.in lib.de Som.& vigilia.Ideo Auicen.dixit, ꝙ cura infantis est cura lactis,quod nota in actu practico diligēter, inde prouenit ꝙ degenerant frequēter filij,& præsertim nobilium.

Nutrimētum est duplex indigestū, & tale est contrarium,& digestum, & hoc est simile,2.de aīa.tex.cō.45.

Nutritionis organa sunt triplicia. Gal.5.de vtil.partiū.cap.14.

Nutritio fit per digestionem & cōmotionem in animalibus & plantis medicinæ calore naturali, licet existimetur, ꝙ plantę attrahant nutrimentum a terra, & ibi digerantur. Commentator in 2. de parti-

bus animalium. cap. de carne.

Nutrimenti instrumenrum non est de ratione vt sit instrumentū motus, quia est magis conueniens vt sit instrumentum quietis. 2. Colliget. Cap. 18.

Nutrimenti materia & materia essẽtiæ non differunt, nisi quia nutrimentum est essentia in parte, & generatio est essentia in toto, & materia totius & partis eadẽ est. 2. Colliget cap. 10. idem 2. de anima. tex. cõmen. 47.

Nutritiua virtus in aĩalibus non est data nisi pp sensum & virtutẽ sensibilem 2. Colſ. cap. 11.

Nutritiua virtus, est de virtutibus actiuis. 2. de anima, c. 52.

Nutritiuæ virtutis operatio fortior est dum hõ dormit & partes extrinsecæ, tunc sunt frigidæ, quia calor reuocatur ad cor, & partes intrinsecas 2. Colſ. cap. 11.

Nutritiuæ virtutis operatio & sensitiuæ non perficiuntur eodem calore, & hoc apparet in dormiẽte oculis apertis, ille. n. nutritur, sed non videt. 2. Colſ. cap. 11.

Nutriri compositum ex simplicibus impossibile est, quia tunc animal posset constare vno elemento. 2. Colliget. cap. 19.

De littera. O.

OBiectio demonstratiua requirit duas contradictiones, vnam per quã opponimus præmissio, aliã, per quã opponimus conclusioni. Auer. in 1. de generatione animalium. cap. 1. vbi ponitur improbatio antiquorum asserentium, semen ex omnibus partibus corporis prouenire.

Obiectum virtutis nutritiuæ, augmentatiuæ, & genetatiuæ, idem est 2. de anima. 42. & 1. de generatione & corruptione. tex. cõ. 39. & 41.

Obliquũ, neq; sui, neq; recti index est 1. de aĩa. tex. cõ. 85.

Obtesis est digestio a caliditate ficca, & aliena. 4. metheororum. tex. cõmen. 28.

Obstetricis diligentia & cura, requiratur in 7. de natura animalium. capit. 10.

Oculus est instrumentum virtutis visibilis, & in ea dominatur elementum aquæ. Ex libro de Sensu & Sensato.

Oculus obscuratur in locis vbi est multa nix, aut multa aqua, & ideo apparent ripę maris turbide paucę lucis, & similiter loca niuis. ibidem.

Oculi animalium quadrupedum & volatilium, & natatilium in principio maximi visuntur, postremi vero omnium perficiuntur. Ex 2. de generatione anim. cap. 4. versus finem, & ibi vide causam.

Oculorum sedes maxime seminalis est oĩum locorum capitis, quod patet, cũ sola ipsa per coitum venereũ manifeste imutetur. Arist. in 2. de gener. anim. cap. 5. in fine.

Oculus significat forti significatione super complexione cerebri. 4. Colſ. cap 3.

Oculos nouellarum hyrundinum si quis præpũgat, rursum in columes reddentur, cum. n. fiant non facti iam corrumpuntur, itaque denuo oriuntur ac pullulant. Aristo. in 4 de generatione animalium. cap. 6. idem dicit conuenire oculis serpẽtum. in 2. de natura animalium. cap. vltimo.

Oculorum, alij cesij, alij flauidi, alij caprini,

caprini, alij nigri, & vide cãm istius discriminis in 5. de gener. animalium. cap. 1.

Oculorum egritudines sunt glaucoma & luscitas. ibidem.

Oculi exterorum animaliũ in vnoquoq; vnicolores sunt, sed homines diuersi colores & equi inter bestias. ibidem.

Oculorum cesietas & canities, sunt duæ affectiones consequentes crustositatem humoris, & paucam eius digestionem. Arist. in 5. de generatione animalium. cap. 1. & Auer. ibidẽ. cap. de varietate coloris oculorum. Ex hoc patet error illorũ, qui afferũt ab Homero Palladem glaucopim appellatam, ea ratione q oculus glaucus sit visu pollens, eum glaucedo seu cesietas oculorũ sequatur eruditatem, & per consequens non confert ad præstantiã visus. Homo verius puto illam sic appellatam, quia haberet oculos noctue quę apud græcos glaus appellatur, quia haberet oculos noctue q̃ apud græcos glaus appellatur. Nocua. n. Palladi dicata est, tale. n. animal noctu venatur & vigilat. Vnde minerue athenienſiũ, noctue signa ponebant quia minerue auis est, iuuat enim mineruam, nocturnis impallescere chartis.

Oculi humor ille, quo videmus, pupilla est. 1. de natura anim. cap. 9.

Oculi partes. ibidem require.

Oculi album, in egritudinibus acutis si rubeum fuerit, & ipsius venę nigræ, aut obscurę fuerint, signum mortis proculdubio. 4. Colſ. c. 43.

Oculi partium iuuamenta assignata a Galeno, pro maiori parte sunt architectiua, & sine dubio quodlibet eorum habet iuuamentum proprium in se & pars dominãs in eo, & suus finis non est nisi vt colores imprimantur in ipsum. 2. Colliget cap. 15. de iuuamentis oculi & partium eius.

Oculos omnia animalia quę animal generant habent præter talpã, quã modo quodam habere dixerim, cũ tamen omnino habere negẽ, quippe cum omnino quidẽ non videat, nec perspicuos habeat oculos, ex. 1. de natura anim. cap. 9.

Oculi qui cõditi sunt, clarissime cernere in genere quoq; brutorũ animalium possunt, modicus autẽ situs nota est morum optimorum. 1. de natura. cap. 10.

Oculi qui mediocriter conniuent, notam morum laudabilium habent. ibidem.

Oculorum rotunditas est signũ maximum portendens lepram. 4. Colliget. cap. 37.

Oculos habentia animalia, quędam humidos, quædã duros hñt, & quædam palpebris vtuntur, & quædam palpebris carent. Ex 2. de partibus anim. cap. 3.

Oceanũ & thetim antiquiores quidam, proprium gñationis fecerũt, ex erratis primi metaphyſicæ.

Odor fm opinionem Arist. non est corpus dissolutum ab odorabili in aere. 2. de aĩa. cõ. 76. & idẽ. j. cõ. 97.

Odorũ differentiæ non sunt manifestæ, sicut differentiæ saporum. 5. Colliget. cap. 28. & 2. de anima. cõmen. 92.

Odor & color habent duplex esse naturale, & extraneum. 2. de anima cõmen. 76. & 97.

Odores quia non sunt multum manifesti acceperunt nomina a saporibus. 2. de aĩa. tex. cõ. 95.

Odores medij componuntur ex extremis, sicut sapores & colores medij componuntur, ex saporibus & coloribus extremis 2. de aīa text. cō. 95. & 105.

Odoratus inuenitur fortior in multis animalibus q̄ in homine, vt in aquilis & apibus. 3. Col'. cap. 36.

Odor est sicci sicut sapor humidi. 2. de anima tex. cō. 100.

Odor est analogus sapori. Alexā. in paraphrasi de aīa in cap. de olfatu.

Odorem habentia habent etiam saporem, & insipida odore carent, vt lapides, idem Alex. ibidem.

Odoratus sensus fit per medium aerem, & reperitur ēt in animalibus carentibus sanguine, vt in apibus & formicis. 3. Col'. cap. 36.

Odoratus sensus attribuitur igni, visus aquæ, auditus aeri, & vide cām. 3. Col'. cap. 36.

Odoratus fit in primo pari neruorū qd exit a cerebro in opposito duarum caruncularum similium capitibus māmillarū. Auer. 1. Col'. cap. de anathomia neruorum.

Odoratus instrumentum est nasus, & in animalibus olfacientibus fit per attractionem, & in non olfaciē tibus sine attractione, vt in apibus. 2. Coll'. cap. 17. de iuuamento instrumenti olfatus. olfatus sensus secundum Arist. fit in duobus meatibus qui sunt in naso, & sm Galenū fit in duabus carunculis similibus capitibus māmillarum. 2. Col'. ca. 17. De iuuamentis instrumenti odoratus. Vide etiā pro hoc Auerroem in 3. Coll'. cap. 38. de sensu visus & accidentibus ei, vbi narrat quomodo fiat uisio, & inquit. Et scias ꝙ sensus visus recipit formam rerum in hunc modum, quia aer mediante lumine recipit formas terum primo & postea mouet ad tunicam inferiorem, & illa data aliis quousque hic motus perueniat ad postremam, post quam stat sensus cōmunis q̄ apprēhendit formas rum, & vide quæ sequuntur. Alexander etiam in paraphrasi. cap. de impulsu dicit. ꝙ videre ad visum, audire ad auditum, & reliqua id genus ad proprium sensum spectant, sentire tamen in cōmuni ad sensū communem perinde quasi sensus omnis ab eodem quidem fiat, sed per aliud atq; aliud, intellige vltimate ista verba Alexan. Veritas tamen est ꝙ sensus particulares sunt distincti a sensu cōmuni, sed habēt colligantiam cum eo. Arist. 2. de anima, tex. cō. 144. habet pria organa, quorū origo est cor a quo dependent, vult ꝙ vnusquisq; sensus est respectu proprij subiecti sensibilis & in sensorio proprio, vn de isti sensus quinque. Vnde Arist. in libro de Sensu & Sensato, & in 2. de partibus animalium. cap. 10. expresse dicit tactum & gustū a cor de manifeste dependere, & vult visum & auditum esse in capite, & olfatum medium tenere, & reddit ibi causam, & nota vt inquit Commētator 2. de anima comen. 140. sensibilia mouent tantum sensus, mouent & mouentur, primū sentiens est motum tantum. ideſt sensus communis, & quia post motionem quæ est receptio in sensu communi sequitur iudicium quod attestatur actui, receptio vero potentiæ. secundo de anima. commento. 149. inde prouenit ꝙ vt sensus communis est iudex, sic habet modum formæ, & principalis agentis

gētis, & sensus exteriores, & sic habent rationem instrumenti, & sic operatio denotat agens, & nō ascribitur instrumento, & illo modo intelliguntur authoritates Themistii & Auer. & sic primus ordo spiritualitatis incipit in sensu communi, quia in sensibus exterioribus est veluti in via, quæ ordinatur ad terminum, & vt sic via non differt a termino vię, sicut imperfectum a perfecto, & quia vnumquodque a fine denominare fas est, ideo primus gradus spiritualitatis formæ est esse quod habet forma in sensu communi, tamen ex hoc non sequitur, quia ista forma in sensu proprio habeat esse spirituale, vnde Commenta. in. 2. de anima', & Arist. dicunt ꝙ nec caro est vltimū sensorium tactus, nec vt ampliat Cōm. ibidem. com. 146. pupilla in visu, nec lingua in gustu, & sic de aliis, quia vltimum sensorium est, vbi est sensus cōmunis, & hoc est tamē sensus isti proprii habēt proprias instrumenta, & operationes actus colligatos tamen, modo predicto, & hoc etiam dicit Arist. in lib. de somno & vigilia, ꝙ sensus visus quisq; habet aliquid proprium, vt visus videre, & auditus audire, & sic de aliis, omnes tamen habent virtutem communem, nā nem est visus per quem cernimus videre, nec audit qui sentit audire, & ideo actio sensus communis est magis spiritualis, quām sensus exteriorum, & in plus, quia potest in plura.

Odorem habens habet etiam saporem. Cōm. in lib. de sensu & sensato.

Odorabilium natura est fumosa, & dilatatur hoc, quia multa quæ non habent odorem, dum appropinquant igni habebunt odorē. ibid.

Odorabilium indiuidua sunt notiora nobis quàm indiuidua saporū. 3. Coll. ca. 36.

Odoratus sensus in animalibus, quæ odorant sine attractione, vt in apibus & formicis est clarior quā in illis quæ odorant per attractionē. ibidem. vide in contradictionibus nuper ēditis.

Oleum ex vitellis ouorum est supremum iuuamentum in mitigando dolorem supra pinguedinem anseris & gallinæ.

Oleum dulce & nouum oliuæ temperatum est, & est conueniens homini sm totam suam substantiā, licet declinet partim ad caliditatē. 5. Coll. ca. 36.

Oleum est ex rebus in quibus dominatur humiditas & caliditas eo, ꝙ partes aereæ in eo sunt manifestæ multū. Et si aliquis quæreret quomodo potest esse, vt partes aereæ in eo dominentur cum videamus ꝙ ingrossatur & congelatur, & inspissatur a frigore, & dicitur quòd non congelantur a frigore, nisi res aquosę, debemus respondere ꝙ nō congelatur propter frigiditatem, nisi pp conuersionem multam suarum partium ad aquam. 5. Collig. capit. 24.

Oleum citissime iniectos odores suscipit, vt in vnguentis. Arist. in libro de insomniis. idem etiam patitur vinum.

Oleum natat super aquam, quia a p̄ dominio est aereum. Cōm. in. 4. Metheo. in summa prope finem, & etiam in tex. cō. 40.

Oleum non elixabitur ipsum sm se ipsum. 4. Metheo. te. cō. 17.

Oleum

Oleum ab igne & tempore albescit, & ingrossatur, albescit quidē euaporante aqua siqua inerat, ingrossatur autem, quia marcescente calido ex aere fit aqua. 4. Metheo. tex. commen. 40.

Oleum est cōe aquæ & aeris, lignū terrę, & aeris, lac vero terrę & aquę quarto Metheororum. text. commento. 48.

Oleum, cera, & pix, magis cum aliis, quàm per se inflāmabilia sunt. 4. Metheo. tex. cō. 48.

Oleum non patitur epsesim, neq; ingrossatur, quia exalabile est, sed nō vaporabile, aqua autē non est exalabilis, sed vaporabilis. 4. Metheo. te. cō. 48.

Oleum oliuę inspissatur & congelatur a frigiditate, ꝓpterea quia partes aereæ, quæ sunt in ipso conuertuntur ad aquam, & etiam oleum inspissatur a calore, quia resoluuntur partes aqueæ, & remanent aereæ, cum terrestribus in eo dominantibus, vnde vſiter omnes res, q̄ inspissant a calore & frigore equaliter sunt aereæ, & aqueæ, & earū partes sunt conglutinatæ simul. 5. Coll. ca. 26.

Olfatus est odorabilis & non odorabilis Non odorabile autem est triplex, 2. de anima. tex. commen. 96. aliud enim est nullum habens odorem, aliud prauum, aliud vero paruum odorem.

Olfactibilia curant ab ægritudinib⁹ capitis, quia caput est frigidum & humidum & olfactibile, in maiori parte est calidum & siccū. Auer. in fine lib. de sensu & sensa.

Oliua quia est amara in fructificando, ideo senescit. Auer. in. 3. de generatione animalium. cap. 1. & habetur in tex. ꝓ arbores & plantæ, q̄ nimis sęctificant cito pereunt, sicut & animalia, & datur ibi exemplū de gallinis.

Olorum in more est in genere volucrum, vt alter alterum deuoret. 9. de natura ani. ca. 1.

Olores aquilam si pugnam cęperint repugnantes vincunt, ipsi autem nunquam nisi prouocati inferunt pugnam, canere etiam soliti sunt, & præcipue iamiam morituri. 9. de natura animalium. capit. 12. Ad hoc alludens Ouidius in epistolis. dixit.

Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis.
Ad vada menandri concinit albus olor.

Optimum semper, aut proportionale quod primum. 12. Metaphisic. tex. com. 37.

Omiomera sunt veluti quæ metallantur, vt æs, aurum, argentum, ferrum, stamnum, lapis, & alia huiusmodi. In animalibus autem & plantis velut neruus, caro, ossa, pellis, vi scera, pili, crines, venæ, ex quibus constant anomiomera, puta facies, manus, pes. & talia. In plantis autē lignum, cortex, radix, folium, & q̄ eunq; talia. 4. Metheororum. tex. commen. 48.

Omnia prædicamenta sunt diuisibilia, aut per se, aut per accidens, per se vt quantitas, per accidens, vt reliqua. 1. physic. cō. 18. Ex quo patet nullum indiuisibile, & immateriale esse in prædicamēto in via Auerro. vide in concor.

Omne habens materiam est generabile & corruptibile. 1. physi. cō. 79, 1. cœli. cō. 20. 1. ca. & 3. de substā. orb. 1. physi. 63.

Omne ens diligit permanere. 1. ph. tex. cō. 81. & 2. de ani. 34.

Omne quod loquitur Arist. in lib. physi. est propter principium motiens. 1. phy. cō. vltim. & 8. physic. commen. 1.

Omnis artifex debet considerare de accidentibus sui subiecti. 2. physic. tex. commē. 17. & 1. posteriorum multoties.

Omne propter quod est aliquid cū illo est vnius scientiæ. 2. phy. tex. commen. 23.

Omne in habentibus finem, & motum continuum, finis est vltimū illius motus. 2. phy. tex. cō. 23.

Omne quod est ante finem est propter finem. 2. ph. tex. cō. 29.

Omnia quæ sunt ante finem sunt ꝓpter finem. 2. ph. t. c. 81.

Omnes antiqui conueniunt in hoc q̄ ex nihilo nihil fit. Cōm. in prologo. 3. physi. & habetur. 1. physic. tex. cō. 34. omnes qui de natura loquuntur in hoc conuenerunt, q̄ ex nihilo nihil fit.

Omne quod est, aut est principium, aut ex principio. 3. phy. t. com. 29. vbi Cōm. omne ens, aut est causa, aut causatum.

Omne existens in subiecto est minꝰ ens existens per se, quàm suum subiectum. Cōm. 3. physi. com. 36. & est dictum in tex.

Omne sensibile aptum natū est alicui esse. 3. phy. tex. cō. 48. Et vide Com. in cō. quomodo sit propositio falsa, & consimiles ibi posit ę intelligende, vult enim ꝓ sensibile sumitur ibi pro tangibili.

Omne quod est ęquale alicui est idem. 3. phy. cō. 49.

Omne corpus simplex est finitum. idem.

Omnis res est vna per suam formā. 3. phy. cō. 68. & 1. de ani. cō. 90.

Omne corpus est in loco per se, vel per accidens, vel secundū partes. 4. physic. com. 43.

Omne quod mouetur naturaliter ad aliquid, est vnigeneum cum eo. 4. phy. cō. 48.

Omne excedens aliquid diuiditur in excessum, & in id quod exceditur. 4. phy. tex. cō. 71.

Omne quod mouet aliud per actionem necesse est, vt moueatur ad illum locum ad quem attrahit ipm, 4. phy. cō. 79. vide. 7. com. 10. quomodo intelligatur.

Omnis quies est in tempore. 4. phy. tex. com. 118.

Omne quod est in aliquo numero numerus excedit ipsum ex duobus extremis. 4. phy t. c 17.

Omne quod consumitur a mensuratione finiti est finitum necessario. 6. phy. cō. 20.

Omne prædicatum in quo inuenit transmutatio, inuenitur in eo diuisibilitas, vel per se, vel p accidens 6. physi. cō. 34. & 37.

Omne quod mutatur in tempore mutatur. 6. phy. te. cō. 50.

Omne moueri præcedit mutatum esse. 6. phy. tex. cō. 52.

Omne mutatum præcedit mutari. 6. phy. te. cō. 55. & infra,

Omne quod factum est necesse est fieri prius, & quod fit factum esse prius necesse est. 6. physi. tex. commento. 59.

Omne de quo vere dicitur ipsum esse motum, aut quiescens est illud, quod innatum est recipere motū, & quietem, & est in loco in quo innatum est recipere motū, & quietē & in dispositione, sm quam innatum

tum est recipere motum & quietem. 6. phy. t cō. 67. idem 4. physi. tex. cō. 118. &. 5. physi. tex. cō. 20. & 6. phy. 30.

Omne quod est postquā non fuit, necesse est ipsum prius fuisse in potentia qūā in actu. 8. physi. tex. cō. 4. idem. 9. Meta. tex. cō. 13. &. 3. de ani. tex. cō. 20. 27. &. 12. Metaph. tex. com. 32.

Omnia quiescere & huius rationē quærere dimittentes sensum infirmitas quædam est intellectus. 8. physi. tex. cō. 22.

Omnis opinio cui contradicit sensus est opinio bona. 8. physic. tex. com mento. 26.

Omne quod mouetur a principio existente in ipso mouetur naturaliter. 8. phy. cō. 27.

Omne quod est in potentia aliquid exibit aliquādo in actum, & si nō, tunc natura ageret otiosē. Cōmē. 8. physicor. com. 64. idem. 1. cœli. commen. 20.

Omnes leges conueniunt in hoc, ꝙ Deus habitat in cœlo. 8. phy. com. 84. & habētur in propria forma, in 1. de cœlo & mundo, in tex. com. 22. &. 96. &. 100. idem. 2. cœli. tex. cōmen. 2. &. 74.

Omnia entia, aut sunt substātiæ, aut accidentia, aut sunt via ad esse istorum, & vniuersaliter sunt transmutatio. 1. cœli, comment. 1. Vide in Theorematibus.

Omne totum & perfectū non differunt fm speciem, sed siquidem in materia, & in his de quibus dicuntur. 1. cœli. tex. cō. 3. quā differentiam Auer. in cō. ita declarat, nam si fuerit quantitas continua, tunc est totum, in discreta est oē, in forma vero & quātitate est perfectū, idem habet in paraphrasi. 1. cœli, in summa. 2.

Omnia physica corpora sunt mobilia secundum locum. 1. cœli. texto commen. 5.

Omne in quo est possibilis additio est diminutum. 1. cœli. tex. 12. idē ibidem. tex. com. 4. &. 8. physi. tex. commen. 75.

Omnes homines de diis habent existimationē, & omnes qui sursum est, locum deo attribuunt, & græci & barbari quicunq; putāt deos, 1. cœl. te. cō. 22. &. 96. &. 100.

Omnia a vim inferente longius facta tardius feruntur. 1. cœli. text. commen. 89.

Omne quod non existit in materia impossibile ē ex eo inueniri pluſq; vnum in sua spē. 1. cę. te. cō. 90. idē 12. primæ philosophiæ. tex. commento. 49.

Omnia quiescunt dum veniunt in proprium locum, eius vero ꝙ circunfertur idem est locus, vnde incępit & in quem consumat. 1. cœli tex. com. 100.

Omne habens actionem in se, habet actionem in alio, & quod habet actionem in se, est spirituale nō corporeum, 2. cœli. cō. 17.

Omnes naturales substantię, aut corpora sunt, aut cum corporibus generantur & magnitudinibus. 3. cę li. tex. com. 1.

Omne quod non vere dicitur de singulis, non vere dicitur de toto, qa vnaquęq; partium non est totū, & congregatio est totum. 3. cœli. cōmen. 8. idem. 1. cęli. 17. &. 4. physi. commen. 43.

Omne de quo dicitur aliquid fm comparationem non est necessariū, vt habeat illud per se, nisi substantialiter diceretur in respectu alterius, si enim aliquid dicit de alio quo fm comparationem, & istud existit in eo per se necessario, istud dictum non est in eo fm ꝙ est cōparatiū, sed fm ꝙ cōparatio accidit ei. 3. cœli. cō. 9.

Omne factum prima intentione est essentialiter, secunda aūt est accidentaliter. 3. cœl cō. 74.

Omnia appetunt esse diuinum, & immortale. & illius gratia agunt quæcunque agunt fm naturam. 2. de ani. t. c. 34. idem. 1. ph. 81. &. 2. cœli. tex. cō. 64.

Omnia duo quorum subiectum est vnum & alterum est perfectius alterio, semper respectus perfectioris ad imperfectius est respectus formæ ad materiā. 3. de anima. commento. 36.

Omnes homines natura cognoscere desiderant. ex prohemio primæ philosophiæ, ita in veritate dēt stabilibus quomodo vsque ad ista tēpora transtulerint, scire, cum litera græca iaceat, πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται. εἰδέναι autē apud græcos non scięntiam, sed cognitionem significat quæ est tanquā genus respectu scię scientia enim est per demōstrationem, sed cognitio se extendit ēt ad immediatas propositiones, & ēt ad cognitionem sensitiuam, vnde Arist. cōsuetudo fuit in principiis librorū ab vltimis exordiri iuxta doctrinam traditam in principio libri physicæ auscultationis, vbi ostendit principium libri ethicorum, & principium libri posteriorum analiticorum, & principiū libri physicorum, & in plerisq; locis, & confirmatur, nam probatio a signo ex dilectione sensitiua circa hoc tendit, nam homines omnes amant sensus naturaliter propter cognitionem, nedum propter vtilitatem, nam & si nihil agere deberemus adhuc illos diligimus, & ꝑcipue visus sensum, quia hic maxime ad cognitionem proficit, manifestum est autem ꝙ omnes homines non amant naturaliter sensus propter scientiam proprie, quæ per demonstrationem habetur, nā vt scribit Alexan. in principio libri priorum, ꝙ hominis proprietas est cognitio ipsa, & contemplatio veritatis, sicut enim quodlibet aīal habet aliquid sibi peculiare sic & homo, vnde pueri etiam natura ferūtur ad cognitionem, & delectantut ex auditu fabularum, nullam inde consequentes vtilitatem præter cognitionem ipsam. Vnde animaduerte ꝙ & si cætera animalia nobiscum communicent in cognitione sensitiua, tamen in hoc differimus ab ipsis, quia natura sensus animalibus largita est propter salutem, & vtilitatem eorū, vt eis mediantibus prosequantur iuuantia, & euitent nocentia, sed non dedit eis sensus propter cognitionem tm̄ citra vtilitatem, vnde non appetūt sensus propter cognoscere, sed propter vtile, sed hoc homini propriū est, nam vt testatur philosophus in præsenti loco, non enim solum vt agamus, sed etiam si nihil acturi essemus, videre præ cæteris sane exoptamus, vnde Auer. in. 2. cœli. com. 77. scribit ꝙ brutorum cognitio non desiderat aliquam cognitionem intellectus, igitur Arist. since rus talis est ab vltimis exordium sumens

mens. inquit. ꝙ omnes homines natura cognoscere appetũt, & hoc ostenditur persuasione sumpta a signo, ex sensuum dilectione. quia homines naturaliter appetunt, nõ solum propter actionem, vt leuia, verum propter ipsam cognitionẽ, quia cognitio ipsa naturaliter appetitur ab homine. si autem sensus esset, ꝙ homines natura appetant scire propriè dictum, quod est per demonstrationem, tunc probatio ex dilectione sensuum non esset ad propositum nisi sentire esset per demonstrationem intelligere quod Arist. doctrina abhorret, tum ex libro Posterio. analiticorum, tum etiam ex. 2. de ani. cõtra antiquos qui non distinxerunt inter imaginationem, & intellectum. licet. n. sensus sit adminiculum ad sciẽdũ. Aliud tamen est scire, & aliud sentire, nolo tñ propter hoc negare, quinetiam scientia & contemplatio veritatis sit homini propria, sed dico intellectum Arist. non de sciẽtia, sed de cognitione, quæ est genus scientiæ fuisse, & ex hoc patet solutio ad quæstiones Latinorum in principio primæ philosophiæ, quia omnes procedunt ex malo intellectu literæ.

Omne compositum ex materia, & forma est diuisibile. 1. Metaphysi. commen. 7.

Omnes principia contraria faciunt. 1. physi. tex. com. 41. & in. 4. Meta. tex. commen. 6.

Omnia aut contraria sunt, aut composita ex contrariis. 4. Metaphysi. text. commen. 6. Animaduerte tamen, ꝙ vt scribit Comment. ibi in commen. illa diuisio est secundum probabilitatem, & nõ est fm necessitatem, quia corpus quinta, neq; est contrarium, neq; est compositum ex contrariis. consimile. 1. cœli. com. 20. & in lib. de substã. orb. ferè per totum, vbi ostenditur cœlum esse æternum, &c.

Omnes homines cõueniunt in hoc ꝙ individua corporum existentiũ per se sunt substantiæ, & ꝙ in eis est principium., Commen. 7. Metaph. com. 5.

Omne quod fit diuisibile semper oportet esse, & esse hoc quidem hoc, hoc vero hoc. 7. Metaph. comm. & tex. 28. idem. 1. physi. tex. com. 64. Vbi animaduerte ꝙ Commen. exponit hoc habere veritatem non actu, sed secundum rõnem, videsũ perius in litera. G. ibi, generatum omne diuisibile esse oportet, quia late declarauit ibi hoc.

Omne principium essendi est principium numeri, & omne principium numeri est principium essendi. 10. Meta. tex. cõ. 7.

Omne ad omne, aut idẽ, aut aliud. 10. Meta. tex. cõ. 10.

Omne cuius elementum est substãtia est substantia. 12. Meta. tex. cõ. 19. intelligitur de elemento propinquo, vt glosat Cõmẽ. 12. Meta. commen. 22.

Omne cuius causa est generabilis, & corruptibilis est generabile, & corruptibile. 12. Metaph. tex. com. 29. ibi enim dicit philosophus ꝙ si omnes substantiæ essent corruptibiles omnia essent corruptibilia.

Omnis motor cuius substantiæ admiscetur potentia possibile est, vt in aliqua hora nõ moueat. 12. Metaph. tex. com. 30. idem. 8. physico. commen. 4. & 15.

Oẽ æternum est actio pura, & ꝙ est actio pura non habet potentiam. 12. Meta. cõ. 30. & 35. & 44.

Omne compositum ex duob⁹, quorum alterum potest esse per se, possibile est alterum esse per se, nisi sit compositio substantiæ, & accidentis. v. g. idomel quia componitur ex aqua & melle, & aqua inuenitur per se, necesse est, vt mel inueniatur per se. 12. Meta. com. 35. idẽ in. 8. phy. com. 37.

Omne compositum ex duobus oppositis si inuenitur vnum eorum per se, & reliquum. 12. Metaphysi. commen. 35.

Omnino quorumcunq; substantia est in subiecta materia horum nihil contingit factum esse non existente quædam materia. 1. cęl. tex. commen. 94.

Oppositum æquiuocatur in arabicis, quia apud arabes, quandoq; oppositũ sumitur pro termino a quo, & quandoq; pro termino ad quẽ.

Opposita quorum potentia est potẽtiam & falsum nisi in eo, quod inna tum est recipere illa. 3. phy. cõ. 24. idem in prædicamentis in sermone de oppositis, idem. 10. Metaph. tex. com. 15.

Opposita duo non posse simul contingere in eodem, est propositio communis pluribus vna scientia. 1. phy. com. 70.

Oppositum intelligitur per suũ oppositum. 3. de ani. com. 21. idem 1. de ani. tex. cõ. 85. 1. cœli. tex. cõ. 40.

Oppositio primo, & essentialiter inuenitur in eis, quæ opponuntur in quanto. 8. Met. cõ. 4 consimile in præmentis, in ca. de quantitate, & in. 10. primę philosophiæ. in com. 53. vide in concor.

Opposita sola non contingit simul existere. 10. Meta. te. com. 17.

Oppositionis quatuor modi sunt. 5. Meta in ca. de eodẽ & diuerso, & in post predicamentis in sermone de oppositis.

Opposita & extrema in artibus, & in naturalibus circa idem susceptibile semp videnť fieri, ex lib. de somno & vigilia, in principio

Opinio & phantasia motus quidam videntur esse. 8. phy. tex. cõ. 26.

Opiniones easdem non semel, neq; bis, sed infinities oportet putare pueniſſe ad nos. 1. cœli. text. cõ. 22. idem. 1. metheor.

Opiniones de mundo sunt quatuor aut ꝙ non sit generabilis & corruptibilis, & est opinio Arist. qui fuit primꝰ inter græcos, qui tenuit hoc, & ante ipsum fuit opinio antiqua Caldeorum. Aut ꝙ sit gñabilis, sed nõ corruptibilis, & fuit opinio Platonis, Aut quod sit generabilis, & corruptibilis, & fuit opinio Empedoclis, & Heracliti, Aut ꝙ non sit generabilis, sed bene corruptibilis, vt sunt loquentes in legẽ maurorum. Commen. 1. cœl. com. 102. vide in concordan.

Opiniones autiquorum hodiernis temporibus imaginari non possumus, neque perficere eas, quia non sunt famosæ. 2. cœli. cõm. 72. idem 1. de ani. com. 26.

Opinio differt a phantasia. 2. de ani. tex. com. 154.

Opinio Hypolepsis est, quam susceptionem dicere possumus, & circa ea versať, quæ aliter se habere pñt. Alex. in paraph. ca. de phantasia.

Opinioni inheret fides, 2. de anima, tex.

tex.com.157. Dicit enim Alex.in paraphrasi de ani.cap.de phantasia q̃ opinio nihil aliud est quam assensus cum ratione & iudicio.
Opinionem Plato dixit esse copulationem sensus,& imaginationis,cuius improbatio ponitur in.2.de anima.tex.com.157.
Opinio vniuersalis non mouet, sed opinio particularis,3.de anim.tex. commen.58.
Opinio est contingentis aliter se habere,sed scientia est necessariorum 7.Meta.tex.cõ.53. & in.6.ethico. ca.4.& in calce.1.posteriorũ analiticorum.
Opiniones stultas admodum scruta ri fortasse stultum est,ex.3.de part tib.animalium.cap.3.idem. 1.topicorum,cap.9.
Opiniones corruptę de prĩcipiis substantiæ sensibilis destruuntur in scientia natutali,& in scientia diuina,sed diuersimode sunt. in scientia enim naturali tractatur de substantiis, vt sunt transmutabiles, & de principiis,vt sunt principia trãsmutationum,& illo modo impugnantur ibi opiniones corruptæ, sed in scientia diuina speculatur de ipsis, vt sunt principia entium & substãtiæ,& hac ratione destruuntur opiniones corruptæ inquantum sunt principia substantiæ & entis,ex tractatu.2.in paraphrasi Met. Ex hoc patet contra fatuos solere volẽtes. Aris. fuisse verbosum & superfluũ, cum de eisdem opinionibus agat in diuersis scientiis.
Opinio sub existimatione quã græci hypolepsim vocant continetur, vt species sub genere. Themi.2. de anima super.7.
Oportet disquisitores non inimicos esse iudicatoros verum sufficienter.1.cœli.tex.com.101.
Operationes consequuntur differẽtias, quæ sunt formæ.3.cęli.commento vltimo.
Operatio est finis substantiæ compositæ,& forma est finis materiæ. 2.Collig.cap.7.
Operationum genera sunt notiora apud nos,virtutes vero sunt notiores quo ad naturam.2.Coll.ca.7.
Operationes accipiuntur in diffinitionibus loco formarum, seu differentiarum,quando differentiæ rerum latuerint.4.cœli.cõ.6. &.26. consimile.8.phy.32.
Operatio est complemẽtum & perfectio operantis.9.Metaphysi. tex. commen.16.
Operatio est finis potentiæ.Them. 2.de ani, super tex.cõ.33.
Operationibus res distinguuntur non figura.Auer.in.1.de gene.animalium in illo cap. vbi ponit improbatio antiquorum,contra Gal. & dat instantiam de mammis mulierum,& marium,cum in figura conueniant,& tamen in mulieribꝰ sunt propter, lac,vt Gal. fatetur,& in maribus sunt ad tutamen cordis,ita cõllum matricis in mulieri, licet sit simile peni in mare; tamen in muliere est ad extrahendam humiditatem,quæ causat delectationem in coitu,sed penis in mare est propter semen,similiter Gal. recusat in oculo talpę esse omnes tunicas requisitas ad oculum, præter telam araneam in qua fit vilio. Etiõ licet oculus talpę similis sit oculis aliorum animalium in figura, nõ tñ hẽt oculi operationem. Similiter ouo subuentaneo nihil deficit, nec in multitudine, nec paucitate,

nec in figura cum ouo coitus,& tamen differunt essentiali differentia,quia ex ouo coitus potest generari pullus,sed ex subuentaneo nequaquam.hæc Auer. & hoc etiam facit contra Scotum in primo sententiarum,distinctione.2.de generatione ex putrefactione, qui ex figura, & magnitudine, & colore probato fr̃o Auer.facit authoritas philosophi in.2 de anima.tex.comm. 38. vbi habetur q̃ instrumenta eadẽ, aut diuersa iudicantur operibus,& est ratio in promptu, quia organa sunt propter opera,sicut propter finem,& a fine vnumquodq; perpẽditur.2.de anima.49.sicut in similibꝰ potentiæ per actus distinguũtur, & innotescunt,quia ex his,quæ primo gerimus,vt.d.Them. & ex his quantæ,& quales sint vires in nobis perpendimus.
Opera quæ vel non sunt naturæ cõmunia, vel singulorum generum propria,horum nullum alicuius gratia;aut est,aut fit, oculus enim alicuius gratia est, sed cæsius non alicuius gratia est,nisi hęc sit affectio generis propria,sed vt quę necessario fiant ad materiam & principium quod mouerit, causæ eorũ referendę sunt. Arist.in.5.de gene. animalium,in principio,inde scire poteris differentiam inter ea, quæ sunt ex necessitate materiæ, & illa quæ sunt propter finem, vide etiã in.2.phy.tex.cõ.85.
Opus antiquum fit ab agente antiquo,& opus nouum ab agente nouo.ex lib.destru. dispu.1. in solutione.13.dub.
Opium est in fine amaritudinis, & adducit propter frigiditatem suam paralisim,& hoc significat q̃ amaritudo sequitur,quandoq; frigiditatem nedum caliditatem.5. Coll. contra Gal & medicos.capi.27.& ibi tollitur rñsio medicoꝝ ad hoc.
Ordo libri physicę auscultationis est primus inter omnes libros scientiæ naturalis.Auer.in prologo ph. & in principio libri Metheo. idem dicit,idem.1 physi.tex.com.4.
Ordinata doctrina debet procedere a primis causis fm ordinem ad vltimas causas.1.phy com.1.&.2. ph. tex.commen.72.
Ordo in animalibus magis est quã in vegetabilibus.2.phy.cõ.83.
Ordinis causa est dignior ordine.8. physi.com.15.
Ordinationis causa,natura est,nihil enim inordinatum est eorum,quę natura constant.8.physi.tex.com. 15.vera est,vt glosat Commenta. in commen.vt in pluribus,quia raro causa uliter res,quædam in natura sunt extra ordinem.
Ordo completus est agere alterum contrariorum continuè.8.physic. commen.15.
Ordinem impossibile est recipere illud quod habet naturam carendi ordine..3cęli.cõ.22.
Ordo propria natura sensibiliũ est, 3.cœli.tex.com.24.
Ordo omnium est.2.de gene.& corrup.tex.com 57.
Ordines formæ sensibilis sunt quinque,vide in commen.libri de sensu,vbi dicit,quòd sunt tres ordines formarum, vnus est corporalis,secundus est spiritualis.& est in sensu communi,tertius est magis spiritualis,& est in virtute imaginatiua.Quorum primus est corporalis magni corticis,& est forma sen-

sibilis extra animam. Secundus est esse istius formæ in sensu communi, & est primus ordinum spiritualium. Tertius est in virtute imaginatiua, & é magis spiritualis. Quartus est ī virtute distinctiua. Quintus est esse eius in virtute rememoratiua, & est magis spiritualis, recipit enim medullam eius, quòd distinguunt tres virtutes a cortice. Auer. in commen. libri de memoria & reminiscentia, ex quo patet sensationem, & iudicium sensuum exteriorum, non constituere aliquem ordinem distinctum a iudicio sensus communis, quia tunc daretur sextus ordo, vnde visio propriè non fit in oculo, licet fiat mediante oculo, nec auditio fit in aure, licet fiat mediante aure. Et ista est sentētia etiam lucidissimi Themistii. in. 2. de anima, in expositione tex. commē. 146. vbi scribit hęc verba formaliter: ex his quæ dicta iam sunt constare arbitror, neque visum in pupilla primum esse, neque auditum in auribus, neque gustum in lingua, sed sensus omnes ī prima illa sentiendi vi sedem habere, & quòd si quandoque diximus quinque nobis esse sensus omnes ex eo accipi volumus, quinque instrumenta haberi, & quinque canaliculos sensibilibus spiritibus, quos tanquàm a fonte vno per instrumenta illa riuatos quinq; sensibus natura distribuit, sensum vero propriè illum primum intelligimus, qui instrnmentis his ceu famulitio vtitur iam ea quæ extrinsecus deferuntur quinque sensibus tanquàm diuersoriis, & domiciliis recipi æquum fuit, at regis ac principiis sedem vnam constitui oportet, quemadmodum enim quamuis multi magistratibus bellionesque pragmatici exceptores assideant, vnus tamen est qui ius habeat sentētiæ ferendæ, ita & hic, tametsi multa instrumenta machinamentaquè sint in quæ rerum simulachra receptentur, vna tamen vis arbitra est, quæ de omnibus sciat, pronuntiet, iudicet, hæc illa vis est qua nos visu videre, & auditu audire sentimus, eadem enim potē tia percipi actiones sensuum necesse est, quia differentias actionum cognoscimus. Alexan. etiam in paraphrasi de anima. in cap. de tactu istam etiam sententiam videtur tenere, vbi clarissime patet Auerr. in hoc a lucidissimo Themistio non dissentire, licet communis latinorum sententia sit in oppositum, sed si bene considerauerint, inuenient istam fuisse magistri sententiam. Arist. enim in libro de somno & vigilia dixit, somnum esse ligamentum primi sensitiui, vnde Auer. in com. d. ꝙ in somno reuocatur sensus cōis ab instrumētis sēsuū, & ꝙ quidditas somni est introitus sensus communis in corpus, & ꝙ vigilia est motus istius virtutis ad instrumēta extra corp⁹, vnde hoc etiam significari potest, vt asserit etiam, quia vigilanti accidit, ꝙ dū fortiter cognouerit de aliquo, ꝙ non percipit sensibilia transeuntia per ipsum, quia tunc contrahūtur instrumenta animæ sensibilis, & inducūt cōem sensum ad interi⁹ corporis, & ad adiuuandū virtutem cogitatiuam, virtus enim cogitatiua viget apud quietem aliorū sensuum. Et ideo homo cognoscit in somno futura, & non in vigilia.

Istud igitur est potissimum signū visionem non perfici in oculo, sed per sensum communem mediante oculo, ad alia enim fortiter intenta delata sub oculis non videmus, quòd nō contingeret si visus esset in oculo distinctus a sensu communi fine rem. Amplius Cōmen. in eidem lib. de somno & vigilia dicit, ꝙ ceci & surdi non carent sensu communi, sed instrumentis per q̄ sensus communis videt & compręhendit sensibilia, vnde mens Arist. & Themist. & Auer. est ista. quòd sensus communis mediantibus oculis causat visionem, & dicitur visus. & mediantibus auribus causat auditionem, & dicitur auditus, & sic de aliis, non ꝙ sint virtutes istæ realiter distinctæ a sensu communi, vt sunt imaginati latini. Dicit enim Auer. in. 2. de anima. in com. 149. ꝙ Arist. quasi opinatur ꝙ virtus primi sentientis melius ē, videatur esse vna forma, & multa instrumentis copulatis cum ea, per quæ transeunt motus sensibilium, quousque copulentur cum ea, quā dicere ipsam esse vnam subiecto & plura secundum formam, quæ describuntur in ea, illud enim esse est eiginius ei, vt est iudicans, istud vero secundum ꝙ est recipiens. Amplius Auerr. in commen. libri de somno & vigilia dicit, quòd sensus communis vno modo est vnus, & alio modo multi. Est enim vnus quia comprehendit omnia sensibilia, & est multi, quia habet multa instrumenta. s. oculū, aures, & aures, &c.

Ordo librorum & partium totius philosophiæ naturalis requiratur in 1. Metheoro. ab Auer. in principio primi capitu.

Ordo non est nisi, aut respectu primi positi, aut intellecti. 5. Metaph. commen. 16. in ca. de priori, & dicitur ex tex. vbi patet ꝙ pri⁹ & posterius sunt etiam ordinis differentiæ. 1. physico. commen. 41. Vide etiam in prædicamento quantitatis, vbi probat quantitates non habentes positionem habere ordinē, quia habent prius & posterius. Ex quo patet ꝙ ratio formalis ordinis non potest consistere sine priori & posteriori peripatheticè loquēdo.

Ordinis carentiæ diffinitio est exitus a via naturæ, & rei ordinatę diffinitio est, vt inueniatur secundū viam naturæ. Commentator elicit in paraphrasi super. 3. cœli, in summa tertia, contradictione tertia, capit. 2. & hoc ex tex. philosophi ibidem. tex. cō. 24.

Ordo non est in substātia. 7. primę philosophiæ. tex. cō. 43.

Ordo est in omnibus entibus, sed non eodem modo. 12. Meta. text. commen. 52.

Ordo in corporibus cœlestibus est absque eo, quòd admisceatur eis aliquid per accidens, sed ordo in his quæ sunt sub corporibus cœlestibus, est cum priuatione ordinis quandoque per accidens. 12. Metaphysico. com. 52. idem. 2. physi. tex. cōmen. 46. & est sententia Aristotelis expressa in primo de partibus animaliū. cap. 1. vide etiam in 8. physic in com. 15. & in. 2. physi. tex. com. 82.

Ordo vniuersi destrueretur si vnus ex cœlestibus motibus cessaret, qa nullus istorum motuum est sine necesse esse, aut sine bene esse. Ex libro destruction. disputatione. 1.

in solu. 11. dub.

Ordo entium sequitur ordinem intelligẽtiarum separatarum, sed ordo nostri intellectus sequitur ordinem entium. Ex lib. destr. dispu. 3. in solu. 18. dub.

Ordo entium sensibiliũ multos habet gradus, quorum vilior est in materia, & nobilior illo est in humano intellectu, & nobilior illo ẽ esse quod habent in separatis intelligentiis. Deinde in separatis intelligentiis dictæ formæ gradus habẽt differentes adinuicẽ, ex eodẽ loco.

Ordines entium in nobilitate & pfectione sunt quatuor, vide 2. cęli, tex. cõ. 64. &. 66.

Ordo & forma quæ in primo principio reperiũtur est nobilior ordinum & formarum, & hic ordo est principium, & causa omnium ordinum & formarum, quæ in hoc mundo inueniuntur. Ex lib. destr. dispu. 3. in sol. 18. dub.

Orbis nõ est in loco, quia omne qđ est in loco continetur a loco, sed extra orbem non est locus. 1. cęli. commen. 100.

Orbis non est in tempore, quia non continetur a tempore. ibid. vide ẽt 4. physi. tex. cõ. 118.

Orbis totus est quasi vnum animal, & est vnus orbis in veritate, cum motus illius sit vnus numero ęqualis in veritate, & motus illæ est sicut motus localis in animalibus, & alii motus, qui existunt in orbib⁹ sunt sicut motus particulares, qui existunt in membris. 2. cœli. commento. 42. idem 12. Metaph. com. 44. Et in libro destru. dispu. 3. in solutione. 18. dub.

Orbis nonus sine stellis inueniri apud me est remotum, nam orbis est stellarum gratia, quæ sunt nobilior pars eius, & propterea quanto plus habet de stellis, tanto est nobilior cæteris orbibus, vnde dari orbem sine stellis apud me est impossibile. in paraphrasi Metaphy. tractatu. 4.

Orbis octau⁹ est prim⁹ orbis authoritate omnium antiquorum. Ptolomeus autem posuit nonum. 2. cęli com. 67.

Orbis primus excellit in nobilitate, & excellentia omnes alios orbes ꝓpter tria. 2. cœli. tex. com. 68.

Orbis primus, est ligatus cum aliis orbibus fm motum & consequentiam. 2. cœli. com. 70.

Orbis primus mouet alios orbes sicut nobilius mouet totum. 2. cœl. commen. 71.

Ordei ptisana infrigidat, & humectat, & adiuuat ad expellendum superfluitates per omnes vias. 7. Colliget. cap. 6.

Oris iuuamentum est mastieatio ei bi, & in ore est aliqualis digestio, secundo Colliget. cap. 9 de iuuamento membrorum officialium. idem Auicen. cap. de humoribus, in prima primi. Nutriens masticatione aliquam recipit digestionem.

Organizatio latet in plantis. 2. de ani. comm. 6. vide causam in. 2. de parti. anima. ca. 10.

Organa trium sensuum capiti sunt demãdata, & vide causam in. 2. de partib. ani. ca. 10.

Orizon est nobilior centro, quia est terminans & centrum est terminatum, & proportio terminantis ad terminatum est, sicut proportio formæ ad materiam. secundo cęli. tex. commen 74. Consimile secundo de generatione & corruptione, tex.

tex. commen. 50. &. 4. cœli, tex. cõmen. 23. &. 35.

Orizonti contrarium est medium, sicut contrarietas est duorum extremorum lineæ rectæ, quæ quidem maxime aduersantur. Auerr. in paraph. 4. de cœlo, in summa primi, cap. 2.

Os est superius in animalibus, & radices in plantis. secundo de anima. tex. commen, 36.

Ossium magnorum coniunctio requiritur, vt quod suscipit habeat concauitatem, quod suscipitur vero & ingreditur indiget gibbositate, quibus natura ligamenta apposuit. Galenus, secundo de vtilita. partium. cap. 11.

Ossa digitorum sunt sine medulla, & sunt dura & spissa. Gal. 1. de vtilitate partic. ca. 15.

Ossa leonis exiguam & perobscurã medullam obtinent ex. 2. de partib. anim. cap. 6. idem. 3. de natura animal. cap. 7.

Ossa instituta sunt a natura ad sustẽtandum carnem. 2. de partibus animalium. cap. 8.

Ossium multitudo in corpore est ꝓpter multitudinem motuũ. 2. Colliget cap. 8.

Ossa aliquibus membris data sunt ad custodiam, vt ossa pectoris. ibi. Ossium & venarum natura similis inuicem est. Ex secundo de partibus animalium. ca. 9.

Ossium principium est spina dorsi. ibidem.

Ossa leonis ex sui attritu forti, ignẽ excutiunt. ibid.

Ossium matus iuuamentum est ad fortificandum, & stabiliendum corpus, sunt enim sicut fundamentum corporis & iuuamentum, secundum est ad tuendum & abscõdendum, vt os cranei respectu cerebri, & ossa pectoris respectu cordis. 2. Colliget. capit 8. de iuuamentis membrorum consimilium, vbi ponitur etiam tertium iuuamẽtum, & est, vt possit fieri resolutio superfluitatum vaporosarum, sicut sunt commissuræ, quæ sunt in craneo.

Ossis & cartilaginis natura eadem est, quapropter neutrũ præcisum recrescere potest. ibid.

Ossa hominis sunt 348. absque ossibus paruis, quæ replent spatia iuncturarum, & absque osse epiglotis, & absque osse cartilaginoso, qđ dicunt aliqui anathomici, quod est in corde. 1. Coll. in cap. de anathomia dentium & ossium.

Ossa capitis humani sunt absq; dentibus viginti tria. Auer. 1. Col. cap. de ossibus capitis.

Ossa manus sunt triginta. ibid.

Ossa pedis sunt. 29. ibid.

Ossa spondilium a capite vsq; ad os nominatum agit, sunt. 24. sed alii qui sunt qui habent vnum plus, & aliqui habent vnum minus. ibid.

Ossium omnium vltimum in homine concrescit, quod cerebrum obtigit. primo de natura animalium cap. 7.

Os capitis in muliere habet vnam suturam in orbẽ, os viri habet tres. ibid. licet vt. d. visum sit etiam os viri, sine sutura.

Ossa leonis nullam intra se continere videntur medullam, quia valde exiguam, eãq; in paucis continẽt. 3. de natura ani. cap 7. vide tamen clarius. cap. 10. vbi dicit, ꝙ ossa leonis partim nullam, partim exiguã admodum habent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ossa non semper augentur, sed pili & his cognata augentur, quandiu insunt, & magis cū corpora egrotant, aut senescunt, & vide cām in 2. de gnatione anīalium. cap. 4.

Ossa præcisa nō recrescunt, nec cartilago rupta reparatur. 3. de natura animalium cap. 7.

Oscitantes aut spiritū reddētes accipiente sue minus audiunt. Aristot. in 5. de gnatione animalium. cap. 2. & ibi redditur causa.

Oscitatio quid sit. vide 3. colligēt. capitu. 30.

Ouum subuentaneum & ouum coitus non differunt in figura, nec in multitudine & paucitate, sed differunt essentiali dīa, quæ est forma aīata qua pullus est pullus, & ex ouo subuentaneo. Arist. summit argumentum ꝙ mas præstat fœtui ipsam formam, & femina materiā, quia in ouo subuentaneo nihil defecit nisi receptio formæ animatæ, materia. n. in se tota reperitur in eo Auer. 1. de gnatione aīaliū. cap. vbi ponitur īprobatio antiquorū. vide Aristo. ēt ibid. cap. 195. in 1. de generatione animalium.

Oui gallinæ albugo est magis omni alia re mitigans in mordicationibus, 5. colliget. 48.

Oui vitello siue albumine medici noui quare in vulneribus vtuntur vide ibidem.

Oua subuentanea ferentes aues ex subuentaneis secunda redduntur. 1. de gnatione aīalium. cap. 20. & 6. de natura aīalium. cap. 2.

Oua piscium ouiparorū vbi a femina ędita fuerint mas super ouis semen aspergit. ibidem Arist.

Oua & vermis differunt. Alia. n. quędam pariunt ouum quædā vermē, sed ex ouo vna pars est materia animalis excogniti, reliqua vero nutrimentum, sed vermis in animalibus gignētibus vermem vt in spontē nascentibus est materia generationis animalis tm̄, non autem alimentum aliquo mō. Arist. & Auerro. sententia in principio secundi libri de generatione aīaliū. cap. 1.

Oua subuentanea non sunt reliquię partus, quē coitus fecerit 6. de natura animalium. cap. 2.

Oua aquaticarum auiū & terrestriū differunt, quia oua auium aquaticarum plus lutei continent ꝓportione quām albi, & differunt etiam colore. ibidem.

Oua oblonga & fastigio cacuminata feminas edunt, sed oua rotūda, & ptē sui acutiore obtusa edūt mares. ibidem.

Oua gallina incubante si tonuit pereunt. ibidem.

Oua omnia auium sunt bicolora, & similiter omnium pedestrium seu quadrupedum. i. habent colorem album & citrinū, albū vocatur albumen, citrinū vero vocatur vitellus. Ex 3. de generatione animaliū cap. 1. in Auerro. & ēt in text. vide ēt sexto de natura aīaliū. cap. 2.

Oua piscium sunt vnicolora. ibidē, & vide cām diuersitatis, quia oua auium sunt bicolora, & pisciū vnicolora.

Ouū est excrementū sicut mēstruū in femina. ibidem.

Oua subuentanea sunt minora & insuauia propter inconcoctionem. 3. de gnatione animalium. cap. 1.

Oui albumen est initium generationis animalis, ex quo animal generatur, vitellus autem ad nutrimentum pertinet. Et inde ēt colligitur albumē oui esse calidius. Contra medicos quam sit vitellus qui est terrestrior. Ex 3. de generatione animalium cap. primo, & secūdo. Vide etiam pro hoc Auer. ibidem cap. 2. vbi adducit rationes euidentissimas ad hoc. Et animaduerte bene dicta Auer. cōciliantis dicta Meorum cū dictis Philosophorū. Nam medici concedunt inueniri aliquas res calidiores aliis, quum tamē sint frigidiores in respectu corporis humani, & ideo dicta eorum non contradicunt dictis Aristo. Et tenta bene hoc, quia in multis deseruiet tibi.

Oui pars superior est magis dura inferior, vide causam in 3. de generatione animalium. cap. 2.

Ouorum partus atq; animalium e contrario modo prouenit, animal enim conuersum in suū caput prius q; exit, at ouum quasi conuersum in pedes nascitur, & vide causam ibidem.

Ouum in vtero quomodo augetur. vide ibidem.

Oua temporibus calidis deprauantē sicut vina fece subuersa temporibꝰ calidis coacescunt. 3. de generatione animalium cap. 2.

Ouum a nullo exangui animali generatur. ibidem.

Oui candidum & luteum contrariā naturam habent, luteum enim generatur & coit, calore vero humescit, at candidum gelu non congregatur solidescit. 3. de generatio. animalium, cap. 2. idē sexto de natura animalium cap. 2.

Oua plura si in patellam conquassentur bene, & postea decoquūtur vel ad pepensim, inuenies ex omnibus luteum in medio, & albumen circūambiens luteum. in sexto de natura animalium cap. 2. & vide causam ab Auer. in 3. de generati one animalium. cap. 2.

Oua auium omnia perfecta ędūtur, piscium vero oua imperfecta ęduntur, quapropter semine maris asperſa fecunda redduntur. Ex tertio de generatione animalium, capitulo quinto.

Oua gallinarum sunt meliora cęteris, & decocta cū oleo maxime nutritiua sunt. 5. colliget cap. 36.

Oua piscium non sunt bicolora vt auium, sed vnicolora. 6. de natura animalium. cap. 10.

Oua in cubitu auium aperiri & fœtum excludi naturę ratio est, non tamen ita solum oua aperiuntur, sed etiam sponte in terra, vt in ęgypto obruta fimo pullicię pereant, & syracusis potator quidam ouis sub scoria in terra positis tādiu potabat, donec oua ederent fœtum: iam vero & quum in vasis quibusdam tepidis essent concocta sponte oua pullos prompsere. 6. de natura animalium. cap. 2.

Oues potu maxime pinguescunt, quamobrem æstate salem die gnto dari soliti sūt singulis cētenis singulos modios: sic enim pecus incolume atque pinguis redditur. octauo de natura animalium. capitulo decimo.

Oues præcipue ex superabundanti renum pinguedine intereūt, quod vbertate pabuli fit, vt in sicilia agro leontino fieri constat, quocirca sero diei agere oues ad pascua pastores loci illius solent. Aristo. tertio. de natura animalium. cap. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De litera P.

PAlatum nonnullis piſcibus vice linguæ datum eſt velut inter fluuiales cyprino. Ariſto. in. 4. de natura animal. ca. 8.

Pallidum non differt ab albo ſecundum magis, & minus, ſed ſm qualitatem. 6. phy. cō. 32.

Papilionum generatio ex erniis fit. 5. de natura ani. ca. 19.

Partuum multitudo & vnitas vnde proueniat. vide cauſam. in. 4. de gene. anima. ca. 4.

Partus fęminæ tardior eſt, dolor ēt ex fęmina continuus obtuſiorque eſt, ex mare acer & lōge moleſtior. 7. de nutura ani. ca. 4.

Pariundi tempus huiuſmodi prę cæteris animalibus multiplex eſt. nā & ſeptimo, & octauo, & nono mēſe parere poteſt. ibid.

Partus difficilis eſt mulieribus in otio degentibus: & quibus non bona latera ſunt, neq; facultas retinendi ſpiritus ſuppetit. 7. de natura animalium. ca. 9.

Panis furfuraceus & fermentatus facile digerit. & vide cauſam. 5. Colliget. cap 31.

Panis azimus eſt groſſus & viſcoſus. ibidem.

Panis nimis fermentatus nō eſt bonus. vide cauſam ibid.

Parum & multū de neceſſitate ſunt ſub eodem genere. 3. Col. ca. 31.

Paruum in magno continetur, magnum in paruo haberi non poteſt ex. 2. de partibus animalium. capitulo vltimo.

Partes animaliū aliæ ſimilares, aliæ diſſimilares. 1. de hiſtoriis animalium. cap. 1.

Partes animalium diſſimilares, aut ſunt eadem ſpecie, aut genere, aut proportione, aut ſm magis & minus differentes. ibid.

Partes ſimilares alię molles & humidæ, aliæ ſiccæ & ſolidæ. ibid.

Pars ad partem ita ſe habet, vt totū ad totum. 1. de hiſtoriis animaliū capitu. primo.

Partes officiales humani corporis ſunt caput, collum, thorax, brachiū duplex, crus duplex. 1. de hiſtoriis animal. cap. 7.

Partes interiores hominis ſunt incertæ & incognitę: quamobrem ad cę terorū animalium partes, quarum ſimiles ſunt humanæ referētes eas contemplari debemus. Ariſt. 1. de natura anima. cap. 16. Nota tamē quòd de partibus exterioribus eſt oppoſitum, vt patet in eodem hib. capitulo. 7.

Partes ſimilares, quæ ſint vide in. ſ. de natura animalium. capit. 2. vbi animaduerte ☿ ſanguinis partes ſimilares ponit & pituita & atrabilis q̄ bilis atra, & flaua ponūtur in ter excrementa ſm Ariſtot. & ſunt etiam ex numero ſimilarium.

Parte aliqua corporis opportuna mutata, tota aīalis cōſtitutio mutato mutat' forma, quod in ſpadonibus eſt cernere. Ariſt. 4. de generā. anima. ca. 1.

Partes exangues non ſentiunt. ex. 2. de partib. ani. ca. 10.

Pars ſuperior animaliū eſt calidior inferiori, & dextra ſiniſtra, & anterior poſteriori, & mas fęmina. ex 2. de partib. anim. ca. 3.

Particulare licet ſit ens in rei veritate: de eo tamen non fit demonſtratio. 12. meta. 28. com. idem. 7. meta. tex. com. 53. Particulare ſolū eſt ens in rei veritate. 12. meta. cō. 27. & 28. & in 2. de generatione & corru. tex. cō. 59.

Partes compoſiti ſunt in compoſito in potentia non in actu: & ideo cōpoſitum non eſt in actu vnum in actu, & forma per partem dominā ſim & ſi non eſſet vnū in actu. 10. metaphy. cō. 23. vbi patet non dari maximum ęquale ad pondus: ſed oportet in vero mixto dominari vnum elementum. quod habet reſpectu aliorum dñatorum vim formæ. & illud eſt quod largitur mixto motum naturalem. vt d. Philoſoph⁹, & Cōmen. in 1. cę. t. c. 7. & 8. Partes multipliciter dī. 7. meta. tex. cō. 33. idem 5. tex. cō. 30.

Pars dicitur duobus modis ſm qualitatem, & ſm q̄titatem. 7. meta. tex. cō. 33. & differunt, vt ibi dī: quia diffinitiones partiū qualitates ſunt poſteriores diffinitione totius & totis præcedunt diffinitione totius & totum. De iſta duplici diuiſione partiū vide ēt in 1. phy. cō. 5. & 36. Partes animalium q̄n aīa ſeparatur fit equiuoce. 7. meta. tex. cō. 35. & 37. & 49. idem in 4. methe. in fine. idem ſn 1. de partibus animalium. cap. 1. habetur. vbi Philoſophus. d. ergo ſi aīal vel aīa, vel pars animæ, vel nō aīa eſt q̄primū anima a corpore diſceſſerit animal eſſe deſinit, neq; mēbrum vllū niſi figuræ ſuæ ratione idem relinquitur modo eo quem quæ fabulæ tradunt in lapidē tranſiſſe, & ibidem dicit ☿ homo mortuus, quanq̄ figuræ formā habeat, eadē tamen hō non eſt. Adhuc ſeri non pōt vt manus ſit quocūq; modo conſtans vt ænea, aut lignea niſi equiuocatione nominis.

Partes rei ſm diffinitionē præcedunt rem in eſſe. 1. phyſi. cō. 28. 2. phyſi. 28. 1. de aīa. cō. 5.

Partes diffinitionis præcedunt diffinitum. 1. phy. cō. 29.

Partium aliæ ſm quantitatem, aliæ ſm qualitatem 1. phy. cō. 36. & 7. meta. cō. 33. Partes ſm qualitatem ſunt partes eſſentiales vt materia & forma: quantitatiuæ vero pārtes ſunt partes integrales, vide Alexā. in paraph. de aīa. cap. 4. vbi probat animam eſſe inſeparabilem a corpore. de differentia iſta partium cōtra Stoicos pulchre. vbi ait nō oēs partes corporis eſſe corpora, ſed ſolū partes quæ pertinent ad quantitatem non ad qualitatem.

Pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia. 2. de anima. cō. 2. & 1. phy. cō. 70.

Pars eſt mā totius. 3. phy. tex. cō. 66. & 2. phy. tex. cō. 31.

Pars quando ſeparatur a toto, & fit totum pōt p ſe moueri. 4. phy. cō. 32. & 5. phy. cō. 1.

Partes mundi mouentur tribus modis, quædam circulariter, quædam ſurſum, quædā vero deorſum. Cōmenta. 4. phy. cō. 43. & tex. intelligitur de partibus primatiis, ſicut ſunt tria corpora ſimplicia ſ. graue, & leue, & corpus quod neq; graue eſt neq; leue.

Partes conſimilium corporum dum non ſunt diuiſæ in actu a toto, ſunt in loco in potentia. 4. phyſi. tex. cō. 44. & 45.

Pars niſi ſurſum ponatur, nō erit in loco, ſed in toto. 4. phy. tex. cō. 65.

Pars menſurat totum, quia totum componitur ex partibus 4. phyſic. tex. cōmen. 89.

Pars poteſt per ſe moueri quando ſeparatur a toto & fit totum. 5. phy. cōmen.

com.1.&.4.phy.com.32.&.8. phy sico.27 &.1.de anima.37.& quin to physico.17.
Partes magnitudinis ex quibus generatum generatur sunt diuersæ in specie.6.physi.com.59. vide.4. cœli.comm.41.
Partes non mouentur per se ad mo tum totius,neq; mouentur per accidens pure,sicut accidentia.6. phy sico.com.86.&.5 physi.com. 1.4. phy.com.32.1.de ani.cõ.37.
Partis natura & totius eadem est. 8. physi com.15.
Partes corporis simplicis non simul mouentur sicut mouentur partes corporis figurati, sicut apparet in circulis qui fiunt in aqua, quando lapis cadit in ea.8.ph.cõ.82.
Partes quantitatiuæ potentia dicuntur esse in toto,vel potentia pura, & est quando sunt continuę,vel qñ sunt in actu in ipsa re, sed sunt illi alligatæ, vel inuicem coniunctæ,& tunc dicuntur esse in potentia fm posterius.in paraphr. meta.tex.1. ca.de potentia & actu.
Pars mouetur ad totum non fm q̃ est totum,sed fm q̃ est in suo esse naturali:locus enim partis & totiꝰ vnus & idem est.1.cœli.cõ. 58. idē Aristo.in.4.cœli.tex.com.22. vbi scribit q̃ si quis transponat terram vbi nunc est luna,non mouebitur pars terræ ad totam terram.
Partes animalium aliæ communes, aliæ propriæ.1.de hysto.ca.2.
Partes corporis naturaliter sunt ex natura corporis cuius sunt partes. 2.cœli.tex.com.41.
Partium quædam sunt formales, & quædam materiales.7. Meta. text. comm.35.&.37.
Partes consimiles quomodo describãtur.vide.5.meta. comm.4.&.1. cœli.com.19.
Pars vna non operatur in actu,sed in potentia,quoniam vnus vir de triginta non mouet nauim solus, & cũ motio eius coniungit̃ cũ præparatione & potentia proueniente a vigesimo, non mouebit nauim necessario.septimo physico. commento.37.
Parmenides mulieres calidiores viris opinabatur, argumento copia sanguinis,qua menstrua fiunt. Empedocles vero econtrario.ex.2. de partibus ani.ca.3.
Parmenides existimabat, q̃ entia sunt duobus modis vera, & exilti mabilia,& vera sunt intelligibilia, & sunt vnum, existimabilia vero sunt sensibilia & sunt plura.1.phy sic.commen.41.
Parmenides asseruit primũ deorũ, amorem dicens, cunctorum illæ deus primum produxit amorem, ex erratis.1.Meta.cap.2.
Parmenides vnum dixit esse principium quo ad rationem, Melissus vero quo ad materiam, quia hic quidem finitum,illę vero infinitũ id ait esse.ibid.
Parmenides nõ solum vnam ponit eẽ causam,sed & duas aliqualiter. ex erratis primi metaphysi. quod qũo sit intelligẽdum vide Alex.q̃ adducit verba Theophra.in.1.lib. de rebus nãlibus:inquit.n.Parmenides,heleata qui huic.i.xenophani successit vtraq; via ingressus est statuit.n. vniuersum esse sempiternum & generationem rerum tueri conatur,non q̃ similẽ de vtroq; sniam habeat:sed re vera vniuersũ vnum esse ratus, idęq; ingenitũ, & globosum ad tuẽdũ gñonẽ ex opinione vulgi rerũ apparẽtium duo principia facit ignem & terram,alterum & mãm alterum & cãm, & efficiens.consimilem sniam scribit Cõm.in.1.physicę auscultationis.
Propter famoſitatem iſtius diuiſionis. ſ. quoniam omnes intentiones diuiduntur in habitus quieſcentes & mobiles conueniunt omnes gen

es in hōc, ꝙ poſuerunt principia nominationum nomen, & verbū, & poſuerunt indeclinabile inter il la ad collationem, & poſuerunt nomen cuilibet formæ quieſcenti, & verbum cuilibet formæ mobili. 5. phyſi. comm. 9. inde patet dictum grammaticæ ſpeculatiuæ, ꝙ nomē ſignificat per modum habitus, & per ſe ſtantis, & verbum per modum actus, & per modum fluxus, & fieri, &c.

Proceſſus in infinitum eſt in potentia non in actu. ſexto phyſicorum 58. commen.

Proprietas quia ſequitur proportionem menſurarum entium poſſibile eſt inueniri in vna re proprietates quaſi infinitas, & res quæ eſt propinqua infinito, non poteſt ſciri perfectē per arbitrium. 5. Collig. ca. 4. vbi loquitur de proprietatibus medicinarum.

Proterbium, ſemper aliquid noui affert Aphrica, vnde emanauerit, Proterbium, qua cerui amittūt cor nua, vnde emanauerit videī. 9. de natura ani. cap. 5.

Probabilia impoſſibile eſt vt ſint falſa rotum. 3. de ani. com. 5. in ſo. 2. gōnis, iuxta finem. idem in com. lib. de ſenſu & ſenſa.

Probabilia ſunt magis dilecta comuniter quàm demonſtrabilia. 1. libro deſtru. diſpu. 3. in ſolutio ne 33. dub.

Probabile eſt ꝙ qui cōſiderat de naturā alicuius debet perſcrutari de accidentibus illius, & cum hoc ꝙ ē probabile eſt verum. 2. phyſi. text. commen. 17.

Prouidentia proculdubio videtur eſſe de particularibus ex parte ſo

mniorum veridicorum, & ſimilium, ex pronoſticis futurorum, quæ quidem in veritate eſt prouidentia in ſpecie, ex diſpu. 16. in ſolutione. 3. conſimile in commen. ſuper libro de diuinatione quæ eſt ſecundum quietem.

Propheta quilibet eſt ſapiēs, ſed non quilibet ſapiens eſt ꝓpheta, & eſt veriſſima propoſitionum, ex phyſicis diſputationibus, diſpu. 4.

Prophetia, vt tradunt antiqui fit ab ipſo Deo glorioſo mediāte aliquo ente ſpirituali, quod nō eſt corp', & eſt tribuens intellectum humanū apud eos, & eſt id quod appellant moderni intellectum agentē, & appellatur in lege angelus.
Ex diſputationibus phyſicis, in diſputa. 1. in ſolu. 2. dub.

Prophetia venit in diſpoſitiōe ſimili epilepſiæ. Comm. in com. lib. de diuinatione ſecundum quietem, & ibi vide cauſam.

Propoſitiones cathegoricæ ſubſtantiales quas format intellectus de rebus compoſitis, differunt ab illis quas format intellect' de rebus abſtractis, quia diſpoſitio & diſpoſitum in rebus compoſitis, licet ſint vnum in actu, ſunt tamen duo in potentia, quando intellectus diuiſit vnum ab altero, ſed in rebus abſtractis reducuntur ad vnam intētionem omnibus modis, & nullus modus erit quo prædicatum diſtinguatur a ſubiecto & diſpoſito extra intellectum. ſin eſſentia rei, ſed tamen intellectus in talibus non intelligit nomina ſynonima, ſed ea intelligit eſſe differentia ſecundū aſſimilationem. 12. primæ philoſophiæ. com. 39. vbi ex mente Cō mē. diſtinctio attributorum in diuinis

uinis non est ex natura rei, sed secundum modum intelligẽdi, quã viam etiam multi ex nostris Theologis sunt secuti.

Propositio illa dicens, cõueniens fieri a conueniente, tribus conditionibus verificatur, videlicet in causa agẽte, & nõ in instrumẽto, & in propinqua non remota, & in essentialiter, & non per accidens agenti bus. 12. Meta. com. 24. authoritate Alexandri.

Propositio dicens ꝙ omne quod ẽ in actu prius fuit in potentia, non est vera, nam si ita esset, potentia simpliciter præcederet actum, & si ita esset, res mouerentur ex se sine motore. 12. meta. com. 32. vide. 9. meta. tex. com. 13. &. 3. de ani. tex. com. 20. &. 27.

Propositione minori infinita existẽte in prima figura, hoc est, de prædicato infinito, erit concludens, nõ autem si fuerit negatiua. 1. physic. commen. 10. &. 1. prior. tex. commento. 7.

Propositio cuius subiectũ est æquiuocum nõ habet subiectum essentiale, ex paraphrasi meta. tracta. 2. in principio. idem. 4. Metaphsico. commen. 2.

Propositiones assimilantur materię quia sunt in potentia conclusio, & conclusio in eis est, quasi forma. 2. phy. com 31. &. 74.

Propositio vniuersalis mouet quiescendo, sed propositio particularis mouet imminendo, instandoque actioni. 3. de ani. tex. cõ. 58.

Propositio aliqua ẽ vera per se, quæ tamen est falsa per accidens. Commenta. 6. physico. commen. 15. de motu qui inquantum motus est velocitabilis in infinitum, sed pro quãto accidit motui ꝙ fuit in meo tis nãlib. sic est falsa p accidens, cõsimile de diuisione lineæ in. 71. 4. phy. inuenies ab eodem.

Propositio dicens, ꝙ duo opposita non possunt esse simul in eodem est cõis pluribus scientiis, & propositio dicens ꝙ illud ex quo aliquid transmutatur, & illud ad quod trã smutatur sunt opposita, est propositio cõis, & fm subiectum, & secundum prædicatũ. 8. ph. com. 70. colligę ibi cõitatem propositionis, ex quot causis colligi possit.

Proportiones aliquæ sunt de quib⁹ dixit Albumazar, quæ non inducunt ad primæ certitudinis ordinem, sed tamen nullus sensus contradicit eis, neque ratio, ex. 1. cœli, commen. 15. &. 22.

Propositiones naturales sunt dubitabiles propter duas causas, aut rõne aliarum propositionum probabilium quæ sunt contrariæ illis, aut propter existimationem ꝙ principia scientiæ naturalis debent esse in fide, sicut principia geometriæ. 1. cœli. commen. 90. Vide in. 2. meta. tex. com. 16.

Propositiones essentiales logicales, & disputabiles differunt. Cõmẽ. in paraphrasi. 1. de cęlo & mundo, in summa. 7. in fine. Vide & pondera quia multum tibi deseruiet illa doctrina in quamplurimis locis.

Propositionibus ambiguis in demõstrationibus vtimur quãdoq; præsertim vbi secus fieri non potest nulla præmanibus habentes principia, nisi id genus. Comm. in paraphrasi secundi de cœlo, summa. 2. quæsito primo. Intelligit autem per ambiguas in quibus prædicata non dicuntur vniuoce, sed analogicè,

logicè, consimile in secũdo destruction. disputa. prima, in solutione tertii dubii.

Propositiones quas habem⁹ præmanibus de corporibus cœlestib. pauce sunt, & dicuntur ferè æquiuoce, quia extractę sunt ab animatis, q̃ sunt hic, & de istis & de illis anima num dicitur ferè æquiuoce. 2. cœli. commento. 60.

Propositiones famosæ alicuius artis sunt illę in quibus nulla est disceptatio inter eius professores, ex parata. Meta. tract. 4.

Propositiones hypotheticę cõtinuatiue in quibus est cõsequens possibile esse cum antecedẽte, necesse ẽ semper, vt destruamus antecedens & concludamus oppositum consequentis. 1. de ani. com. 13. authoritate Themi.

Propositiones primi modi dicendi per se habent prædicata, quæ sunt causæ subiectorum, sed propositionum secundi modi dicendi per se, subiecta sunt causæ prædicatorum. 2. de ani. cõ. 67.

Propositiones in eo, ꝙ proportiones non sunt agentes, sed in eo ꝙ qualitates. 2. de ani. com. 143. & ratio est quia sunt relationes, & relatio non est de principiis actiuis, & ratio ẽ, quia omne quod agit, agit fm ꝙ est in actu, relatio autem extra animam non est in actu, sed in potentia Vnde quidam reputauerunt prædicatum relationis esse de secundis intellectis, quia est debilis entitatis. 12. Meta. comm. 19. & sic etiam numerus non est de principiis actiuis, quia esse eius in actu est in anima, & extra animã in potentia. 4. phy. cõ. 131.

Proportiones & virtutes quæ fiunt in elementis a motibus solis & aliarum stellarum sunt illę quas reputat Plato esse formas & eas intendit, sed longe inspiciebat eas, quapropter dixit formas esse. 12. Meta phy. com. 18. prope finem.

Proportiones omnes & formæ sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore. 12. primæ philosophiæ. commen. 18. in calce com. Vide in concordan. nuper æditis.

Proportio quæ est in mobili ad motum est proportio materiæ ad formam. 9. Meta. com. 11.

Proportio diffinitionis ad diffinitionem est sicut proportio quidditatis ad quidditatem. 7. Metaph. tex. commen. 14. &. 15.

Proportio vitæ hominis ad motum continuum est sicut puncti ad lineam, & sicut finiti ad infinitum. Com. in prologo. 1. phy.

Proportio totius ad totum est sicut proportio partis ad partem, vera ẽ quãdo ambę sunt finitæ, sed si fuerint infinitæ ambæ, aut altera, vera non est propositio, quia infinitas nõ est magis neq; minus, nec ęquale. Ex lib. destru. dispu. 1. in solutione quinti dub.

Proportiones in eo, ꝙ proportiones non sunt agentes, sed in eo ꝙ qualitates. 2. de anima. commẽ. 143. ex quo patet ꝙ relatio nõ est de principiis actiuis.

Proportio quæstionum ad animã similis est proportioni ligamenti ad membra, & proportio scientiæ acquisitæ post illas quæstiones est similis propoitioni motus quæsiti post dissolutionem ligamenti. 3. Meta. com. 1.

Proportio impedientis ad impediẽs est

est sicut proportio motus ad motū & hoc in motibus violentis, quando motor fuerit idem, siue impedimentum sit ex medio, siue ex ipso moto. 4. phy. com. 71.

Proportio eius quod congregatur ex duabus potentiis supra duo pondera, non est sicut proportio solius potentiæ ad vnum pondus. 7. phy si. com. 38.

Proportio quælibet composita ex duabus proportionibus finitis, est finita necessario. 8 physicor. commento 68.

Proportio temporis ad tempus est sicut proportio motoris ad motorem. 8. physico. 80. idem. 7. physic. tex. com. 35. & 36.

Proportio corporum circulatiū in velocitate & tarditate est, non sicut est proportio spatii ad spatium, sicut est in rectis, sed est secundum proportionē magnitudinis, & paritatis ipsorum mobilium. 2. cęli. com. 46. & tex.

Proportio nulla est inter magnitudinem corporum cęlestium, & magnitudinem corporum facientiū tonitrua, neq; in magnitudine, neque in violentia motus, neq; in velocitate. 2. cęli. cō. 53.

Proportio superficiei ad corpus, est sicut lineæ ad superficiem, & sicut puncti ad lineam. 3. cœli. cō. 5. vide in concord.

Propinquitas est necessaria ī actione tam potentiarum irrationaliū quàm rationalium. 9. Metaphysi. commen. 10.

Propinquitas est causa deceptionis, colligitur ex. 3. physi. com. 15. vbi Cōm. ex sententia philosophi allegat causam errorisantiquorum p̄ ipter quam collocauerūt ipsum sub priuatione, & primam causam expressit philosophus in tex. com. 14 nam cum omne ens sit, aut in actu aut potentia & motus, neq; actus, neq; potentia tantum est, vnde vt inquit Com. ibi in com. latuit eos actus medius inter actum & potentiam, secundam vero causam explicat Cōm. in com. 15. quia motus est actus imperfectus, & actus imperfectus est propinquus priuationi, ideo iudicauerunt ex propinquitate ipsum priuationem esse, & est etiam sententia Augustini, q̄ ꝓpinquitas & similitudo sunt causæ erroris, & deceptionis. Alia etiā est causa deceptionis inseparabilis consecutio vnius rei cum alia re, quam Cōm. expræssit in. 4. phy. in com. 95. vbi dicit multotiens existimatur q̄ illud quod sequitur rē sit ipsa res, propter hanc enim causam asserit philosophus ibi antiquos fuisse deceptos asserētes tempus formaliter esse motum, & propter eādem causam Stoici asseruerunt, vt scribit Alex. in paraphrasi de anima. quantitatem non esse distinctam a substantia in qua sentētia perseuerant nominales. Et propter eandem causam, Subtilis Doctor tenuit proprietates rerum non distingui realiter a subiecto, & de multis aliis consimilibus.

Propinquitas & distantia non sunt nisi per translationem. 8. phy tex. commen. 55.

Pruinæ & roris locus est vnus, & materia vna, & agens vnum, sed diuersificantur propter fortitudinem agentis & debilitatem. 1. Metheor. commen. 4.

Pseusippus plures substātias ab vno inchoauit, & principia cuiuslibet substantiæ

substantiæ esse dixit, aliud quidem numeratorum, & aliud magnitudinum esse. 7. metaphysico. tex. com mento. 5.

Ptolomeus posuit plures motus luminaz, & aliis stellis, quos, nullus ex antiquioribus posuit. 12. primæ philosophiæ. com. 45. Vide etiam. 2. cęli. com. 62.

Ptolomeus non posuit soli aliam latitudinem nisi in respectu æquinoctialis, sed antiqui opinabantur, q̄ vltra istam latitudinem ab æquinoctiali habet aliam a zodiaco 12. Meteo. com. 46.

Ptolomeus posuit, q̄ in cœlo sunt sphęræ, quarum poli sunt perfora ta. 1. cœli. cō. 10.

Ptolomeus posuit quinq; motus in luna, cum antiquiores non posuerint nisi tres tantum. 2. cœli. commento. 60.

Ptolomei sententia successio orbiū in nobilitate nō est secundum ordinem in motibus. 2. cœli. comm. 62. vide in. 12. primæ philosophię. commen. 44.

Ptolomeus tenuit q̄ sub æquinoctiali fit habitatio, & similiter Auic. li. 2. ex Arist. oppositum senserit. ex. 2. metheo. ca. 2.

Pulmo in habētibus pulmonem bipartitus esse expedit. 1. de natura animalium. capi. 16. & ibi vide an spiritus per arteriam inspiratus ingrediatur cor, nec ne. vide etiā de pulmone in. 3. de natura animal. capitulo. 3.

Pulmo sanguinis plurimum ex mē bris omnibus continet, errantque qui ipsum inanem sanguinis arbitrantur. 1. de natura animalium. capitulo. 17.

Pulmo solus secundum Gale. nutritur per cor, cuius tamen oppositū sentit Arist. ex. 3. de partib. anim. Auer. in cap. de corde.

Pulmonis motus initium est a corde secundum Aristo. contra medicos. 3. de partibus animalium. cap. 6. & Auerro. ibidem in capitulo de pulmone.

Pulmone ablato hæc duo simul auferuntur, & dexter ventriculus cordis, qui gratia pulmonis genitus est: pulmo enim vocis & respirationis est organum. Gale. 6. de vtilita. particulari. capit. 9. & nota q̄ contradicit Aristo. in hoc de numero vētri. cordis. ibi.

Pulmo est organum respirationis, & vocis. 3 de partibus animalium. vide etiam Galenum. 7. de vtilita. particu. cap. 3.

Pulmonis motus est a corde. 3. de parti. ani. ca. 6. contra medicos.

Putredo vel putridum excrementū rei concoctæ est, quapropter nihil putrescens gignitur. Arist. 3. de generatione. anim. ca. 11.

Putrefactio est contraria generationi. 4. metheo. te com. 3.

Putrefacta in principio fiunt humida, in postremo vero fiunt sicca. 4. metheor. tex. com. 4.

Putrefactio est corruptio quædam in vnoquoq; humido propriè sua naturam caliditatis, ab alienacaliditate. 4. metheor. tex commen. 52.

Et pondera cōtra rudes aliquos medicorum, asserentium hanc diffinitionem putrefactionis datam ab Aristo. non conuenire putrefactioni contingenti in humoribus; vnde febris putrida causatur, cum tamen Gale. medicorum princeps in. 2. de differentiis febrium ca 9. vbi disputat an sit febris ex putri-

do ſanguine fundamentum hoc ꝓ mittens quomodo ſanguis poteſt putreſcere, hãc diffinitionẽ ab Ariſto. aſſumit.

Putrefactionis duplex eſt cauſa, vna primaria, & per ſe, alia ſecundaria, & quaſi per accidens. 4 metheo. in ſua ſumma. 5. Col. ca. 43.

Putrefactio eſt communis paſſio, & frigiditatis propriæ, & caliditatis alienæ. 4. metheo. tex. cõ. 5.

Putrefactio minus contingit in frigoribus, q̃ in æſtu. 4. methe. t. c. 6.

Putrefactio duplex quædam eſt per viam congelationis, & iſta contingit in hyeme, quędam per viam cõbuſtionis & diſſolutiõis, & iſta cõtingit in æſtate. 4. metheo. com. 9.

Putreſcit minus qđ mouet & fluit q̃ non motũ. 4. metheo. t. c. 11.

Putreſcit minus multum pauco. ibi dem tex com. 12.

Putrefactionis natura ſtat per calorem extraneum cum humiditate ſuperflua, & ſunt ei medicinæ odoriferæ in vltimo contrarietatis. 6. Colli. ca. 12.

Putrefactionis cauſa efficiens eſt frigiditas ſm duos modos vnus eſt p ſe & eſt a calore extrinſeco, alius p accidens, & eſt a frigiditate. 3. Col. caiptulo. 3. de cauſis ægritudinum materialium.

Putrefactio eſt via in corruptionẽ. commẽ. & tex. 6. 4. meta. & per cõſequens fit in tempore. hoc ét aſſerit Auic. in. 4. can. cap. de febre ſanguinis contra Gale. vbi litera quæ cõiter legitur eſt corrupta, quia iacet negatiuè, ſed debet ſtare affirmatiuè. ſic putredo habet tps, & cõuerſio ſanguinis in coleram nõ fit niſi in tempore, & hoc non aduertit Tho. de Garbo & alii ibi.

Putridum non eſt neceſſarium eſſe, quod ex putrido fit. ibid. Auic.

Pueri cum vigilant non rident, cum dormiũt rident, interdũ etiam lachrimant. vide cãm. in. 5. de generat. animal. cap. 1.

Pueri pluſquã cætera animalia ſomno dediti viuunt. ibid.

Pueri interdũ altero oculo cæſij naſcuntur, vt plurimũ aũt ambobus. vide cãm. 5. de gña. ani. ca. 1.

Pueri excitati a ſomno præ metu ſe intra inuoluerum occulunt, & ibi pe finem. & The. ibi. ca 19. vide cãm in lib. de in ſomniis pro

Puerum eſſe intelligentem in potẽtia poteſt intelligi duob. modis. j. de aĩa. com. 5. in ſolu. 2. qõnis.

Pueris accidit epilepſia. vid cauſam in lib de ſom, & vig.

Pueris non competunt vina, neque nutricibus. ibid.

Pulſuum ſpẽs comprehendi nõ pñt niſi in ĩdiuiduo comparato ad pulſum ſani, qui in corpore temperatæ complexionis inuenitur, aut ad aliquam octo cõplexionũ ſm Gale. aut ad quatuor ſm ꝓ apparet a radicibus naturæ. 4. Col. ca. de cauſis pulſuum. Nota aũt ꝓ ideo ſic loquitur, quia ſm ipſum non darentur complexiones diſtemperatæ ſimplices compoſitæ tantum, & iõ ſunt quatuor.

Pulſus dormientis eſt diuerſus a pulſu vigilantis, & pulſus exercitati eſt diuerſus a pulſu quieſcentis. & vide cãm. 3. de parti. anima ab Auer. in cap. de corde.

Pulſus non ſolum fit pp reſpirationem, verum ét pp tranſmutationẽ ęaloris naturalis, qui eſt inſtrumẽtum aĩæ ad omnia membra. ibid.

Pulſus marium eſt maior & fortior ſed

ſed mulierum eſt minor, & debilior, ſed eſt velocior, quæ velocitas ſuccedit loco fortitudinis. 4. Colleget. cap. 19.

Pulſus cordis temperati poteſt eſſe velox propter ſtricturam arteriarum. 4. Col. ca. 2.

Pulſus magnificatur per motum, & minoratur per quietẽ. & vide cauſam. 2. Col. ca. 18. in fine.

Pulſio eſt motus ab extrinſeco. 7. phy. tex. cõ. 10.

Punctus diuiſum diuidi & compoſitum componi verus eſt 9. metaph. tex. com. 21. idem in prædicamento, & in primo de interpretatione, vbi dicitur ex eo ꝓ res eſt vel non eſt, redditur opinio & oratio vera, aut falſa.

Punctum diligẽter mõſtrat quicquid exceperit, vnde veſtes, quę mundiſſimæ ſunt, citiſſimæ inquinantur. ex lib. de inſomn. Ariſt.

Punctus motus facit lineam, & linea motus ſuperficiẽ, & ſuperficies corpus, & figuras habere poſitiones ſunt ꝓpoſitiones geometricæ opinabiles abſq; eo ꝓ ſunt extra animam. Cõmen. 3. phy. com. 60.

Puncta & momenta cognoſcuntur per priuationem continui. 3. de anima. tex. cõ. 25. vide Themi. ibi.

Punctũ ad lineam nulla eſt proportio. 4. phy. tex. com. 71. & ibi redditur cauſa.

Punctus & inſtans differũt, quia iſta actio quę eſt diuidere & diſtingue re eſt puncti principaliter & eſt in tantis neceſſario. item punctus in tempore inuenitur in actu in linea, ſed inſtans inuenitur in potentia in tempore, quia non poteſt bis demonſtrari. 4. phy. com. 105.

Punctus idem poteſt bis demonſtrari, non autem inſtans. 4. phyſi. tex. com. 121. 105. & 106.

Punctus vnus per ſe eſt duo ſm rõnem. 4. ph. tex. com. 121.

Puncti diuiſio eſt relatiua non in eis ſubſtantia, qm̃ punctus non diuiditur, ſed ſolummodo diuiditur ſm ꝙ eſt principium in reſpectu, & finis in reſpectu. 4. phy. com. 121.

Punctus dicitur quieſcere per figuram. i. tranſumptiuę. 6. ph. cõ. 72. vide conſimile. 4. phy. com. 118.

Punctus dicitur moueri per accidẽs ad motum corporis. 6. ph. t. cõ. 86.

Punctus nullus actu eſt in continua magnitudine niſi mot⁹ dirimatur 8. phy. tex. com. 65. & Them. & Cõmenta. ibid.

Puncta quę ſunt inter principiũ magnitudinis & finẽ, ſunt ĩ potẽtia cũ magnitudo diuidat ſm illã, potentia nõ actu, pũctus aũt q ẽ finis magnitudinis eſt actu. 8. phyſico. tex. commen. 67.

Punctus qui eſt centrum ſpheræ eſt principium pro quanto oẽs lineæ exeunt ab eo ad circunferentiam, eſt aũt finis, vt omnes lineæ circũferentia ductæ terminantur ad ipſum, eſt aũt medium, vt æqualiter diſtat ab omnibus partibus. 8. phy. ex intentione Them. cõ. 76.

Puncta & partes licet moueant per accidens, differunt tñ, quia partes poterũt per ſe moueri ſi ſeparẽtur a toto, qđ puncto minime cõpetit. item motus partium eſt difformis motu totius exiſtente vniformi, & partes iuxta polos tardius, quàm quæ circa æquinoctialem mouentur, quod non competit punctis. Them. 6. ph. 84. & 85.

Pũctus qui eſt indiuiſibilis & nõ exiſtens in moto, qđ mutat locũ per

naturam, non dicitur motus, neq; essentialiter, neq; accidentaliter. 2. cœli. com. 14.

Puncta, lineæ, & superficies nō sunt in loco, neq; per se, neq; per accidēs 1. de genera. & corrup. com. 29. vide in concordan.

Punctus est vnitas positionem habens. 1. de anima. tex. com. 68. idē 5. metaph. 12.

Punctus, vnitas, & instans non sunt diuisibilia nec actu, nec potentia, nec essentialiter, nec accidentaliter. 3. de ani. com 25.

Punctus non diuiditur omnino, & habet situm. 5. meta. t. c. 12.

Punctus & vnitas differunt. 5. meta. tex. com. 12. vide etiam. 4. phy. tex. commen. 106.

Pulchritudo & fortitudo, & aliæ formæ corporales similes his sunt dispositiones laudabiles in animalibus, quæ non intelliguntur nisi in respectu nobilissimæ dispositionis. & in respectu animalis nobilissimę dispositionis. 7. phy. tex. com. 17.

Ex quo patet contra sophystas, ꝙ intensio formarum attenditur penes appropinquationē ad summum. vide in Theorematibus diffuse de hoc.

Pulchritudo magis attribuitur compositioni, sicut virtus, & fortitudo magis attribuitur complexioni. 4. Collig. ca. 2.

Pulchritudo in aliquo animali est dispositio in forma creaturæ, considerata fm dispositionem quam habet in creatione considerata in forma creaturæ, respectu nobilissimi animaliū in illa specie, & vīr est ꝓportio inter extrema membra, & media. 7. phy. cō. 17.

Pulchritudo dicitur respectu turpitudinis. ibid.

Pythagoras & Leucippus perfectionem non dixerunt esse in principiis. 12. meta. te. cō. 40.

Pythagoras posuit solum mathematica esse abstractas substantias, & non posuit formas, idest ydeas. Cō men. 12. meta. com. 5. in calce com men. authoritate Alexan.

Prothagoras hominem esse mensuram rerum omnium, nihil aliud dicens quā ꝙ vī vnicuiq; hoc & eē firmiter. 11. primæ philosophiæ. ca 4. idem. 10 met. tex. cō. 5.

Prothagoras asseruit hominem eē metrum omnium rerum. 10. meta. tex. com. 5.

Pythagorici prius, & Plato posteri dixerunt vnū esse substam q̄dā per se existentem. 10. metaphy. text. commen. 6.

Pythagorici existimant, ꝙ numeri sunt principia entium, sed non opinantur omnes ꝙ sint principia fm formas, sed fm ꝙ sunt elementa entium. 7. meta. com. 2. tex. 38.

Pythagorici diuidebant principia rerum in duas partes contrarias. 3. phys. com. 13.

Pythagorici posuerunt motum nō esse ens. & videntur accidens quod dam motus, potius quàm rei naturam significasse. Them. 3. ph. 13.

Pythagoras posuit infinitum ex natura paris, & finitum ex natura impari, & fm aliquos per parem intelligebat materiam, & per imparem formam. 3. physico. tex. commento. 26.

Pythagorici affirmauerunt vacuū. 4 phy. tex. com. 56.

Pythagorici aiunt totum & omnia tribus determinata esse. 1. cę. t. c. 2.

Pythagorici duo nāc sola principia dicebant

dicebant dextrum, & sinistrum. 2. cœli. tex. commen. 11.

Pythagoras opinatus fuit in medio ignem esse, asseruit, & terra circa medium circulariter moueri 2. cœli. tex. com. 72.

Pythagorici vocati mathematica principia omnium esse asseruerūt 1. meta. ca. 20.

Pythagorici posuerunt duo principia finitum & infinitum, & talia sunt fm materiam & formam, non fm materiā & agens, vt erant apud antiquos naturales. 1. metaph. tex. commen. 3.

Pythagorici posuerunt numerum esse subiectum omnium entium. ibid. vide etiā. 3. phy. t. c. 25. & 26.

Pythagorici posuerunt causas rerū naturalium res non conuenientes & non essentiales rebus naturalibus. 1. meta. te. cō. 19.

Prothagoras redarguit geometras asserentes circulum tangere regulam in puncto.

Pythagoras transmigrationem animarum fabulosē tradidit ad ciuilem aliquem vsum. 1. de anim. tex. com. 53. & Them. & Cōm. ibid.

Pymita est primi alimenti excremē tum, & siquid aliud huiusmodi est 1. de generatione animalium. cap. 12. vbi patet flegma & duas coleras secundum Aristot. non esse humores, sed superfluitates sanguinis, quod est verus humor, & verum alimentum contra medicos.

De litera Q.

QVi potest saluare apparētia ex principiis finitis, melius facit quā qui ex infinitis. 1. ph. t. c. 50. & 56. vbi aduerte ꝙ pipathetici paucitatem entium vbi fieri pōt semp prætulerūt multitudini, & hoc est maximum fundamentum in doctrina eorū, vide causam ab Auer. in com. allegatis.

Quicquid recipit aliquid non recipit illud fm ꝙ est in actu, sed fm ꝙ est in potentia. 1. ph. com. 69. & 2. de ani. com. 67. & 104. 1. ca. de substan. orb. 3. cœli. cō. 67. & 3. de anima. com. 4.

Qui dicit aliquid generari ex nō ente dicit, ꝙ vel transmutatio est in priuatione, aut ꝙ est transmutatū sine transmutatione. 1. phy. com. 71. consimile. 8. phy. cō. 4. & 15.

Quod non attribuitur corruptioni nisi propter rem corruptibilē existentem in eo, dicitur corruptibile per accidens. 1. phy. t. cō. 82.

Quæ inueniuntur in rebus naturalibus ex necessitate, & non sunt pp aliqd sunt ex mā, vt mors: & q̄ inueniunt pp aliqd sunt ex forma 2. ph. c. 88. idem. 3. de ani cō. 60.

Quod p̄dicat in quid & conuertit est diffō 3. ph. cō. 1. & 6. topico.

Quod mouet circa aliqd quiescens tm̄, & nō mouet in cōtinēte, vt cœlū est illud, cuius motus non est p accidens extrinsecū a natura. Cōmen. 4. phy. com. 43.

Quibusdam cœlestibus corporibus quod continetur ab aliis, accidit sibi. ibidem.

Quod est in aliquo existente in dispositionibus diuersis est vnum secundum subiectum, & duo fm rōnem. 4 ph. com. 104.

Qui aufert diuisibilitatem a tempore & a magnitudine, aufert velocitatem & tarditatem. 5. phy. cō. 62.

Quicquid mensuratur a sua parte finitum est. 6. ph. 61.

Qui quærit rationes vt destruat illā quod apparet sensui est debilis discretionis. 8. ph. tex. com. 22.

Qui negat subiectum alicuius artis artifex illius artis non habet viam neq; sermonem cum eo, cū nō habeat principia ꝑ quæ loquatur cū eo, quia negat principia ex quibus fundantur contradictiones negationis subiecti. 8. ph. com. 22

Quod est per accidens non est necessarium neq; semp, & tale pōt non esse. 8. ph. tex. com. 36.

Quæcunq; præter naturam sunt citissime corrūpuntur 1. cœli. text. com. 15.

Quod innatum est inueniri in tpe non pōt esse sine tpe, & quod non est innatum inueniri in tpe nō inuenitur in tpe, & non habet prius, & posterius nisi in esse, sicut est de lineis cum figuris, & magis hoc est in rebus abstractis. 1. cœli. cō. 106. vbi patet in rebus æternis esse prioritatem fm naturam. vide in 2. ca. de substantia orbis.

Quod esse potest & non esse determinatum est esse plurimū, & eius quod est esse & eius quod non. 1. cœli. tex. com. 118. & habet locū in omnibus prædictis, vt ibi dicitur.

Quicquid essentialr cōpetit vni indiuiduo eiusdē spēi cōpetit oībus. 2. cęli. t. c. 59. ibi. n. Arist. arguit ꝙ si luna est sphericæ figuræ omnia astra sunt spherica.

Quod impossibile est vt sit impassibile est vt incipiat esse. 4. cœli. tex. com. 33. idem 6. physic. tex. commen. 92.

Quod dr̄ de aliquo diuisim non sequitur vt semper dicatur de eo cō iunctim. 1. de gene. & cor. t. c. 9.

Quæcunq; eandem materiā nō habent faciunt impossibilia entia vt medicantia. 1. de gene. & corrupt. tex. com. 53. & 87.

Quæcunq; non in materia hūt formam hæc impassibilia sunt actiuorum: q̄cūq; aūt in mā, passiua. 1. de generat. & corruptio. tex. commen. 53.

Quorum incorruptibilis est substā tia mota eadē numero redire possunt, quorū aūt corruptibilis solū specie nō numero ex fine. 2. de gene. & corrup.

Quod inuenitur in aliquo accūtalr oportet vt inueniatur in alio eēntialr. 2. de ani. c. 133. idē. 4. ph. cō. 43. & 1. cęli. com. 14.

Quidditas non dr̄ vniuoce neq; equiuoce de abstractis & de generabilibus. 3. de ani. com. 36.

Quæ verè possunt facere eorū opus, verè sunt vnumquodq;, puta oculus si videt: qui autem non potest videre, æquiuocè, puta mortuus aut lapideus. 4. metheo. t. c. 54.

Qui dubitat & admiratr̄ ignorare vr̄ ex prohe. meta.

Quod inuenitur accidētaliter raro inuenitur. 1. meta. com. 8. idem 2. phy. com. 48.

Quæ præcognoscimus impossibile est vt addiscamus. 1. metaph. tex. com. 47.

Quod ante est cōmunius est eo qđ posterius est. 2. metaph. tex. commen. 10.

Quidditas in substantijs est simpliciter, sed in accidentib⁹ est fm quid 7. meta. tex. com. 15.

Quidditates rerum non sunt existētes nisi per esse rerum habentium quidditates. 7. meta. t. c. 20. sic intelligas dcm Philosophi i p̄dicamēntis, vbi asserit substructis primis substantijs impossibile est aliquid alio rum remanere. Nam licet rei quidditas præcedat quo ad intellectum ipsum singulare quo ad existentiā ei sequitur. hoc bene notauit Cō. 12. diuinorum c. 27. authoritate Alex. sic n. melius dr̄ quàm vt Boetio visum est, qui in prædicamentis ꝓpōnis difficultatē qūo in diuiduæ substantiæ primæ substātiæ esse pōt, qūquidem illud est natura prius quo sublato reliqua auferuntur, posterioribus vero sublatis priora non auferuntur, soluit dicens, non oēm naturā in vno saluari indiuiduo, sed in oībus singulis. Sed hoc non obstat, quia tunc ista rōne non posset prima & secunda substantia in rebus æternis reperiri in quibus tota natura in vno saluatur supposito. vt patet 1. cœli & mundi, in com. 4, & 98. vbi scribit Com. ꝙ multitudo indiuiduorū contingit ꝓp diminutionē, & ideo natura non fuit contenta esse vni⁹ tm, & ita ēt scribit 2. de ani. tex. cō. 34. & in 2. de gene. & corrupt. tex. com. 59. cōsequens aūt falsum est, & contra Philosophum in 1. cęli. t. com. 92. vbi dr̄ ꝙ alterū est hoc cęlum & cœlum simpl̄r. 2. aūt Boetio solo magis vr̄ apparens, inquit enim ꝙ quia in prædicamentis agitur de significatione vocabulorū, & quia ꝺ sensibus ꝓxima sunt, ea dicamus, qui enim primus hominem dixit non illum qui ex singulis hominibus conficitur concipit animo, sed quendam singularem atq; indiuiduum cui hominis nomē imponeret, & ideo sublatis singulis hominibus homo non remaneret. Sed nec ista secunda eius solutio satisfacere videtur, tū quia trahit secum arduam qōnem deprimo cognito. Null⁹ enim imponit nomen rei quam ignorat, vt dicit̄ septimæ primæ philosophiæ. tex. com. 54. & in quarto ēt in tex. cō. 10. si igitur primum cognitum ab intellectu esset singulare tunc sine dubio responsio illa vera esset. sed illud est dubium & forte falsum in via Peripatheticorum apud quos fuit maxima altercatio an ab intellectu cognosci possit, & qs sit modus quo cognoscitur nedū vt esset primum cognitum, sicut declarat Commen. 3. de ani. com. 36. authoritate Auēpacis, vbi dicit ꝙ quidditas intellecti non est quidditas singularis, neq; spiritualis, neq; corporalis cum sit declaratum ꝙ indiuiduum non est intellectū. Amplius si primus impositor imposuit hoc nomen hō alicui homini singulari inquantum singulare illud, & non sub rōne aliqua cōi, tunc inæuitabiliter sequitur quòd illud nomen non esset nomen appellatiuū sed nomen proprium. Et confirmatur authoritate Auerro. 2. de anima, commen. 65. vbi format in simili consimilem consequentiam dicit enim quòd si sensus pateretur ab aliquo indiuiduo secundū, quòd est illud indiduum, tunc nō patereturab alio indiuiduo, & bene dixit. nam vt scribit Aristote. in calce secundi posterio. analitico⁊ licet id quod sentitur sit singulare sensus, tamen est vniuersalis. Concludamus igitur cum Alexandro & Auerroe. in loco prælegato quòd licet singularia inesse præcedant vniuersalia, tamen vniuersalia in intellectu præcedunt singularia,

laria, vt habetur in com. 27. duodecimi primæ philosophiæ. & idē Commen 7. meta. com. 20 dicit ꝙ quidditates rerum non sunt existētes nisi per esse rerum habentium quidditates. i. non existunt nisi ad existentiam singularium, & sic vniuersalia sunt posteriorum: actus enim & generationes, & motus omnes singularū primo sunt. ex prohemio primæ philosophiæ vide etiam pulchre Alexandrum in 1. lib naturalium quæstionum. q. 11. vbi quærit, quō sit intelligendum dictum philosophi. 1. de aīa. tex com. 8. animal vniuersale, aut nihil est, aut posterius est.

Quæcunq; a casu quorum materia potest a seipsa moueri hoc motu quo sperma mouet eadē fieri possunt, quoruncunq; vero nō ea impossibilia sunt aliter fieri quām ex seipsis. 7. meta. t. cō. 31.

Quidditates naturalium non possunt intelligi sine sensu & motu, sicut quidditates mathematicorum. 7. meta. tex. com. 39. &. 37. vbi intelligas ꝙ non possunt diffiniri sicut glosaui ex mente Them. hic, & 6. primæ philosophiæ. tex. com. 2. &. 1. de ani tex. com. 16. in contra dictionibus nuper æditis.

Quidditates naturales differunt a quidditatibus mathematicorum. ibidem tex. com. 39. quia possunt intelligi sine materia sensibili.

Quidditas rei descriptione logica, describiē sic, ꝙ est illa quā significat diffinitio, & ēt alia descriptione logica, & ē, q̄ dat in rñsione ad quę stionem factam per quid, aut quare. 7. meta. com. 59.

Quidditas & essentia sunt idem in non habentibus materiam, neque intellectualem, neque sensibilem. 8. Meta. tex. cō. vlti. idem. 3. de anima. tex. com. 59.

Quod impossibile est factum esse, impossibile est aut, esse aut futurū esse. 9. meta. te cō. 6.

Quoruncunq; aliquid alterum est, quod fit prēter vsum horum actū in facto est, vt ędificatio in ædificato, & vniuersaliter motus in mobili, quoruncunq; vero non est aliquod aliud opus prāter actionem, in ipsis existit actio, vt visio in videnti, & speculatio in speculante. 9. Meta. tex. com. 16. Inde elicitur actionem esse duplicem immanentem. v 3 & transeuntem.

Quæcunq; sunt prāter primam materiam, & vltimam formam, sunt materiæ compositæ & formæ compositæ. 1. phy. cō. 1. licet variis modis interpretet illa authoritas. Mihi tamen occurrit vnus modus ponendi multum subtilis, vt per materiam primam intelligamus primam in compositione, & per vltimam formam etiam vltimam in com pōne & non vltimā in resolo ne, ut exposuit Burleꝰ, licet expō illa bona sit. & tunc dico ꝙ in cōpositis ex pluribꝰ causis intrinsecis ꝙ pinquis & remotis sola prima mā ē mā simplex. quæ. v 3. h 3. rōnē materiæ & non formæ, & sola ultima forma q̄ est in cōpōne, & est causa propinqua compositi habet rationem formæ substantialis dantis esse, quia vnum compositum substāntiale habere nisi vnam formā substantialem est impossibile. 1 ca. de substantia orbis, quia vnius rei est vnum esse, formæ autem mediæ dicitur materiæ compositæ, & formę compositæ, ꝙa respectu ꝓcedēntium comparantur vt formę, respectu postremæ vt materię. & ideo licet in mixto sint formę elementatæ vltra formam mixtionis, q̄ est forma superaddita ipsis, tñ illæ gerūt vicem materiæ respectu eius, & sic ex vnius rei est vna forma substantialis, & vnū esse. & hoc est qđ dixit lucidissimus Them. in 3. de anima cap. 27. ꝙ sane ordo & ꝓcessus hic est vt respectu inferiorum superioribus vice formæ vtatur, respectu superiorum inferioribus loco materiæ. non habēt igitur simplicem rōnem & respectum materię, & formę nisi extrema. s. prima materia, quę fm se ē denudata ab omni forma. & vltima forma quæ non habet viteriorem respectu cuius materia effici queat, sed illa quæ sunt in medio habent compōnē extremorum vel fm esse, vel saltem fm denominationē, sp. n. respectus imperfectionis ad pfectius, est respectus materiæ ad formā, aut instrumenti ad agens, vt dicitur 3. de anima ab Auerroe, cō. 36.

Quidditates naturales non pñt intelligi sine motu, & sensu, sicut quidditates entium mathematicorum. Com. 7. meta. cō. 39. Sed tunc ē difficultas ꝙ motꝰ erit de qdditatiuo conceptu quidditatum naturaliū, quod vī absurdum cū motus sit accidens, & posterius ipsa quidditate. Soluit, intelligitur vt dixi in thematibus, quia nō possunt abstrahi a principio motus quod est natura. vnde ista est ratio formalis a priori omnium q̄ in cōscientia naturali considerantur. Arist. enim 2. phy. tex. cō. 73. eijcit a considerātione quidditatiua primum motorem, quia non habet in se principium motus & quietis & in primo de partibus animaliū. cap. 1. dicit, non oēm animā quidditatiue considerari a naturali, quia non omnis anima est natura. Sed tunc insurgit maxima difficultas, quia cū quidditates rerum naturaliū sint substantiæ, & per consequens absoluta entia, videntur a naturali non considerari quidditatiue in ꝓpria forma, quia si omnis talis quidditas includit naturam, & apparet natura vel formaliter vel cōsecutiue, sequitur oēm considerationem q̄ habet naturalis esse respectiua, & tandem tales quidditates in particulari cognoscentur a diuino, qđ est cōtra Philosophum. 11. primæ philosophiæ. cap. 5. & in prohemio metaphysicę, vbi hī ꝙ sapientis est omnia cognoscere vt cōtingit, soluitur loquendo de cognitione qđditatiua & distincta in particulari cognoscuntur a naturali. & concedo ꝙ in tali consideratione naturalis non habet vt naturalis cognitionem absolutam, sed respectiuā. sed si quam habet absolutam habet a diuino, sed non inquantū naturalis est. nā ꝙ homo sit sūba aut ens a diuino habet, sed alia prædicata naturalia omnia includunt naturā quæ est principium motus. & si cō sideras etiam accidentia isto modo cū respectu, considerantur a naturali, quia aut sunt terminata, aut terminata, & oīa consistunt in respectu quodam ad formam & ad materiam sensibilē, vt patet intuenti. Sed dices, nonne prior est ignis q̄ sit principiū motus? quia licet ignis sit ignis per formā suā, q̄ ē natura, & talis natura est motus principiū. Tunc q̄ro, cōsiderare possum ꝓ intelle-

tellectum absolutum non considerando respectū. igitur possum considerare ignem in illo priori ī quo est ignis, non cōsiderando illū respectū. Et tunc q̄ro ista consideratio a quo artifice hr̄ aut a nāli, si sic igit̄ naturalis abstrahit a natura aut a diuino, si sic igit̄ diuinus cōsiderat qdditates rer̄ in particulari. hoc argumentū est satis laboriosū. & Scotus & discipul⁹ eius Antoni⁹ Andrea in.q.9. 1.meta. non bñ soluunt istud argumentū, quia licet verū sit q̄ ignis cum illo q̄ appropriat illum ad naturalē. tñ tale approprians non est nisi natura, quia sicut qdditas artificiati consistit in arte, sic qdditas naturati consistit in natura. 2. phy. c. 13. & cō. 3. & 6. meta. cō. 2. sed rō naturę est ratio entis includentis respectū, vt patet. Quare dicendū puto ad hoc argnmentum cū aureo quodā dicto Alexandri afrodisei summi Peripathetici qui in principio libri prior̄ d. q̄ ip̄lerisq; naturalis vtit̄ mathematica abstractione, sicut qñ fm rōnem concipit & abstrahit formā a materia: dicit. n Arist. 2. ph. t. c. 12. diffiniens nām q̄ est forma quod ē ens non sepabile nisi fm rōnē patet aūt q̄ hoc non est fm rōnē & modū definiendi naturalis, quia vt dicit Cō. formæ naturales nō p̄nt diffiniri fm se sine materia. in primo de aīa, cō. 16. & est suīa Philosophi in 2. phy. versus finē, vbi habet q̄ ī diffōnibus naturalium rer̄ debet poni materia vel expresse, vel consecutiue. immo in 6. primæ philosophiæ. t. c. 2. Arist. ponens distinctionem inter scias speculatiuas. d. naturalem diffinire p̄ materiā sensibilem. Et ideo sic dico in casu q̄ naturalis vtēs mathematica abstractione pōt in illo priori abstrahere hunc ignē inquantū ignis est, non considerando ipsum vt sua igneitas est motus principiū, sed in rōne igneitatis, & licet igneitas includat naturalitatē, hoc tn non est inquantum igneitas, sed est p̄ns ipsam, quia prius natura ignis est ignis q̄ sit motus principiū. Et nota bene hoc, quia nullus ante nos invia latinor̄ potuit pertingere ad istud. Mathematica igitur abstractione cōsiderari pōt nō naturali, vnde igneitas naturaliter quiddita tiue includit naturā. i. dū q̄ dditatiue diffinit̄. vnde nō oīs abstractio est in naturali philosophia naturalis fm Alexan. & viros Peripatheticos antiquos.

Quando maior p̄positio conuertit̄ vl̄r possumus arguere ex duabus affirmatiuis in 2. figura. 2. phy. cō. 23. 4. ph. 33. & 42. & 2. cœli. cō. 23.

Qñ aliquid agit aliquam actionem ita agit illam, sicut aptum natū est agere illam. 2. ph. tex. com. 78.

Quando sunt duæ partes, quar̄ vna est in altera & fuerint partes vnius totius, & totū nominatur a nomine partis, pot̄ est vt illud totū disponatur per illam dispositionem. 4. ph. com. 24. & 25.

Qñ maior p̄pō quertit̄ exclusio pōt esse vl̄s in figura tertia, quia tunc pōt reduci ad figurā primā. Cō. 4. phy. cō. 42. ratio est, quia figura tertia descendit a prima p̄ cōuersionē minoris, vt patet in 1. priorū. trac. 1. de gnatione syllogismorū. vnde quemadmodū maiore existēte vl̄i affirmatiua in terminis cōuertibilibus pōt sequi ex duabus affirmatis conclusio in 2. figura, quia pōt reduci

reduci ad figuram primam per cōuersionē maioris in terminis, quia figura secunda descendet a prima per maioris conuersionem, ita dic in hoc casu.

Quando quantitatibus proportionalibus additur eadem quantitas, illę quantitates non remanent proportionales. 4. phy si. cō. 71.

Quādoq; significat id quod est ratio, & quod est per accidens. 4. phy. cō. 112. Ratio aūt huius est, quia quę per se sunt, sunt de omni, & per consequens sunt semp, & non qñq; sic, & quandoq; non, vt dr̄ in 1. posteriorum analiticorum.

Quando vna & eadem res fit a duabus, oportet q̄ fiat per eādem cām eidem, est p̄positio equiuoca, quia potest duobus modis intelligi. vno modo q̄ illa res proueniat a duab⁹ in eodem genere causæ fm speciē, vt scānum factū a Platone & a Socrate habentibus eandem artē. alio modo q̄ illa causa sit cōis fm gen⁹ inquantum causa est, sed differunt in specie, illæ causalitates, vt calceus factus ab artifice habente illam artem, & a coriario præstante materiam calcei, puta corium, sed vnus concurrit vt agēs, alter quia mām præstat. Auer. cōtra. Gal. in 1. de generatione anim. cap. 1. vbi ponitur improbatio antiquorū de semine.

Quanto magis augumentatur quantitas corporis tanto magis augumēt̄ virtutem potentia eius, & est propositio manifesta per se. 3. phy. cō. 42.

Quantitas non est de potentiis actiuis. 4. phy. cō. 84.

Quantitas curua est contraria quantitati rectæ. quinto physico. commento 44. quod quomodo sit intelligendum. Vide primo physic. commen. 41.

Quātitates eiusdem speciei sunt sibi inuicem equales, videlicet, rectę tātum aut curuæ tm̄, cum istæ sibi superponantur. 7. phy. cō. 29.

Quantitas subiecti si diuersa fuerit diuersabitur passio necessario. 7. phy. com. 33.

Quātitas equiuoce dr̄ de superficie, linea, & numero. 1. meta. cō. 46. Ex quo vr̄ q̄ quantitati discretæ & cōtinuę non sit aliquid cōmune vniuocū. vide idē in cōmento magno 1. poste. cō. 73. & 83. vide in cōtradictionibus nuper ēditis.

Galenus in primo de differentijs morborum inquit, q̄ quanti aliud discretum quod proprie quantum appellatur, aliud vero continuum, quod Græci pelicon appellāt, & nō dicit q̄ sunt species, vt cōiter trāslatores transtulerunt locū istum.

Quantum aliud per se, aliud per accidens. 5. meta. tex. cōm. 18. & est in capitulo de quanto.

Quāta per se, alia sunt passiones, alia sunt fm substantiam. ibidem.

Quanta per accidens sunt duob⁹ modis. ibidem.

Quantitatis descriptio ponit̄. 5. metaphy. tex. cō. 18.

Quantitas discreta diuiditur in vnitates quæ sunt naturaliter indiuisibiles, sed quantitas cōtra diuidit̄ in vnitates quæ recipiunt diuisionem 5. meta. cō. 18.

Quantitatis species famosę solū sunt enumeratæ ab Aristotel. in prædicamentis. Cōmentator. 5. metaph. cōmen. 18.

Quantitas non est substantia, sed magis cui hæc insunt septimo metaphysi text. cōmen 8. Ex quo patet error noīalium, & (vt inquit Alexan

Contra nominales.

Alexander) fuit commentum ſtoicorum.

Quantitas in eo ꝙ quantitas cognoſcitur vno aut numero. 10. meta. tex.com 2.

Quantitatis habẽtis ſitum & carẽtis ſitu diuerſum eſt iudicium. ex quãtitate.n. carente ſitu, non eſt impoſſibile imaginari proceſſum in infinitum, ſicut in habente ſitũ. ex lib. deſtr. diſputa. prima, in ſolone. 16. dubij. vide in concordantijs nuper ẽditis.

Quantitates corporum ſi ꝑmutarẽtur etiam permutarentur actiones corporum ex lib. deſtruct. diſpu. 2. in ſolo. 5. dubij.

Quantitas dicitur de omni eo quod menſuratur ſua parte, vt notificaui in libro prædicamentorũ. Auer. in paraphraſi metaph. tracta. 1. capi. de accidente.

Quantitatis alia eſt per ſe, alia per accidens. ibidem.

Quantitatis ꝑ ſe alia per ſe primo, alia ratione alterius, vt magnitudo menſura, & numerus ſunt quantitates per ſe primo, ſed tẽpus, & motus ſunt quantitates per ſe non primo, ſed ratione alterius, quia tempus eſt quantum ratione motus, & motus ratione magnitudinis. ibidẽ vide ẽt pro hoc in 5. meta com. 18 & tex. & ſic ſedabis contradictionẽ quando Ariſt. d motum & tẽpus eſſe quanta per accidens, vt ly, per accidens, diſtinguitur contra per ſe primo, & non contra per accidens purum.

Qualitates propriæ quæ ſunt in ſubſtantijs ſimplicibus non ſunt ſubſtantiæ, ſed aſſimilantur ſubſtantijs, quia in ſimplicibus ſunt ꝑpinquiores ſubſtantijs, & in alijs compoſitis ſunt remotiores. 5. ph. c. 10. pro quo vide ẽt octauo meta. cõ. 5. quomodo aũt in ſimplicibus ſũt proximiores ſubſtantiæ. vide quarto cœli. com. 40.

Qualitatum attributarum alteratio ni, aliæ primæ, aliæ, ſecundæ & ſũt quæ fiunt ex primis. 7. phyſic. tex. com. 11.

Qualitates ſunt primæ humiditas & ſiccitas & his coniuges, circa corpora quidem diuiduę non vũt, ſed circa materiam. The 1. de aĩa cõ. 12. ſuper tex. 26. vide qũo ſit intelligẽdum, primo de generatione & corruptione. tex. com. 6.

Qualitates in olfatib⁹ manifeſtę ſũt, ſed tñ contraria exiſtentia in eis latent. 7. phy. com. 14. & 1. de anima com. 92.

Qualitates plures tranſmutabiles videntur non recipere neq; magis, neque minus. 8. phy. com. 24. vide in concordantijs.

Qualitatũ prima gña ſunt ſine alteratione; vt genus quod eſt animati inquantum animatum, & genus quod dr̃ potentia naturalis, & genus quod eſt in quantitate in eo quod quantitas. 1. cœli. com. 21. Vbi aduertẽdum ꝙ primum genus ſeu ſpecies qualitatis. v3. habitus & diſpoſitio dr̃ eſſe animati inquantum animatum, quia pro maiori parte qualitates primæ ſpeciei reperiuntur in animatis, vt ſunt virtutes, & vitia, & ſcientiæ. & ita ẽt dicit Cõ. in prædicamentis. quarta vero ſpẽs qualitatis dr̃ eſſe in quantitate in eo ꝙ quantitas, quia illæ qualitates ſunt fundatæ inquãtitate, vt d. Sipliciꝰ, ẽt & Boetius ſuper prędicamentis.

Qualitas eſt diuiſibilis per accidens 3. cœli. tex. com. 7. Idem 5. ph. tex. com. 18. & 6. phy. com. 35.

Qualis eſt habitudo materiæ ad materiam, talis eſt formæ ad formam & compoſiti ad compoſitum. Cõmentator in paraphraſi quarti de cœlo, ſumma. 3. cap. 4.

Quale multimodis dicitur. 5. meta. tex. com. 19.

Quale quãdo quod interrogatur ꝑ ipſum fuerit de ſpẽbus exiſtimat̃ ſignificare ſubſtantiam, & dum interrogatur de indiuiduis ſignificat prædicamentum ꝙ dicitur quale, quod monſtratur in diuidentibus. 7. meta. tex com. 14.

Qualitates fundatæ in quãtitate ſũt differentię ſubſtantiales quãtitatũ ſunt, n. de ſuis ſubſtantijs, ſicut formæ ſubſtantiales de ſubſtantijs. 5. meta. com. 19.

Qualitates per quas differunt corpora in ſuis ſubſtantijs, & quãtitates non pertinent motui. Com. 5. meta. com. 19. vide in 7. ph. tex. com. 18. 19. & 20. ad quas qualitates eſt per ſe motus & in quibus non eſt. vide etiam quinto ph. tex. com· 10 & 4. phy. 84.

Qualitatum quædam pertinẽt motui, & quædam non 5. metaphy. cõ. com. 19.

Qualitates ſecũdæ ſpeciei conſequũtur qualitates ſubſtãtiales, & inquã tum ſunt potentiæ numerauit eas Ariſt. inter potentias, & inquantũ ſunt præparationes. 5. meta. c. 19.

Qualitates paſſiuę habent plus pati quam agere, & qualitates actiuæ habent plus agere quam pati. 3. col cap. 31.

Qualitas generatur duobus modis, quandoque generatur a ſibi ſimili, & quandoque ſequitur formam mixtionis primarum qualitatum. Com. 7. met. c. 32. vbi nota ꝙ ſumpſit mixtionẽ pro cõplexione, quia mixtio proprie nõ eſt qualitatũ, ſed corporum, vt patet ĩ 1. de gene. & corrupt. tex. com. 83. non .n. omne omni miſcibile, ſed oportet ſeparabile exiſtere vtrum mixtorũ paſſionum aũt nulla ſeparabilis, ꝓp hoc Peripathetici ꝓprie loquentes dicũt mixtionẽ eſſe corporum, cõplexionẽ vero qualitatũ nam de ratione miſcibilis eſt ꝙ ſeparari poſſit, & hoc nulli competit accidenti. Mixtio in corporũ.

Qualitatis prioritas eſt prioritas formæ 7. me. cõ. 35.

Qualitas qñq; ponit̃ĩ diffone ad circũloquendũ dr̃iam ſubalem. 7. meta. cõ. 41. & 5. ph. com. 10. & 8. me. cõ. 5. contra Alexan. & 8. ph. cõ. 32 & 4. cœli. 6. & 26. commen.

Qualitates primæ nunquid ſint formæ ſubales in elementis, requirat̃, in 8. primæ philoſophiæ. cõtra Ale. in cõ. 5. & in 5. ph. com. 10.

Qualitas in ſe in reſpectu alteriꝰ nõ eſt ſubſtantia. 8. me. c. 5. intelligit̃ĩ his q̃ vniuoce dñr, nam fallit in his q̃ dñr æquiuoce: ſcĩa. n. in nobis eſt qualitas, vt patet in 7. ph. tex. c. 20. & in prædicamentis in cap. de quatia æquiuoce dicit̃ de ſcientia Dei litate, & tñ in deo eſt ſuba, nã ſcien & de ſciẽtia noſtra. 12. me. t. c. 51. quia ſcientia Dei eſt cã rei, & ſciẽtia noſtra cauſatur a rebus.

Qualitates q̃ pñt eſſe & non eſſe in corporibus cœleſtibus, ſunt aliæ ab illis qualitatibus, quibus attribuit̃ alteratio, & illuminatio lunæ, & obſcuritas, & ſimilia. 9. me. commen. 17. & 1. cœli. commẽ. 21. & 2. capite de ſubſtantia orbis.

Qualitates primæ ſunt initia elemẽtorum,

torum,& ſunt cauſę mortis & vitæ iuuentutis,& ſenectutis, ſomni, & vigiliæ, & omnis tranſmutationis paſſiue.ex.2.de partibus aĩaliũ.ca. 2. idem in ſecundo de generatione & corru.tex.com.7.

Qualitates primæ dicuntur abſolutæ &ſin reſpectu.2.de partibus animalium.cap.2.

Qualitates primæ abſolutæ ſimplicibus attribuuntur. ibidem. Commen.in cap.de carne.

Qualitates primæ in reſpectu dupl'r dicuntur.ibid.

Quamuis ſit magis famoſum ire in nãlibus a poſterioribus ad priora, tamen aliqñ itur a præcedentibus ad poſteriora,primo de ani. com. 11.conſimile 6.phyſic. com. 12.& 15.& 8.phy.cõ. 53. vbi patet manifeſte dari regreſſum.

Quatuor primis qualitatibus attribuitur omnis tranſmutatio ſubſtãtialis,& non quantitati neq; qualitati,puta grauitati,aut leuitati, aut albedini,vel nigredini, vt declaratum eſt in lib.de generatio. & corrup.Commen.in com.libri de cauſa longitudinis & breuita. vitæ.vide in 2.de gene.& corrup. tex. cõ. 7.& infra.

Quartus metaphyſicę diuiditur in duas partes.in prima determinant' res logicæ, quæ appropriantur 'illi ſcĩæ,vt determinare quod eſt ſubm & quæ ſunt accidentia & cãæ eius. In ſecunda diſputatur contra Sophiſtas negantes principia prima, & ipſum ſcire deſtruentes, quia ad dominum iſtius artis pertinet deſtruere contra iſtos, vide pro primo mẽbro qũo logica eſt duplex. 2.metaph.com.15.& primo phy. com.35.& 2.phy.com.16. Quantum autem ad ſm animaduerte de mente Ariſto.& Commenta. ꝙ ad diuinum ſpectat diſputare contra negantes ſcire eſſe.hoc elicitur etiã ex 3.cœli.commen.4.contra latinos expoſitores volentes Ariſto.in principio lib. poſteriorum diſputare cõtra negãtes ſcire eſſe, aut ſcire fieri de nouo.

Queſtio facta p quare quatuor modis eſſe poteſt.2. phyſic. tex. commen. 68.

Queſtio de mundo vtrum ſit vnus vel plures eſt nobilior & difficilior quæſtione vtrum ſit finitus aut infinitus.1.cœli.c.76.

Quęrere de rebus arduis poteſt contingere ꝓpter quatuor cauſas, aut propter ſuerecũdiam, aut propter errorem contingentem opinando ꝙ omnia ſint comprehenſibilia & nota certe,aut pp ignorantiam difficultatum,aut propter ſciendi deſiderium, & iſte modus eſt laudabilis.2.cęli. comment. 34. vide in concordantijs.

Quæſtionum proportio ad animã eſt ſimilis proportioni ligamenti ad membra 3.metaphy.commento primo.

Queſtiones vniuſcuiuſq; ſcientiæ primo ſunt inſpictędæ in vnaquaque ſcientia, tertio,metaphyſi.tex. com.primi.

Quæſtio de principijs ī naturali philoſophia differt a qõne de pricipiis in ſcientia diuina,quia illa in ſcientia naturali perducit ad ſciendum primam materiam & primũ motorem & formas naturales, ſed ſtio in ſcientia diuina inducit ad ſciendum primam formam oſum entium & vltimum finẽ.7. metap. c.5.idem ibidẽ.c.9.& 3. metaph. com.3.& in ꝓlogo primi phy.

Quærere quare ipſum eſt ipſum,nihil eſt quærere.7.metaph. tex. cõ. 19. Inde colligitur ꝙ in qualibet queſtione eſt aliquid cõceſſum, & aliquid dubium quod quæritur.

Queſtio, quandoq; queṛit cauſam in fieri,& quãdoq; cauſam in eſſe 7.meta.tex.com.59.

Queſtio non fit in re ſimplici non compoſita.ibid.Com. & in t.c.60.

Quærere in re ſimplici vt quia hõ eſt hõ,eſt nugatio. 7. meta. com. 9.idem 4.metaph. com.3. vbi hr̃ ꝓpredicatio eiuſdem de ſeipſo eſt nugatoria. vide in theorematibus in fine theoremate, ſubſtantia prima de nullo prædicatur.

Queſtio non eſt in ſimplicibus,ſed in compoſitis. 7. primæ philoſophie tex.c.60. vbi dicit Com. ꝙ in ſimplicibus non eſt qõ neq; ꝓ qua eſt, neq; per quid, ſed in talibus eſt alter modus qõnis.

In queſtione qualibet propoſita valet bonum eſt audire rationes vtriuſque partis, præcipue ſi partes ſũt prudentes & famoſæ. ex lib.deſtruc. diſpu. 2. in ſoſone.2. dubij.

Queſtio ſi eſt quęrit de eſſe vero, vt lib.deſtruc diſputatione 8. in ſoſone primi dubij.

Quærere quare quædam approbantur in eodem genere quibuſdam entibus eſt ſumma fatuitas. Vnde non eſt petendum quare terra eſt terra, aut ignis ſit ignis. ex diſputatione. 13 .in ſolutione tertij dubij.

Quis translatio ad alias qõnes eſt modus Sophyſticum ex diſpu. 14. in ſoſone vlti.dubij.

Quieſcens quieſcit pp ſil'itudinẽ cõtinuit,& mouet pp priuationem ſimilitudinis inter ipſum & continens,& hoc eſt qñ mouet in continente,vt ſunt corpora ſimplicia q̃ mouentur motu recto. Cõ. 4. phyſi.com.43.

Quies quælibet in tẽpore eſt. 4.ph. tex.com.118.

Quieſcit non oẽ immobile, ſed qđ aptum natũ moueri priuatur motu.ibidem ex 5.phy.tex.com.20.& 6.phy.tex.cõ. 30.& tex.cõ.67.

Quies vere & tranſumptiue ſummi poteſt.4.ph.com.118.

Quies non cõtrariat' verè motui, ſed priuatiue.5.ph.com.62.

Quies & motus pñt cõiũgi in diuerſis partib' eiuſdẽ moti,ſed duo motus ꝓtrarij nequaquã.5.ph. cõ. 62.

Quies coniuncta motui in diuerſis partibus eſt in potentia non actu. ibidem.

Quieſcẽs nõ dr̃ niſi qñ ſm ſuã nãm, & locũ,& tps fuerit innatũ moueri & nõ mouet.6.ph.c.& t. 30. idem infra.67.72.& 75.cõ.idẽ 4.ph.cõ. 118.& 5.phy.tex.com.20.

Quietẽ tũc intelligit aĩa qñ intellexerit idẽ corpus in eodẽ ſtatu ſaltẽ in duobus inſtantibus. Cõ. 6.ph.c. 73.& 4.phyſi.100.& 106.conſimile de tempore.

Quies aĩalis perfectiſſima q̃ fit poſt motũ eſt quies in ſomno & expergefactio ab eo eſt pfectiſſimus mot' qui fit poſt quietem pfectam.8. phy.com.20.

Quies polotũ eſt geometrice nõ vere.2.cœli.com. 14.& ibi vide qũo & qualiter, &c.

Quieſcens accidẽtal'r non eſt niſi pp quieſcens eſſentialiter, 2. cœli. cõ. 14.& 1.cœli.com.14.

Quies aũt & grauitas dñr ꝓ priuatione leuitatis & motus.2.cęli.t.c. 18.

Quies

Quies alia naturalis, alia violenta. 2. cœli. tex. com. 84.

Quies est finis motus & est necessarium vt causa eius quod est ante finem, & finis sit eadem. 2. cœli. contra Themistium commen. 92. Additq; Commẽtaror q hoc erit duobus modis diuersis, quia cum motus sit contrarius quieti eidem agẽti duo contraria eodem modo attribui impossibile est. consimilem propositionem inuenies in 7. meta phy. com. 31. contra Auicen.

Quies aut est naturalis aut violenta 3. cœli. tex. com. 19.

Quies comprehenditur ex priuatione motus 2. de anı. tex. com. 133.

Quies est priuatio & priuatio nõ ẽ potentia. vlti. cap. de ſuba orb.

Quies est in cœlo non per virtutem sed per priuationem virtutis. v3 in stellis. & similiter quies in terra est infinita p priuationẽ virtutis. ibi.

Quies attribuit vni, quia oẽ indiuisibile est immobile, & omne mobile est corpus, & omne diuisibile habet multitudinem. 4. met. com. 6. idem 6. phy. tex. com. 32.

Quietẽ negans, assertio, nimiũ molesta est naturali disciplinæ quàm ea q̃ tollit motũ. 8. ph. t. com. 22. & Themistius ibi clare.

Quiescere dicitur aliquid qñ sic̃ se habet nunc vt prius tanquàm non vno tunc quodã iudicantes. 6. ph. tex. com. 73.

Quiescentia ſp sicut terra non sunt in motu, quia tẽpus non excedit illa. 4. phy. 118.

De litera. R.

Radix omnis plantę calidior est suis foliis. 5. colliget. ca. 42. d plãtagine. Nota tñ q hoc est verũ vt in pluribus, tũ qñq; fallit, vt patet de titimalo, vt Auerr. ibi. dũ de titimalo loquitur, vbi dicit q lac titimali est in fine caloris, & post illud semen, post quod folia, & postremo radix, propositiones enim medicorum verificantur vt frequentius.

Radix non est necessarium, vt sit qd grossius, neq; quæritur, vt qd est grossius sit radix. contra Galen. de principatu mẽbroꝝ. Cõ. in 3. de partibus aĩaliũ. cap. de corde. vbi videtur rationem sensatam de grano ordei de qua gloriatur. &c.

Rami palmę dactilorũ pstant seminę caloré quo pficit concoctio dactilorũ, mas quoq; ficus est hmõi generis. Auer. sup. 1. de gener. animalium prope fi.

Ramus debet esse de substantia radicis, qñ ramus & radix sunt eiusdem speciei. Commenta. in tertio libro de partibus animalium, in cap. de corde.

Rana ex piscibus foras sola ouum pfectum parit. 3. de genera. animaliũ, cap. 3. & 4.

Ranæ generantur ex putrefactione a quę. 12. meta. com. 18. in principio digressionis.

Raro euenientia parum admodũ cõsideranda esse puto. Aristo. in 3. de natura aĩalium. cap. 15. consimile hr̃ in 2. physi. auscultationis. tex. com. 56.

Raritas & densitas sunt causa in hoc quòd idem corpus quandoque minoratur, & quandoque fit maius. quarto, physic. commento. 79.

Rariras & densitas sunt contraria in quantitate, quarto, physi. cõmen. 84.

Raritas, & densitas omniũ passionũ principiũ est, & graue, nanq; & leue, & molle, & durũ, & calidum, & frigidum densitates vñr, & raritates esse quædam. 8. phy. tex. cõ. 55. vide in concordantiis.

Raritas & densitas quæ sunt in corporibus cœlestibus equiuoce dicũtur cum illis, quæ inueniuntur in elementis 2. cœli. com. 42. idem in 2. cap. de substan. orbis.

Rarum & densum sunt de situ. primo meta. com. 15.

Rarũ & densum fm Aristot. sunt in fulcamento qualitatis, & nõ quantitatis, licet antiqui oppositũ senserint, & ideo diffinitio illa, rarũ est cuius nõ sunt partes cõpactæ: densum vero cui' partes sunt cõpactæ, sunt ex mente antiquorũ. tales descriptiones Auer. sententia in para 2. 2. in contradictione. 2. vide etiã 7. physi. com. 15. vbi expresse dicit, q raritas & densitas sunt rerũ qualitates insequentes calidum & frigidum, consimile. 4. physic. commen. 84. & 85.

Raritatem, & densitatẽ ponere sub substantia impossibile est, & cum hoc ponere grauitatem, & leuitatẽ sub accidente. 4. cęli. com. 20.

Rarum graue esse põt, vitrum. n. rarum est, & graue, sicut aliquod densum põt esse leue, vt nubes. 2. de generatione & corruptio. cõ. 15. idẽ 2. cęli. com. 10. vide etiam de hoc Themist. 4. phy. super. 85.

Raritas & densitas non sunt qualitates actiuæ consequẽtes calorem, & frigus. 2. de generatione. com. 15.

Raritas & densitas sunt causa diaphanitatis, & non diaphaneitatis, & dicuntur secundum prius & posterius in vtroque corpore. 2. cap. de substantia orbis.

Rationes quæ nõ ex propriis ducuntur principijs inanes sunt, & rerũ esse videntur cũ longe aberrent. ex 2. de generatione animalium, cap. 6. idem. 1. de anima. tex. com. 11.

Rationi fides adhibenda est si quæ demonstrant conueniunt cũ his q̃ sensu percipiuntur rebus. Arist. 3. de generatione aĩal. ca. 10. in fine. idem Cõm. 8. phy. com. 22. & 1. cęli. com. 22. & 3. de anima. com. 7.

Ratio aut est eorũ quę semper sunt, aut eorum quæ sunt frequenter. 2. physic. tex. com. 55.

Rationes probantes naturam agere propter aliquid non sunt naturales, quia naturam agere propter aliquid est manifestum per se. 2. phy. com. 80. Ex quo patet nullum artificẽ specialem posse probare q̃ in scientia sunt per se nota.

Rationem quærere eorum quæ dignius habemus, quàm si rõnis indigeremus, est hominis male iudicantis quid est melius, & peius, & credibile, & non credibile, & principium, & non principium. 8. physi. tex. com. 26. & cõsimile vide in 2. physi. tex. com. 6.

Rationem quærere eorum quę sensu patent, infirmitas quædã est intellectus. 8. physi. tex. com. 22. vbi Themistius inquit, perridiculum est, vbi sensus fidem facit rationem quærere, quædam adeo imbecillitas retusioq; animi est, non statim perspicere quid desiderent, & quid non desiderent rationem: habentur enim nõnulla quæ certiora illustrioraq; sunt, quàm rationem vllam expostulent.

Ratio falsa nullius est simpliciter ra

tio. 5. meta. tex. com. 34 & est in cap. de falso.
Ratio quælibet est falsa alterius, q̃ cuius est vera, vt quæ circuli falsa trigoni .ibidem.
Ratio cuiuslibet quæ est eius quod quid erat esse, est quidem, vt vna, est autem vt multę. ibidem.
Rationis partes ita se habent ad partes rei, sicut ratio tota ad totam rẽ. 7. meta. tex. com. 33.
Rationale non diuiditur ab animatis. i. vegetabilibus, nisi per comprehensiones, & existimationes termi natas. 4. met com. 17.
Rasis dixit se experientię multotiẽs vidisse pleureticos, qui fuerunt flobothomati ante pharmatiã mortuos fuisse. & vide causam. 7. colliget, cap. primo.
Receptio ẽ in corpore, & ideo omne quod est nudũ ab oĩ mã nihil recipit. ex disp. 12. in sol. 3. dubii.
Receptio est potentia ad rem, & potentia ad aliquam rem est de gñe illius rei. Cõm. 5. phy. com. 9.
Recipiens pura potentia est fm virtutem apud Philosophos, & si forte esset actus, esset per accidens: & receptum est actus, & si esset potentia esset per accidens. ex disputatione. 7. in sol. 3. dubij.
Recipiẽs necessario ẽ corp⁹: receptio .n. inuenit in corpore vel in eo qđ ẽ in corpore: accidẽtia. n. nõ denominantur a receptione, neq; superficies, neq; lineæ, neq; pũcta ibid.
Recipiens debet esse denudatum à natura recepti tã in receptione reali, q̃ in receptione spirituali. 2. de anima cõ. 67. & 3. de anima. cõ. 4. vide in theorematibus. & ista propositio intelligitur à nã illius spẽi, nõ à natura sui gñis & maxime remoti, & maxime eius quod dicit est fm equocationẽ 3. de aĩa. cõ. 4.
Recipere alquid est aliud à indicare illud. 2. de aĩa. com. 149. Inde pa tet error modernorum asserentiũ speciem in sensu nõ distingui realiter à sensatione. vide etiam cõtra istos lucidissimum Themist. 3. de anima, ca. 55. vbi dicit in simili, ꝙ Socratis phantasma non est idem, ꝙ notio Socratis. nam phantasma Socra. nihil aliud est nisi vestigiũ sensus, sed notio Socra. est animi actio & operatio in subito phantasmate, & sic a simili spẽs sensibilis est vestigiũ sensibilis in sensu, sed sensatio est operatio potentiæ sensitiuę in subta specie sensibili. Nã de similibus idẽ est iudiciũ. idẽ tenet Themi. in 1. lib. de memoria & reminiscentia. cap. 11. vbi dicit ꝙ imaginatio nõ est ipsa spẽi impressio in viscere primario. i. in corde, ĩmo est actus & administratio eĩ⁹ virtutis cui imprimitur, & quę habet vim concipiendi visa. idem tenet Alexãder in paraphrasi de anima, in capitulo. de phantasia.
Recipiens formam & recipiens motũ in elementis sunt duo fm prepationẽ, sed sunt vnũ fm subiectũ secus autem est in animalibus. 4. cœli. commen. 25.
Rectum videtur summi in diffõne contrariorũ, qa recta linea est quamaxima distãtia mensurari soles, mẽsura aũt ẽ vnigenea mẽsurato, & iõ distãtia q̃ inter duo cõtraria ẽ maxima est recta necessario, & hius rõ est, quia talis linea recta est breuissima ĩter duo pũcta extrema ducta. 1. cœli Cõmẽta. in paraphrasi in summa. 6. & habetur ab eodẽ 1. cœli. cõmen. 29.

Recto & ipsum & obliquum cognoscimus. 1. de anima. tex. com. 85.
Reciproca sunt finita necessario. 2. met. tex. com. 7.
Redire quid sint & qbus noĩbus cõnotant. vide. 5. de nã aĩal. cap. 31.
Regressum dari in scia innuit Cõ. 2. de cœle. 6. phy. com. 12. & 15. 8. phy. tex. 53. & 1. de aĩa. com. 11.
Relationis p̃dicamentum nõ habet actum innatum, sed absolutũ, ideo momẽto acqrit̃, sed p̃dicamẽta in quibus est motus vtrunq; actũ retinent. Themist. 3. phy. 16.
Relatiuorũ natura nõ est ꝙ habeat mediũ inquantũ sunt relatiua, qa inquantũ relatiua sunt, nõ ẽ necesse, vt sint in vno gñe, quia stat vnũ extrẽũ esse in vno gñe, & aliud ĩ alio, tragens & passum, sed si in relone fuerit cõtrarietas, tũc medium põt inueniri nõ merito relonis, sed medio cõtrarietatis, vt mediũ qđ est inter magnũ & paruũ, & medium quod est inter sursum & deorsum. tex. 3. in paraphrasi Auer.
Relatio per se non acquirit̃ per motũ. 5. phy. tex. com. 10.
Relatio sequit̃ transmutationẽ. 5. phy. tex. com. 10. & 8. phy. tex. com. 9.
Relatio accidit quantitati, & cęteris p̃dicamentis. 5. meta. com. 18.
Relatio est duobus modis, aut. n. est in subia vniuscuiusq; relatiui, aut ẽ per illud. 5. metaph. com. 2.
Plotina se inuicẽ diffiniunt, & non accidit inde malum. 9. met. cõ. 11. & Porphyr. in cap. de specie.
Relatiuum est duobus modis. v3. p se per aliud, quia. v3. aliud refertur ad ipsum. 10. meta. com. 21. & 7. metaph. tex. com. 20. vt de scibili & intellecto.
Relatiuis per se accidit contrarietas, sed non relatiuis per aliud. 10. metaph. tex. com. 21.
Relatiua p se sunt in eodẽ gñe & habent mediũ, sed relatiua per aliud nõ sunt in eodẽ gñe, & ista est causa propter quã non habent mediũ 10. meta. tex. com. 22.
Relatuorũ diffinitiones nõ sunt circulares, vt ex hoc sequatur idem assumi in suimet ratione. cõtra Auicennam in paraphrasi metaphysi. tracta. 3.
Relo est cõis oĩbus p̃dicamẽtis. in paraphrasi meta. trac. 1. cap. de relatione. idem. 5. meta. com. 18.
Relatio est debilioris esse cęteris p̃dicamentis, ita ꝙ quidam pntauerunt, ꝙ esset ex secũdis intellectis. 12. primæ philosophię. com. 19.
Relationis p̃dicamentum quomodo distinguitur à reliquis, vt vbi, quando, agere, pati, situ, & habitũ, vide differentiam pulchram ibid. tractatu eodem.
Relatio quandoq; est de primis intelligibilibus, & quandoque de secundis. ibidem.
Relationis elemẽtum est relatio, sicut elementum substantię est substantia. 12. meta. tex. com. 19.
Relationes nõ inferũt pluralitatem in substantia relati. ex lib. destruc. disput. 5. authoritate Algazelis, & Cõm. sibi non contradicit in dubio vltimo, & solutione eius, & est authoritas Cõm. aperta de hoc in 3. cęli cõm. 9. idem etiam est de negationibus, quia nõ inferunt pluralitatem in substantia negati, qa de vna re simplici plures negationes verificari possunt.
Relationis p̃dicamentum cõsequitur res relatas per se, non per aliud

prædicamentum, vt pater, & filius. ibidem. & ideo ſubtiles appellauerũt iſtas relationes eẽ reſpectus intrinſecus aduenientes fortaſſe.

Relationis ꝑdicamẽtum eſt cãtum ab aĩa in ipſis entibus, & ſi nõ eẽt aĩa nõ eſſet relatio, ſi nõ eſſet aĩa nõ eſſet ꝓportio, ſiue cõparatio: & qñ in hmõi cõparatione concipit neceſſe eſt vnum ſubiectorũ eius concipi per cõceptũ alterius ſubiecti cũ habeat exiſtentiã p illa duo ſubiecta. in paraphraſi met. trac. 3. vide in cõtradictionib⁹ nup editis.

Remora piſciculus quidã eſt ſaxis aſſutus, in cibos non admittendus, nomen à remorandis nauibus adeptus, vtilis ad iudicioꝝ cãs, & à materia venefica, vt aliqui volũt. Ariſt. in. 2. de natura aĩal. cap. de ſerpentibus, & eſt in cap. 14. Inde collige verũ eſſe dictũ Hermetis triſmegiſti aſſerẽtis ꝙ ſi rerũ ꝓprietates nobis innoteſcerent, facere poſſemus quicqd per magicas ꝓficitur artes, vt allegat etiam Alber. cognomento magnus in. 2. mineraliũ, cap. 2. & Conciliator in dria qua quærit vtrum piſcis inueniri poſſit: mirabile enim in natura hoc eſt piſciculum nauim poſſe remorari.

Remiſſio non ſemper fit per admixtionem cõtrarij, vt Alexander aſſeruit in multis locis. 2. cęli. cõ. 15.

Remiſſius & intenſius candidũ temperatione cõtrariorum permixtio neq; coaleſcit: in quo. n. plus eſt cãdoris in eo nigritię minus hĩ, & qđ parcius cãdidum ẽ amplius nigroris eſt particeps. Themiſt. 5. phyſi. ſup tex. 19. & eſt ſũa Ariſt. ibid. & Cõm. quicquid dixerit Burleus.

Remotum videtur moueri, cauſa ẽ, quia locus formæ rei non figitur apud diuerſitatem motus oculi, & ideo homo cum videt aliquid conſtringendo oculum ſubtus videbit illud in loco alio ĩ quo prius videbat illud, & ſimiliter etiam propter remotionem ſpatij. 2. cęli, cõmen. 48. & habetur in textu.

Remotio in ſole nõ eſt cauſa diuerſificationis in ſole, quantum ad viſum, ſed cauſa eius eſt debilitas viſus, aut propter fortitudinem lumi nis ſolis. ex. 2. cęli. cõm. 48.

Remotio duarum naturarum ab inuicem in ſubſtãtia eſt ſicut remotio earum in loco, vt in elemẽtis vlius eorum eſt terra, & nobilius eſt igois, & nõ ſolum elnita ſuccedunt ſibi in hoc, verũ etiã, & corpora cęleſtia. vnde Ariſt. d. in lib. de aĩalibus, ꝙ luna eſt de natura terræ. 1. cęli. tex. com. 16.

Rememoratio fit in nobis ꝑ tres virtutes. ſ. imaginatiuã, cogitatiuã, & rememoratiuã: quarũ eſſe declarã dũ eſt ĩ lib. de ſen. & ſen. & iſtę tres virtutes in hoĩe ſunt ad repreſentãdam formã rei imaginatæ qñ ſenſus fuerit abſens. 3. de aĩa. cõ. 20.

Rememoratio eſt reuerſio in pũti intentionis cõprehenſę in ꝓterito, per rememorationem eſt inquiſitio iſtius intẽtionis ꝑ voluntatẽ, & facere eã preſentari poſt abſentiã. & ideo viſum eſt, ꝙ inueſtigatio ꝑ rememorationẽ eſt ꝓpria hoĩ: memoratio aũt eſt in omnibus aĩalibus imaginantibus, ex commento ſuper lib. de memoria & reminiſ.

Rememoratio differt à cõſeruatione, quia ꝓſeruatio eſt eius qđ ſemp fuit in aĩa poſtq̃ fuit cõprehẽſum: ſed rememoratio ẽ eius quod fuit oblitum. & ideo rememoratio eſt conſer-

ſeruatio abſciſſa, & conſeruatio eſt memoratio ꝓtinua. Iſta igi tur virtus ẽ vna in ſubiecto & duæ ſm modum. ſi. n. cõprehenſio eius fuerit cõtinua dr conſeruans, ſi diſa dr rememoratiua. ex cõmento libri de memoria in princ.

Rememoratio ẽ cognitio eius quod fuit cognitum, poſtq̃ cognitio eius fuit abſciſſa. ibidem.

Rememoratiua virtus eſt de virtutibus animæ comprehendentibus intentiones indiuiduas particulares: vniuerſalis enim natura quamuis, quã intellectus comprehendit non comprehenditur à virtute rememoratiua. ibidem.

Rememoratiuam virtutem in ſua actione præcedunt duę virtutes ſenſus, 73. & imaginatio. ibid.

Rememoratiua virtus, & imaginatiua ſunt virtutes diuerſæ, quia habent actiones diuerſas. ibid.

Renes pinguedo magis ambit, q̃ reliqua viſcera. & vide cãm in. 3. de partibus animalium, cap. 9.

Renis dexter eſt minus pinguis ſiniſtro. 3. de natura aĩal. cap. 17. & vide cauſam. 3. de part. aĩal. cap. 9.

Renes in nullo aĩali ſquãmato, aut exacto, aut corticato inueniuntur excepta teſtudine. 3. de parti. aĩal. cap. 9. vbi aduerte illud locũ habere de teſtudine marina, & terreſtri, vbi dixit Ariſt. ibid. cap. 8. Sed fallit de teſtudine lutaria nunc pata: ta nen enim ob mollitudinem tegminis & veſica, & renibus caret, ſed marina & terreſtris, & veſicam, & renes habent.

Renes hominis dum ægritudinibus affectantur difficilius curãtur q̃ in reliquis animalibus. & vide cauſam in. 3. de partib. animal. cap. 9.

Renes aĩalia quęlibet hũtia habent renem dextrum ſuperiorem rene ſiniſtro: qa motus ĩcipit à parte dextra. & ideo oĩa membra q̃ ſunt motus gratia, neceſſario vergunt ad ſuperiorẽ partem: pars. n. dextra validior eſt ſiniſtra: quapropter ſupercilium dextrũ magis attollitur, q̃ ſiniſtrũ, & arcuatum magis q̃ ſiniſtrũ habet. ex. 3. de part. aĩal. ca. 9. Vide etiã Galen. in. 5. de vtilitate partic. cap. 6. vbi aſſignat alias cãs, & ibi ẽt reddit cauſam quare renes nõ ſunt in ęquali ſitu, & quare nõ eſt vnus ſicut ſplen, & chiſtis fellis, & quare non fuit vnus magnus ſupplens vicem duorum.

Repletio quædã eſt quo ad vaſa, & quędã quo ad virtutẽ. 4. coll. ca. 9. vbi dicitur, ꝙ quando ſanguis peccat, ſola quantitate dicitur repletio quo ad vaſa, quando vero peccat qualitate dicit repletio quo ad virtutem. & ibi vide cauſam.

Repetitio eiuſdẽ in ſcientia fieri debet, vt difficultates appareant & enodentur. Themiſt. 3. phyſi. 15. & Ariſt. in prędicamentis, in cap. de ad aliquid.

Repetitio ĩ rebus arduis fieri debet: talia. n. (vt docet Ariſt. in prędicamentis, in cap. de ad aliquid iuxta finem.) nõ poſſunt perfecte declarari, niſi ſepius pertractata fuerint. ita ẽt ſcribit lucidiſſimus Themiſt. in. 3. phy. in expõne tex. com. 15. vbi Ariſt. repetit motus diffinitionẽ ſub aliis verbis, inquit. n. ſed denuo illa eadem repetamus, nõ modo iterum, ſed ter & quater, & ſi libuerit etiã ſepius, vt difficultates illas ſaltẽ frequẽti tractatu facile aſſequamur. Nota tñ ꝙ repetitio in ſcientiis quandoq; fit ad rememo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

randũ,vt melius imprimant, quæ docẽtur in artibus,ſicut dicũt expoſitores in lib.priorũ.vbi Ariſt. conſueuit multotiẽs facere epilogũ, & hoc etiam cõtingit in ſcientijs demonſtratiuis . dicit enim Cõm.5. phy.com.5. Mos eſt in ſermonib⁹ demonſtratiuis innuere ſummam etiam. Quandoq; repetitio ſit ī diuerſis ſciẽtijs ſm diuerſos modos, patet quando in metaphyſica repetuntur demõſtrationes adductę in ſciẽtia nãli,ſed altiori mõ, nã hoc obſeruat Ariſt.Cõm.2.meta.cõ.6.

Res & ens differunt,quia qñq; dicit᷑ res de oĩ eo de quo dr̃ ens, & quandoq; dr̃ de cõiori.ſ.de omni re concepta in anima,ſiue extra aĩa ſit, ſiue non,vt hircoceruus, chimera, ita q̃ nomen rei transfert᷑ ad falſas propõnes qđ non facit nomen entis.ex paraphraſi Auer.cap.de re.

Res poſteriores ex quibus nõ ſequitur de neceſſitate eẽ aliquod prius, nõ poſſunt ſummi,vt ratio ſiue ſignum ad probandum eſſe prioris. Auerro.in primo de gñatione animalium ca.primo,vbi ponitur improbatio antiquorum de ſemine. Ex quo patet demõſtrationem ſigni eſſe ex conuertibilibus. &c.

Res multę ſunt in ꝑplexionibus ſui calidiores quas in cõparatione humani corporis inuenimus frigidiores,& multę ſunt in ſuis cõplexionibus frigidiores,q̃ dum cõparant᷑ corpori noſtro ſunt calidiores, vt vinũ vetus,& muſtũ.5.coll.c.24.

Rerũ quędam ſunt in actu, & quædã habent potẽtiam admixtã cum actu.3.phy.tex.cõ.3.& tex.cõ.57.

Rerum quarũ ſubſtantię ſunt ſimiles contrarijs hñt ſubſtantias contrarias aliquo mõ.4.phy.com.5.

Res nãles non ſunt extra ordinem niſi raro ſunt extra ordinẽ cãliter. 8.phy.com.15.& 2.phy. tex.c.82.

Res nobiliſſima ꝑpriam ſuam ꝑfectionẽ poſſidere ſolet abſq; actione vlla & opere,quod vtiq; peculiare vr̃ eſſe attributum primę cauſę. Auer.in paraphraſi ſecundi de cęlo,ſumma.3.q̃ſito.5. Ex quo videt᷑ q̃ Deus glorioſus non mouet aliquẽ orbem ſm Auer. vide in concordantijs.

Res diuerſę ſm formã,aut ſũt cõpoſitę ex vna mã,vt corpa ſimplicia, aut ex diuerſis materijs vt corpora cõpoſita ex el'ntis.5.cęli.com.41.

Res ſunt tribus modis,quędam ſem per ſunt,quædam vero nunquam ſunt,quędam vero quãdoq; ſunt, & quandoq; non. 2.de generatione.tex.com.51.

Res quę nõ intelliguntur niſi per ſimilitudinem ad alterum notificari poſſunt per genera rethorica. 3. de anima, com.6. & 14. & primo phy.com.81.& 4.phy. com.81.& 2.de anima,com.149.

Res naturales ſunt manifeſtiores, q̃ natura.2.phy.com.1.& 3.

Res quarum differẽtiæ ſunt eadem, ipſę ſunt eędem in illo modo, ſm quem habent eaſdem differentias 3.de anima.com.38.

Rex factæ quædam ſunt indiuidua ſubſtantiarũ,& quædam ſunt indiuidua accidentiũ. ex cõmen. libri de diuinatione ſm quietem.

Res ſenſibilis habet duas formas ſpiritualem & corporalem,& eſt forma rei ſenſibilis, ſed ſpiritualis eſt forma ſimilis. ex commento libri de diuinatione.

Res quę ſunt ꝑ apparentiã,ſunt determinatæ ſicut res nãles. 1. metheoro-

theororũ.cap.2.de cometis Cõm.

Res quæ generantur ex quatuor elementis differunt ab el'ntis,& differunt etiã maxime inter ſe ī quidditate & diffinitione. ver. g. caro abſſe.7.meta.com.12.idẽ.1.de anima.77.cõ. & 1.de generatione, & corruptione.tex.c.84. & 2. de gñatione & corruptione.tex.cõ.48.

Reſiſtentia neceſſario eſt inter motum,& rem motam, ſiue motio ſit naturalis,ſiue ĩnaturalis . & iſta reſiſtentia communis eſt ſecundũ q̃ alterum eſt agens, & alterũ eſt patiens.7.phy.cõm.35.

Reſiſtentia in motu,aut eſt ex medio,aut ex mobili,aut ex vtroque. 4.phy.com.71.

Reſpectuum numerus,qui demonſtrant᷑ per habere, ſunt ſm numerũ reſpectuum , qui demõſtrantur per hanc ꝓpoſitionem,in, ſed hæc ꝓpoſitio,in, dignius dicit᷑ de reſpectu cõtenti ad cõtinens, & recepti ad recipiẽs, ſed hoc verbũ, hr̃e, dignius dicit᷑ de reſpectu continentis ad cõtentum.Cõmen.5.met.c.28.

Reſpectus verus ẽ particulariter, q̃ uniuerſalia non habent eſſe extra ſam.12. primæ philoſophiæ. cõ. 27. idem ibidem. com.4. & 21. & 34.primo de anima com.8.

Reſponſio quę datur interrogationibus quę dñr̃ ęquiuoce debet dari per diſtinctione.7. met.com.36. & 8.tex.Philoſophi in primo cœli,& mundi in tex.com.110.vbi dicit multipliciter. n. dictis,& ſi nulla differentia ſit ad ſermonem,neceſſe eſt intellectum cõfuſum haberi. ęque ſi qs diuiſo multipl'r tãquam indiuiſo vtatur,manifeſtum.n.ſm quã nãm ipſi accidit quod dictum eſt idem primo elench.idẽ. 4 phy. com.24.qui.n.qõnem multiplicat, vt vnam interrogat, aut male interrogat,aut captioſe interrogat,vt teſtatur ſeuerinus Boetius in libro de interpretatione.

Rethoricæ rõnes & fides ex illis generata nõ ſunt ꝓpter res in ſe, ſed ꝓp aĩam humanam.2.cœli.cõ.34.

Rethoricus ſermo eſt neceſſarius in iſtis reb⁹, q̃ ſunt difficiles 3.de aĩa. com.14. idem.1.phyſi.com.81.& 4.phyſic.com.84.

Reubarbarum (vt dicit Gal.& medici) ſtringit ventrẽ. Sed nos videm⁹ q̃ purgat,& eſt mirabilior alijs medicinis purgatiuis, quia frenum eius eſt cũ eo,quoniam nulla medicina purgatiuarũ eſt ſine veneno in aliqua parte ſui iſta excepta . & ideo quia cõfortat oĩa mẽbra corporis dando ipſum pro purgatiuo poſſumus refrenare p ipſum medicinas.Auer.5.coll.cap 42.vbi loqtur de Raued.i. de Reubarbaro, & eſt cautela in actu practico,ne medicinæ ſolutiuæ effrenitent, vt adminiſtrentur vna cum reubarbaro,quod diligentes & ſapientes medici obſeruant.

Reuolutiones motus ꝑteriti tꝑis priuatæ à Philoſophis reputantur. Ex lib. deſtr.diſp.1. in ſol,6.dubij.

Ros eſt pluuia ſubtilis deſcẽdens in nocte.1.methor.cap.4.

Ros in cacumine montium altiorũ non deſcendit.ibidem.

Rotundo nihil eſt contrarium primo phy.com.41.conſimile.1.cœli.tex.com.24.& 32.

Rotunda quęlibet ſunt conuenientia in ſpecie.1. cęli.com.32,

Rotunditas vera nõ reperitur in materia generabili, ſed in mã corporũ cœleſtium tm̃.2.cęli.tex.cõ.22.

Rubedo declinans ad nigredinē significat sanguinis dominium, rubedo aũt quę declinat ad igneitatem significat sup coleram. 4. Colli. cap. 22.

Rutæ herbæ odor serpẽtibus maxime molestus est 9. de nã aĩal. ca. 6.

De litera S.

Saliua à natura instituta est in ore hominis & brãchi ad congregandũ humiditatẽ, vt ea mediante gustẽtur sicca. 2. de aĩa. com. 102. idẽ. 2. Coll. cap. de iuuamento linguæ. vbi dicit, ꝙ iuuamentum huius saliuæ est, vt faciat manifestare gustum rerũ saporẽ habẽtium.

Sanitatis fora est in ꝓportione quatuor qualitatũ primarum. 2. de aĩa cõ. 143. & habetur in. 7. phys. tex. cõ. 17. nõ intelligitur ꝙ sanitas essentialr sit tẽperamẽtũ, qa tũc formaliter eẽt relo, & cũ relo non sit ex principijs actiuis, tunc igiẽ sanitas nõ eẽt principium ꝓductiuum opationis sane, sed intelligitur prę executiue & resultatiue: sanitas. n. in cõplexione est bona dispõ resultãs ex qualitatib⁹ primis ꝓportionatis, & si variat, aut destruitur illa ꝓportio, variat vl destruit sanitas.

Sanitatis forma quę ẽ in anima medici nõ est in materia, sicut est forma sanitatis in corpore, quia si ita esset, tunc faceret sanitatis actiones, & ita medicus esset sanus. 12. primę philosophiæ. com. 23.

Sanitas dicitur duobus modis. dicit enim de forma quæ est in anima, & de habitu, qui est in corpore, & ambo sunt idem, sed sanitas secundo modo inuenitur ab ea quæ est fm primum modum. 7. met. com. 23. vide in concordantijs.

Sanitates existimatũ ẽ tot numero eẽt, quot sunt ęgritudines. 3. cœli. com. 18. idem. 5. physi. cõ. 57. & 5. colliget. cap. primo.

Sanitatis tempus maius est tempore ęgritudinis. 3. cęli. com. 24. & elicitur ex tex. ibid. & idem inuenies. 2. cęli. tex. com. 38.

Sanitas est dispositio prouenies ex compositione membrorum & humorum. 5. meta. com. 25. idem. 7. physicorum. 17.

Sanitas vna forte habet plures sanitates sub se oppositas ęgritudinib⁹ pluribus quæ non habẽt nomina. 5. physi. com. 57. & 3. colliget. ca. primo, & 3. cœli. com. 18.

Sanitas est dispositio bona in membro cum qua ipsum operatur operationem quã habet agere per sui naturã, aut patitur passionem quã habet pati. 2. colliget. cap. 1. Nota de mente Auer. 15. ibidem, in cap. de complexionibus membrorum consimilium, ꝙ tot sunt spẽs sanitatis, quot sunt complexiones cõsimlium, & quia complexiones secundum medicos sunt nouem, scilicet vna temperata, & octo distemperatæ, ita etiam species sanitatis sunt nouem. & hoc de sanitate consimilium intelligendum est in via eius. &c.

Sanitas ẽ ad aliquid cum sit calidorum & frigidorũ ad inuicẽ cõmensuratio quędam. 7. phy. tex. cõ. 17.

Sanguis carẽs fibris, aut fibris detractis inspissari non põt, & ideo sanguis cerui, & aliorum quorundam fibris caret. in tertio de natura animalium. ca. 6.

Sanguis in habentibus sanguinem est vltimum nutrimentum, in carẽtibus vero sanguine id quod est proportionale sanguini. ex libro de somno & vigilia.

Sanguis & genitura communia terræ, aquæ, & aeris. 4. metheororũ. tex. com. 52.

Sanguis in iecinore natura sanguinis tingitur, a iecinore influit & subit ad cor, in corde viuit & conficitur plenissime inibiq; in sanguinẽ per fecte conuertitur. Them. in com. super libro de somno & vigi. cap. 13. & habetur in tex. vbi dr. sanguinis enim oĩs principium sicut diximus hic & in aliis est cor.

Sanguis est materia caloris naturalis. 5. Coll. cap. 3.

Sanguis quando supercalescit in nariam colerę declinat. 4. Colliget. capitulo. 31.

Sanguine non nutriuntur membra nisi postquam est dealbatus & eis assimilatus, & ideo hypostasis alba est laudabilis. 4. Coll. cap. 24.

Sanguis crassior & calidior ad robur corporis confert, sanguis vero tenuis & frigidior cõfert ingenio. ex. 2. de partibus aĩalium. cap. 3. & 18.

Sanguis non est calidus vt aqua feruens. ex 2. de partibus animalium cap. 2. & 3. vbi dr ꝙ quodammodo est ꝑ se calidus, & quodãmodo nõ. vbi Auer. in cõmento in capitulo de carne dicit, ꝙ loquendo de calidate extranea vt est calor febrilis, sic non est calidus per se, quia talis calor non assumit in ratione eius, sed calor naturalis.

Sanguis in animalibus sanguineis ẽ vltimum alimentum. ex. 2. de partibus aĩalium. cap. 3.

Sanguinis calidioris agitatio sensum infingit, & officium eius intercipit. in 2. de partibus animalium. capit. 10.

Sanguis qui est in venis non pulsantibus est sicut materia sanguinis q est in arteriis, 2. Coll. cap. 8. de iuuamentis membrorum consimilium. & ibi vide fm Aristo. ꝙ nutrimentum corporis est ex duobus sanguinibus. idem etiam habet in 3. de partibus animalium in cap. de corde.

Sanguis malus (vt dicit Arist.) discurrit a naso ab ano. 3. Colliget. cap. 20. idem. 4. Coll. cap. 10.

Sanguis ex ætate mutatur, & multas habet differentias. 3. de natura animalium. cap. 19.

Sanguis asini & tauri crassissimus & nigerrimus. ibidem.

Sanguis minimũ habet tactum, seu sensum, sicut cerebrũ & medulla. 3. de natura aĩalium. cap. 19.

Sanguis qui optimo constat habitu nec nimis crassus, nec nimis tenuis est. ibidem.

Sanguineũ sudorẽ aliqui emiserunt ibidem.

Sanguis ceruarum & damarum caret fibris & spissari nõ potest. ex. 2. de partibus aĩalium. cap. 4. & 3. de natura animaliũ, cap. 19.

Sanguinis in aliquibus animalibus non frigiditas, sed munditia & tenuitas efficit, vt prudentiora sint. ibidem. cap. 4.

Sanguis taurorum citissime omniũ coit, atq; durescit, quia fibris refertior est, ꝙ si fibras detraxeris, sanguis non cogetur. ibidem. & 3. de natura aĩalium. cap. 19.

Sanguinis natura est causa maxime diuersitatis in moribus & in his q̃ per sensum aĩalibus eueniunt. ex. 2. de partibus aĩalium. cap. 4.

Sanguis in habentibus sanguinem est vltimum nutrimentum, in carẽ-

rentibus autem sanguine quod ꝓportionale. ex. 2. de partibus. cap. 3. & 4. 2. de generatione animalium. cap. 4.

Sanguis in nullo membro extra venam reperitur, nisi ī solo corde. 3. de partibus animalium. cap. 3. & Auerroes ibidem in cap. de corde. & 3. de nā animalium. cap. 19.

Sanguis nulla pars animalium est. ex libro de partibus animalium. 2. capitulo. 10.

Sanguis quis capiti demandatur est tenuissimus & purissimus, qui vero partibus inferioribus est crassus. ex lib. de somno & vigilia. in fine.

Sanguis a iecinore incoctus & indigestus transmittitur ad cor. supra.

Sanguinis puri a turbido discriminatione facta in corde, expergiscitur animal. ibidem.

Sanies est sanguis incoctus. 3. de natura animalium, cap. 19. considera propter medicos.

Sapientē oportet oīa scire vt contingit. ex ꝓhemio metaphysicę.

Sapientem dicim⁹ difficilia cognoscere potentem, nec leuia huiusmodi. ibidem.

Sapientem ordinare & non ordinari oportet ab altero. ibidem.

Sapientes non potuerūt loqui de aliquo entium tam in naturalibus q̄ in diuinis, nisi assummēdo authoritates a natura quorundā entium cōparabilium ad ipsum ꝓpositū quo ad eius fieri potuit. ex 1. disputatione lib. destruct. in solutione primi dubii.

Sapor dulcis significat cōplexionē calidam, sed calor ipsius est temperatus æqualiter fm Galenum comparatione corporis humani. 5. Colligi. cap. 27. & ibi vide diffuse de omnibus speciebus corporum.

Sapores extremi sunt dulcis, & amarus. cōtra Gal. 2. de aīa. cō. 105.

Sapor amarus potest esse a frigiditate, nedum a caliditate. ibidem.

Sapor magis sequitur humiditatem & siccitatem, q̄ caliditatem aut frigiditatem. 2 de aīa. com. 105.

Sapor acutus prouenit ex forti siccitate, & ex modico calore. 5. Colliget, cap. 42. quando loquitur de achal. i. de aceto.

Sapores (vt inquit Plato) in corporibus non animatis habent actiones diuersas superadditas calefactioni & infrigidationi. v. g. exasperare qđ est pontici, & lentificare quod est vnctuosi. 2. de anima. cō. 126.

Sapor declinat ad caliditatem & humiditatem. 3. Coll. 34. & ibi ponitur causa:

Sapor & odor non sunt in elemento. ibidem.

Saporum elementa sunt sapor dulcis, & amarus, ibidem.

Sapores medii fiunt ex dulci & amaro, sicut colores medii fiūt ex albo & nigro. Cō. ī li. de sensu & sensa.

Sapores multi in eodem mixto esse possunt, patet de Agarico, qui habet saporem dulcem, amarum, & acutum authoritate Auerr. in 5. Coll. cap. 42. quia componitur ex diuersis partibus.

Sapores alii ita ex dulci & amaro fiunt quemadmodum colores ab albi & nigri commixtione sunt ex lib. de sensu & sen.

Saporum & colorum species ferē æquales sunt, septem enim amborū species. ibidem.

Sapor est vnum tangibilium & est vt delectamentū horum. 2. de anima. tex. com. 28.

Scientia nulla pōt demonstrate sua principia demonstratione propter quid, sed tm bene demonstratione signi, loquendo de principijs subie di. 12. metaph. com. 5. & 2. physi. com. 22. & 26.

Scientiarum duarum cōmunicatio in consideratione principiorū substantiæ. ſ. scientiæ diuinæ & naturalis, qūo est intelligenda. vide. 12. meta. com. 5. versus dimidium com. ibi & dicemus nos ꝙ Philosophus inquirit principia sub ęç.

Scientia operantis aliquid ex luto magis debet admirari q̄ scientia operantis idem ex auro. 12. meta. com. 18. authoritate Themistii, & est in prima parte digressionis. & ratio est vt mihi datur cernere, quia ibi magis relucet splendor & vigor artis. vnde Galenus in 3. de vtilitate parti. in simili, capit. 10. prope finem inquit, ꝙ idiotam sapere facit pulchritudo māę, artificem vero pulchritudo artis.

Scientia nulla de ente per accidens negotiatur. 11. primę philosophię cap. 10. iuxta principium. & 6. meta. tex. com. 4.

Scia aut est semper entis, aut in plus, 11. metaphy. cap. 7. & 1. posteriorum, & 6. meta. tex. com. 4.

Scire rem mutabilem non est scire, sed existimare. 9. meta. tex. com. 11. & 1. posteriorum. & in 6. ethicorum, cap. 4.

Scientia nobilior est generis nobilioris. 9. meta. com. 22. & bene Com. dicit hoc ex tex. sicut poteris videre ea quæ sunt in actu est nobilius q̄ scire ea, quæ sunt in potentia. 9. meta. tex. com. vltimi.

Scientiā mensurā rerum dicimus & essium. 10. meta. tex. cō. 5.

Scīa de aīalibus duplici via tradita ē ab Arist. ꝓ modū hystorię in lib de hystoria aīaliū, & per rōnes & cās, vt ī libris de ptib⁹ & de gnone aīamalium, & in lib. de motibus animalium, & sōno, & sil'ibus. Et eodē pacto de stirpibus atq; plātis duplici via rōne disseruit Simplicius in ꝓlogo phy. & ē suīa ēt Ioā grāmatici in principio libri de gnone aīalium. & est sententia etiā Auerrois in principio libri metheororū.

Scīa ē necessariox, sed opīo est ꝓtingētis aliter se habere. 7. met. t. cō. 53.

Scire q̄dditates substarū est magis difficile q̄ scire accītium cās, & causa in hoc ē simplas substāniax & cō positio q̄ ē in accītibus. 7. met. cō. 59. Inde colligit ꝙ q̄stiōes sīplices sū magis difficiles q̄ qōes ꝓpositæ.

Scīa rerū non hī nisi p suas q̄ditates, & iō si q̄dditates rerū eēnt aliæ a rebus hītibus quidditates. tunc non possent sciri. 7. meta. tex. c. 20.

Scię oēs licet sint nobiles, scīa tn de deo ē nobilior oīb⁹, quia subiectū eius est nobilius oībus subiectis. 6. meta. tex. com. 2.

Scientia secatur quemadmodum & res. 3. de anima, tex. com. 38. intelligitur quo ad diuisionem quæ fit fm potentiam & actum, sicut habetur ibi. sicut est de sensu cū sensili, qa sensus in actu refertur ad sensile in actu, & sensus in potētia refertur ad sensile in potentia, sic etiā de scīa: dicitur enim in 2. phy. tex. com. 38. causæ in potentia sunt effectuū in potentia, & cā operantes sunt effectū in actu. Et ex hoc patet (vt dixi in contradictionibus) ꝙ dictum Aristote. in prædicamentis, vbi dicit ꝙ scientia non refert ad scibile, intelligitur ad scibile

in

in actu, non ad scibile in potẽtia, &q̃ illa opinio est contra viam antiquorum,& est ad hominẽ. vide ibi diffuse. non ītelligitur etiã præsens ꝓpositio q̃ scientiæ diuersæ debent esse de diuersis obiectis materialiter sumptis,quia 2. phy. tex. com. 18. ædem sunt lineæ naturales & mathematicæ. Nec intelligit̃ q̃ scientiæ debent diuidi fm diuersitatem naturarum in gradu essendi vario fm perfectum & imperfectum,quia vt habetur. 2. phy. t. c. 71. scīa de corpibus corruptibilib⁹ & ẽternis est eadẽ. v 3. scientiã naturalis.sensus igitur propositionis ille est quem diximus.tñ conuenienter glosari potest q̃ scīæ distingũt̃ ex obiectis formaliter distinctis: nã obiecta quæ non cadunt sub vna cõi formali ratione vel vniuoce, vel saltem analogice dicta, talia pertinent ad scientias diuersas, sic corruptibilia corpora & æterna pertinent ad naturalem scientiam, q̃a natura est ratio analogicè dicta de vtrisq; vt patet. 2. phy. com. 3. & 5. meta. cõ. 5. & 1. cæli. com. 5.

Scientia diuina fm ordinẽ addiscendi est post scientias naturales. 6. meta. com. 3. idem 7. met. cõ. 39.

Scientia nulla est de ente per accẽs 6. meta. tex. com. 4 & tex. cõ. 6.

Scientia diuina diuidit̃ in ttes partes prima est de diuisione entis in substantiam & accidens. 2. est de diuisione entis per porentiam & actũ. 3. est de diuisione entis in vnum & multa. Auer. sententia in prologo super 7. ptimæ philosophiæ.

Scire tñc maxime putamus vnumquodq;,quando quid est cognoscimus,magis q̃ cum quale aut quantum. 7. meta. tex. com. 4. idem 3. meta. tex. com. 1. vbi dicitur: multis quidem modis idem scientibus magis quidem scire dicimus eum qui nouit in ipso esse quid sit res q̃ in non esse, & horum eorundem alium alio magis, sed maxime q̃d est,& non quantum,aut quale,aut quid facere,aut pati aptũ natũ est.

Scientiarũ factiuarum est in facien te principium, aut intellectus, aut ars,aut potentia quædam: actiuæ autem in agẽte proheresim. 6. metaphy. tex. com. 1.

Scientia quælibet aut actiua,aut factiua,aut theorica est, 6. metaph. tex. commen. 1.

Scientia cogitatiua apud Arabes sumitur pro speculatiua. vide 6. met. cõm. 1. & 9. cõm. vltimo. & 3. de anima. com. primo.

Scientiarum quædam considerant de causis respectu alicuius,& quædam de causis simpliciter. 6. metaphysi. com. 1.

Scientiæ diuersantur in certitudine fm diuersitatem naturæ, subiectq;. 1. de anima, tex. com. 1. & 6. me. cõ. 1. & 2. me. 16. 3. de anima. 55. & 1. posteriorũ. in illo cap. Certior autem scientia altera, altera. &c.

Scientia naturalis est circa substantiam quæ fm rationem vt fm magis non separabilem solum. 6. metaphy. tex. com. 1. vbi Cõmentator ly, fm magis, ꝓpter intellectum. vbi non possum illorũ nõ demirari prudentiam, qui ita audacter proferunt omnem formam & omnem animam, aut animæ partem esse, a materia inseparabilem ex mente Aristo. quum tñ vbique locorum Arist. præsertim in tellectu, sicut patet in ꝓsenti loco & 12. prime philosophiæ tex. cõ. 16.

16. vbi ponit dr̃iam inter causas formales & mouẽtes ex hoc q̃ cause agentes & mouentes sunt priores: causæ autem formales sunt simul,in tex. 17. subdit. si autem aliquid manet posterius perscrutandum est: ī quibusdam enim nihil prohibet, vt si anima est tale non omnis sed intellectus, omne nãq; impossibile forsan. & in 2. de anima. tex. com. 21. de intellectu inqt & perspectiua potentia alia ratio ẽ hoc enim solum videtur contingere separari sicut perpetuum a corruptibili.

Scientiã honorabilissimam oportet circa honorabilissimum genus esse. 6. metaphy. tex. com. 2. idem 1. de anima, tex. com. 1.

Scientia nõ est genus medicinæ fm rei veritatem, nisi scientia diceretur ad scientem,& medicina ad medicinã: tunc enim scientia esset gen⁹ medicinę & sciens genus medici. Cõmen. 5. meta. met. com. 20.

Scientiæ omnes circa vnum quid & genus determinatũ circumscripte de hoc tractant,sed non de ente simpliciter, neque inquantum ens. 6. metaphy. tex. com. 1.

Scientia physica circa talem substãtiam est in qua est principium motus & status in ea. 6. meta. t. cõ. 1. Ex quo patet corpus mobile aut naturale esse subiectũ scientiæ naturalis. vnde ibidem parum infra dicit physicam scientiam theorican esse circa tale ens, quod est possibile moueri.

Hæc destruentes sunt impugnandi a diuino. 4. meta com. 1. & 3. cęli. cõmen. 4.

Scientię mathematicæ sunt de magnitudinibus & numeris & de accidentibus assentialibus eorum,& scientia naturalis est de ente mobili & de accidentibus essentialibus eidem fm quod est mobile. 4. metaphy. cõmen. 1.

Scientia diuina est de ente inquantum ens,& de accidentibus essentialibus entis inquantum ens. 4. metaphy. tex. com. 1. contra negãtes entis inquantum ens esse veras passiones demonstrabiles. vide philosophũ ibidẽ tex. com. 4. exp̃sle.

Sciẽtia proprie vbiq; primi est, & ex quo alia pendent,& ꝓpter quod dicuntur. 4. meta. tex. com. 2.

Scientia quęlibet vna & sensus vnus vnius est generis. 4. meta. tex. cõ. 2. & 1. posteriorum.

Scientiam vnam habentia non solum sunt illa quorum subiectum est unum genere aut specie vniuoce dictum, verum etiam quorum esse attribuitur vni fini, aut vni agenti,aut vni subiecto. 4 metaph. tex. commen. 2.

Scientia diuina cõsiderat dispositionem entium quę attribuuntur vni fini,& vni complemẽto: hoc enim est quæsitum in illa sciẽtia. 4. met. com. 2. eandem sententiam habet Commẽ. ibidem com. 1. vbi dicit, q̃ prima philosophia cõsiderat de nobilissima causarum. s. de primo fine & de prima forma. idẽ. 3. met. com. 3. & 12. met. com. 6.

Scientiam diuinam opinantes non esse necessariam cõsequitur vt nullum ens sciant in rei veritate. 4. metaphy. com. 5. quod intellige simpliciter. nam aliquis in sciẽtiis particularibus potest esse sciens in genere. sed simpliciter scies nullus esse potest sine sciẽtia diuina: principia enim scientiarum aliarum

sunt

Sunt per se nota ex confusa terminorum notitia, & ex metaphysi. sunt scita.

Scientia sophistica videtur esse scientia, sed non est sic. 4. metaphysi. tex. cõmen. 5.

Scientiæ disputatiuæ cõmunicant in vniuersalitate considerationis: subiectũ. n. vtriusq; scientię est ens simpliciter. 1. meta. & dialectice. 3. meta. com. primo. idem ibidẽ cõ. 2. & 4. meta. tex. cõ. 5.

Scire magis dicim⁹ illum qui nouit quid res est, quàm quid non est, 3. meta. tex. com. 3.

Scientia contrariorum est eadẽ, ista ꝓpositio est probabilis, & non sequitur ex hoc dicere ꝙ scientia cõtrariorum est eadem ꝙ scientia eorum, quę non sunt contraria non sit eadem nisi superficietenus, & secũdum ꝙ apparet exterius. Auer. 3. meta. com. 3.

Scientia naturalis tm̃ considerat genus entiũ in quo sunt omnia quatuor genera causarum. Comen. 3. meta. com. 3. Idem 1. phy. com. 1. & 2. physi. tex. com. 7.

Scientię nãlis diuisio ponitur ab Auer. in 1. metheoro. cõmen. 1. & ordo, & etiam a Simplicio in prologo physico.

Scientia quæ dr philosophia simpliciter est illa quæ considerat de causa finali vltima omnium entium, omnes enim causę sunt ꝓpter istã causam, 3. metaphy. com. 3.

Sperma non est principium nec perfectū, sed hō. 12. meta. t. cō. 40.

Sperma asini est frigidū, & sperma equi est calidū, vt dixit Arist. in libro. de aīalibus, & tēperantur apud mixtionem, & fit illi nā media inter equū & asinū. 7. me. cō. 28. vid Aristo. in 2. lib. de generatione ani maliū. ca. 6. contra Democritū, & Empedoclē de sterilitate muloꝝ.

Sperma

Sperma facit sicut quæ ab arte, hȝ enim ptā tem spēm & a quo spma est aliqualiter vniuocum. 7. meta. tex. c. 31. vbi in 4. de gñatione ani maliū. ca. 3. fm trāslationē Theo.

Sperma viri attrahit̄ a vulua mulieris p quādam virtutē, quā habet a forma specifica, vel a tota specie. 2. colł. authoritate Auencladisī libro de spermate. cap. 10.

Sperma mulieris non habet effectū in gñatione, & hoc probat̄ p sensum, quia multæ impregnant̄ sine spmatizatione, & ēt p argumentū quia tunc vir esset supfluus in gñatione. 2. Colł. cap. 10. de iuuamētis mēbrorū ministrantiū gñatiuę.

Sperma in maiori pte aīalis emittitur p eandē ptē p quā emittit̄ humidum excrementū. 4. de ptibus aīaliū. capit. 9. & Auerro. ibidē in cap. de pectore, & ibi vide causam.

Sperma mulieris est simile supfluitati aquosæ, & non solū hoc, sed ēt pro certo est supfluitas, & impossibile é vt ex eo possint nutriri mēbra, est igit̄ supfluitas discurrēs, ꝓter delectationē, sicut discurrit sanguis alicuius famelici, cū viderit aliquem comedere. 2. colł. capi. 10.

Sperma non est ex rebus, quæ sunt pars membri, aut simplex, aut aliquod aliud. 2. colł. cap. 1.

Sperma est prius naturaliter anima li. 2. ph. com. 81.

Sphera ænea fit, sed non sphera nec ex. 7. meta. tex. cō. 32. Inde colligit̄ compositum per se gñari non formam neq; mām, & hoc hȝ veritatem tam in substātijs q̄ in alijs categorijs, vt dicitur in textu, non fit enim lignū neq; quale, sed quale lignum, neq; quantum, sed quāntum lignum.

Sphera sensibilis non tangit superficiem sensibilem nisi in superficie, licet geometer dicat ꝙ tangit eam in puncto. 3. me. tex. cōm. 7. & 1. de ani. tex. com. 13.

Sphera fm ꝙ est sphera non est in loco simplr̄, nisi accidat ei hoc fm ꝙ accidit spheris celestibus, quas cōtinet alia sphera. 4. ph. com 43.

Sphera in eo ꝙ sphera non est nata moueri in sphera, & vlr̄ in continēte, sicut mobilia motu recto. 4. ph. commen. 45.

Sphera non mutat locū fm subm, sed fm formam. 4 phy. cō. 45. & 6. phy. tex. com. 85.

Spheræ partes q̄ sunt iuxta centrū tardius mouētur partib⁹ quæ sunt iuxta circunferentiam. 6. phy. tex. commen. 86.

Sphera quodammodo est quiescēs, & quodammodo est mota. 8. phy. tex. com. 76.

Sphera fm totum mutat locum fm formam tm̄, & non fm subiectum sed fm partes mutat locū. & fm formam, & fm subiectum. 6. phys. cō. 85. idem 8. phy. com. 76.

Sphera non mouet fm partes, & q̄escit fm totum. 8. phy. cō. 76. idem 4. phy. contra Themi. cō. 43. idem 6. ph. com. 85.

Sphera naturaliter diuiditur ī duas partes, in centrum, & circunferentiam. 8. phy. com. 76.

Sphera q̄ mouetur sup vno centro, non est contraria spheræ quæ mouetur super alio centro. primo cœli. com. 32.

Spheræ quæ mouentur super idem centrum, & sup polos diuersos nō sunt contrariæ, quia non prohibēt se. ibidem.

Sphera & supficies fm geometricā consi-

consideratione possunt tangere se ī puncto, sed ī corpore naturali non potest esse contactus nisi in parte diuisibili. Com. 1. cœli. com. 32. idem Aristo. 1. de ani. tex. com men. 13. & 5. ph. 30.
Spherica figura est substantia & natura prima. 2. cœli. tex. com. 22.
Sphera sic se habet ī solidis, sicut circulus in planis. 2. cœli. tex. cō. 23.
Sphera sola vna superficie ptinet ibi.
Spheræ locus naturaliter est connexum centri circa quod reuoluitur. 2. cęli. com. 27.
Spherici corpis circunferētia minor ē circūferētia corpis rectarū dimensionū æqualis ei ī magnitudine, vt est ostensum in geometria. 2. cœli cō. 29. idē in paraphrasi ibidē summa, 2. quæsito. 3.
Spherico contiguum aut circa sphericum motum sphericum esse necesse est. 2. cęli. tex. com. 30.
Spherici corporis duo motus sunt, volutatio, & circungiratio. 2. cęli. t. com. 48.
Sphera habet naturam talem, vt nō moueatur fm totum, sed fm partes 2. cęli. com. 51.
Sphericū corpus in rei veritate non est in loco. 2. cœli. cōm. 51. vide 4. phy. com. 43.
Sphericum corpus ferri positum in centro spheræ adamanteæ, necessario staret in centro propter æqualitatem attractionis 2. cœli. com. 90
Spherarum numerus aut sunt quinquaginta quinq;, aut quadraginta septem. 12. meta. tex. com. 47.
Sphericum corpus est finitu3 ex sua natura ab vna superficie terminante ipsum, secus est de corporibus rectarum dimensionum, quæ non sunt finita per se. ex lib. destruc. di sputa. prima in solutione 11. dub. idem 3, cęli. tex. com. 67, & 1. cœli. tex. com. 12.
Spherarum celestium quælibet vna est. & vide cām ex libro destru. dispu. 1. in solone. 11. dub.
Sphera inquantum sphera oportet, ꝙ habeat termina tos polos, & centrum terminatum. ex disp. 3. in solutione. 23 dub. vbi dicit ꝙ sphera cœlestis est simplex pro quanto non componitur ex materia potētiali & forma, & quodāmodo est etherogenea prout partes polorū non sunt ab euentu, immo natura liter sunt terminatæ.
Spheræ artificiales possunt indifferenter habere quælibet duo pūcta pro polis, secus de naturalibus, & cœlestibus. ibidem.
Spheræ situs inuenitur duobus modis. s. fm ꝙ continetur ab alia si fuerit huiusmodi, & fm spheram quā ipsa continet 2. cœli. com. 57
Spheræ duæ dum se secant, sectio earum est arcualis 2. cęli. com. 59.
Spherica figura non contingit nisi ī puncto. 3. cęli 69.
Spinalis medulla non est in cęteris membris seu ossibus inuenta medulla. ex 2. de partibus aīa. cap. 6.
Spiritus & exhalatio differunt. require 4. metheo. t. cō. 48.
Spiritus in aīalibus nō mouetur sursum perius, quia pars grauis magis dominatur in eo quām leuis, & pars leuis simpliciter quę est in eo non fit grauis nisi pp mixtionem aeris. & ideo cum istæ duę partes segregabuntur, tunc moritur animal. 4. cęli. com. 39.
Spiritus nomen æquiuocè dī de spiritu existente in semine, & de spiritu existente in corde. Auerr. 2. de generatione animalium. capi 2. in digressione contra Gal. & Auicēn.
Spiritu retento vires augent ex. 2. de gene. anim. cap 4
Spirituale magis lædit p lesionē minus spūalis, & non econtra. ex libro de memoria & remini. vbi Cōmen. dicit ꝙ ex lęsione sensus cōis, lædit imaginatiua & nō ecōtra.
Spiritus est principium aīæ instīm intellectus, quod multi antiquorū opinati sunt ipsum esse aīam. Cō. 2. de partibus aīa. in ca. de cerebro, & est dcm Philosophi ibidē. cap. 7.
Spiritus natura alia est, alia animæ, non. n. spiritus animæ genus eē potest, quum habeat p se subsistentiā aullum aūt genus est tale vt possit per se sūbsistere. Alex. in paraphra fi de anima, c. 4. vbi probat animā esse inseparabilis a corpore.
Spiritus est vapor perceptus in corde & cerebro. Auerr. primo colliget, capitulo de anathomia mēbr.
Spiritus duo sunt. s. apparens in corde, & apparens in cerebro, in epate aūt non apparet per viam sensus. 1. collig. cap. de spiritibus.
Spiritus visibilis postquàm oculus recepit colores comprehendit eos. 2. colliget, cap. 15. quod est de iuramentis oculorum & partiū eorum. Ex quo videtur fm Auer. spiritum esse animatum. Auicēna etiam in tractatu de viribus cordis videtur idem tenere.
Spiritus est calidior res in corpore post quam est sanguis postea cap. 2. colliget, capitulo de complexionibus membro. consimilium.
Spiritus est mundior sanguine, qa attribuitur aeri, & aer est mūdior aqua, & est declaratum in naturali philosophia ibidem. Et nota ꝙ etiam inter alias rationes ista est vna, propter quam Auerroes tenet cordis complexionem declinare ad humiditatem ratione spiritus existentis in eo. cōtra medicos qui ponunt declinare per siccitatem.
Spiritus sunt instrumenta propinqua regimini corporis. 2. colliget, cap. 8. in fine.
Splenis caro rarior & leuior est epate, & tn cū nutriatur sanguine grosso melancolico deberet esse oppositum. & vide causam in quarto de vtili. particu. capit. 15. & ibi vide si splen est necessarium. contra Erasistratum, & multa ibi de hoc. &c.
Splē quare habet multas & magnas arterias vide tres causas a Galeno ī 4. de vtili. partic. cap 15.
Splen in febribus melancholicis ardet sicut ignis, & epar in febribus cholericis, & stomachus in flegmaticis, ideo in istis tribus generibus febrium conueniens est dicta mēbra confortare. 7. collig. cap. 16.
Spongia an sensum habeat ambigit 5. de natura ani. cap. 16.
Spongiarum triplex genus est. ibid.
Spōgia marina similis omnino plātis existit. ex 4. de partibus animalium. cap. 5.
Spongia oīno plantis similis est. 8. de natura animalium. cap. 1.
Spongiam sensum aliquem hre creditur argumento ꝙ multo difficilius abstrahuntur, nisi clanculum agatur vt referunt auulsores. Aris. in lib. 1. de hystorijs anima. cap. 1.
Stellę fm astronomos quędam sunt fortunatæ, & quædam nō sunt fortunatæ, & hoc non est verum: sed tm possibile est intelligere de eis, ꝙ quædam sunt meliores quibusdam, hoc enim inuenitur in absō-

Cōtra medicos.

lutis a motu nedum in rebus mobilibus.com.9.meta.com.19. & elicitur ex intentione Aristo.in textu,vbi habet ꝙ in sempiternis non est malum, neq; peccatum, neque corruptio.

Stellæ discurrẽtes fiunt duobus modis,primo metheororum. commẽto primo.

Stella ex habentibus caudam tempore hyemis ascendit in terra romanorum,vt dicit Aristo.& fuit terre motus magnus & tempestas maris propter fortitudinem vẽti. primo metheororum com.1.

Stellæ in eo ꝙ stellæ de consuetudine sua naturali est accendere illud quod est sub eis ex exhalatione fumosa,& attrahere hoc ad ipsas, & cum stellę fuerint plures uel maiores,operatio earum erit maior, & est propositio vera per uitam meã. Commentator primo metheororum capit.3.in digressione de uia lactea.

Stellę cadentes non sunt cęli, primo cęli,com. 19 & 1.metheo.

Stellæ a considerantibus antiquo tẽpore inuentæ sunt nõ esse diminutæ in quantitate. 1.cæli.text.cõ.22.

Stellarum & cæli substantia eadem est,& in hoc conueniũt omnes antiqui,ut dicit Aristot.in lib. cœli & mundi.2. cap.de substantia orbis, idem 2.cœli,tex.com. 41.

Stellæ quæ dicuntur assub, significant abundantiam siccitatis.2.cœli,commen.42.

Stellæ si per se mouerentur, motu recto mouerentur.2.cœli, commen. 43.quam consequentiam hac ratione valere autumo, nam cũ stella sit pars rotundi non potest perfecto motu circulari moueri,& cũ ibi non sit nisi motus simplex,quia corporis simplicis motꝰ est simplex cũ motꝰ simplicis aliꝰ sit circularis, alter uero rectus, sequitur ergo ꝙ motu recto mouerentur cum circulariter moueri non possint:& eadem ratione sequitur de epiciclo.

Stellæ apparent uisui in circulatione moueri seu scintillare sicut nauseam patientibus res quiescentes videntur omnia circum giroferri.2. cœli in paraphrasi summa tertia quæsito.2.

Stellarũ motus uidetur per sensum, sed motus totius cœli videtur per existimationem.2.cœli, com.45. consimile com.41.

Stellæ fixæ videtur scintillare, & plánetæ non,& ratio est propinquitas & distantia.vide.2. cęli.tex.cõ.48.

Stellæ omnes sunt eiusdem speciei in corporibus cælestibus. 2. cœli. com.48.

Stellæ omnes sunt eiusdem speciei. 2.cœli.tex.com.59.vide quomodo sit intelligendum in 2.cœli. cõmen.49.

stellæ si non essent ligatæ cum orbe causarent sonum, quia ista conuertuntur.73.esse ligatum & non causare sonum, & non esse ligatum & causare sonum.2.cęli.com. 56.

Stellarum erraticarum motores seiuuantes ad motum stellæ erraticæ omnes reducuntur ad primum motorem illius stellæ, & intendũt motum illius primi motoris, sicut diximus de motoribus omniũ orbium cum primo motore totius. 12 meta.com.44.

Stellarum erraticarum motus,positi ab astrologis sunt tribus modis.12 meta.com.44.

Stellæ inter diu ex foueis puteisque conspi-

cõspiciũtur qñdoq;.Aris.5.de gña tione aĩaliũ.cap.1.& ibi vide cãm.

Stellarum natura sempiterna est.12 meta.tex.com. 43.

Sterilitas mulierum dignoscitur & probatur suffitu ut odores subeuntes uterum efferantur ad locum spirandi & efficiant alitum, atq; ẽt illitu,vt colores oculis impositi saluam inficiant oris. Aristo.2. de generatione animaliũ, cap.5. in fine.

Steriles maxime perseuerant,cũ primo naturæ ortu tales cõstiterunt, gignuntur enim & mulieres uiragines,& uiri seminares,alteris mẽstrua desunt,aliis vero semẽ tenue & frigidũ est.Arist.in 2. de generatione animalium, cap.5.

Sterilitatem faciunt, aut femineum partum aquæ crudæ & frigidæ.Aristo.4.de generatione anim.cap. 2.

Sterilitatis multæ sunt causæ tam in maribus quàm in mulieribus,vide in 2.de generatione animaliũ.c.5.

Stillare quid sit, vide.6.de natura aĩalium,cap.18.

Stomachi tunica quæ procedit secũdum latitudinem habet duas operationes contrarias, nam completa digestione expellit inferius vel superius per vomitum.2. colliget.c. 9.de iuuamento membrorum officialium.

Stomachus nutritur ex chilo ex modica re,quæ potius attinet qualitati quam quantitati, & non est impossibile vt sit aliqua pars subtilis ex chilo quæ nutriat propter aliq̃ humiditatem, quia tu vides multa animalia nutriri,licet non habeant sanguinem.ibidem.

Stomachi attractio p modũ sensus & appetitus seu motus est cõtrarius motui attractionis eius p modum nutrimẽti solum.3 colleg. cap.33.

Stomachus solus sentit euacuationẽ nutrimẽti & dissolutionem, & nõ alia mẽbra nisi p ipm,& vide causas pulchras ab Auerroe ibidẽ, vbi inter alias causas dicit ꝙ hoc membrũ est tãquã spẽs oĩum mẽbrorũ, quæ debẽt sentire hãc resolutionẽ, sicut nos videmus ꝙ mẽbra sentiũt per neruum etiam in locis quæ nõ sunt neruosa,& sicut discernit lingua cibos conuenientes ab incõuenientibus toti corpori.

Stomachus habet operationem toti corpori cõicantem,& ideo appellatur princeps cõicãs.7. collig.c.26. vbi reddit cãm quare in passionibꝰ calidis stomachi nõ debet frigidissimis vti remedijs, & dicit experimẽtatores multũ errare ĩ talicura.

Stomachus solus habet sensum ex indigẽtia nutrimẽti,non aũt alia mẽbra,vide cãm in 4.de vtilit. particu.cap.7.a Galeno.

Sternutamẽtũ est signũ augurale,vnũ ex oĩum spirituũ gñibus sãctũ & sacrũ. Arist.1.de nã aĩaliũ.c.11.

Stercus significat super bonitatẽ virtutis nutritiuę.4.colliget.cap.42.

Strutio partim auẽ partim quadrupedẽ refert,ex fine quarti libri de partibus animalium.

Substãtia nõ añcedit alia ꝑdicamenta nisi altero istorũ modorum,aut sicut ea q̃ sunt in eodẽ gñe antecedũt se adinuicẽ,sicut apud reputãtes ꝙ hoc nomẽ ens dẽ de decẽ ꝑdicamẽtis, sicut nũerus de duobus & tribus, aut sicut res antecedit res, q̃ attribuũtur ei; & nõ sũt ĩ eod.gñe, ut sanitas antecedit sanabilia. 12. meta.com 2.

Substãtia dẽ ens simplr, & alia dãr entia fm cõpationẽ.12.me.t.cõ.3.

Substantia sola est separabilis & abstracta, alia autem sunt in substantia. 12. meta. tex. com. 3. & primo phy. tex. com. 14.

Substantiæ tres sunt, sensibilis corruptibilis, sensibilis æterna, & tertia immobilis, 12. metaphysi. tex. cõmen. 5.

Substantia immobilis fm aliquos diuiditur, quidã enim posuerunt species & mathematica in vna natura, quidã vero mathematica tm̃. ibi.

Substantia immobilis est principiũ & causa rerum naturalium, 12. metaph, com. 5.

Substantia æterna declarata est in fine 8. physicor. sicut declarata sunt principia substantiæ generabilis & corruptibilis in primo istius libri. Com 12. meta. com. 5. eandẽ sententiam Commentator repetit in eodem commento assertiue iuxta dimidium ibi. Et nos dicem⁹ quidem ꝙ Philosophus inquirit q̃ sunt principia substãtiæ fm ꝙ substantiæ. &c. vbi aperte dicit in primo phy. inuestigata esse principia corporis compositi ex materia: & forma, sed in octauo fuit declaratum ꝙ mouens æternam substantiam est abstractum a materia.

Ex quo patet grauiter errare illos qui autumant in primo phy. inuestigari principia omnium naturalium gñabilium & æternorum, cũ hoc aperte non solum sit cõtra Auerroem hic, & in fine primi libri suæ paraphrasis super primo cœli, verum etiam est contra intentionem Philosophi ibidem. nã primo phy. tex. com. 57. præmittit suam intẽtionem loqui de principiis cuiuslibet generationis in vniuersali, & ostendit illa esse contraria & sunt forma & priuatio, & quod etiam est vltra illa est materia. in cœlo autem non est contrarium neq; subiectum. 1. cœli, te. com. 20. & est etiam contra luculentissimum Themistium expresse in expositione tex. 50. & contra Simplicium in 1. physico. in expositione textus eiusdem, vbi expresse notat vniuersaliter in omnibus natura constantibus inueniri istam oppositionem secundum priuationem & habitũ exceptis rebus sempiternis. idẽ notauit Commentator in primo physic. tex. commen. 43. vbi dicit illas dignitates quas posuit ibi Aristot. habere locum in omni generatione & transmutatione, quarũ actio & passio est quasi genus, quia actio & passio sunt merito contrarietatis, & proprie non sunt nisi in generatione rerum, & transmutatione corruptibilium.

Substantia īmobilis est propria primę philosophiæ. Commenta. 12. metaphy. commen. 6. authoritate Alexandri.

Substantia quælibet sensibilis transmutabilis est. 12. meta. tex. comm. 6. & ibi declaratur ab Auerro. in commento.

Substãtia cõposita est dignior subã & magis subã. Cõ. authoritate Alexandri. 12. meta. com. 15. istam ẽt sententiam sequitur Simplicius in primo phy. in expositione tex. 70. & in 2. phy. licet Auer. teneat formam esse magis dignam, vt notaui in cõtradictionibus nup æditis.

Substantiæ generabilis & corruptibilis principia non inquirunt̃ principali intentione in prima philosophia, sed intentio eius principaliter versatur circa principia substantiæ æternæ.

æternæ. Commentator, 12. primę philosophiæ, com. 1. & est sententia Aristo. in 7. primæ philosophię tex. com. 39. iuxta finem.

Substantiæ gñabilis & corruptibilis principia pertractantur in tractatu secundo & tertio primæ philosophiæ. i. in 7. & 8. & etiam in naturalibus. Cõ. 12. met. com. 1.

Substantiæ gñabilis & corruptibilis alio modo inquiruntur in scientia naturali, & alio modo in scientia diuina. Com. 12 metaph. cõmen. primo, 5. & 29. & in 7. primæ philosophiæ commen. 9. & 5. Dicit subtilis doctor in primo suę metaphy. qõne prima, & Antonius Andreas ꝙ quatuor causę inquantũ, quælibet dat esse, circunscribendo rationem motus & mutationis pertinet ad metaphysicum, materia & forma inquantum sunt partes eẽtiæ efficiens inquantum dant esse circunscribendo motum, licet. n. non ageret nisi mouendo, tamen ratio dantis esse, prior est ratione mouentis. finis autem inquantum res fm sui entitatem ad illum ordinantur, licet illum non possunt attingere nisi per motũ & operationem: prior tamen est ratio ordinis fm esse q̃ fm operationẽ. Dicimus nos cum peripatheticis ꝙ illã de materia veritatem non habet, quia materia non dat esse, licet. n. peripathetici concedant materiam esse partem essentiæ, non tamẽ cõcedunt ipsam esse partem quidditatis, differunt. n. in conceptis cum materia essentia, & quidditas, quia illud quod talem diuersitatem cau sauit in compositis inter essentiam & quidditatem fuit materia quæ ẽ primo diuersa a quidditate. sola. n. forma est rei quidditas. & Auicen. in quinto suæ primæ philosophiæ hoc non vidit, quẽ secuti sunt Thomas & Scotus. & dicunt Peripathetici ꝙ esse est effectus formalis ipsius formæ, sicut testatur diuinus Boetius in libro de vnitate & vno, licet igitur materia sit pars essentialis compositi, non tamen dat esse, sed esse est a forma. vnde materia recipit esse a forma in composito in quo existit, dicit. n. Cõ. 3. ph. cõ. 65. ꝙ materia inuenitur in alio sicut accidentia & formæ, sed differt ab illis, quia accidentia & formæ sunt in subiecto, aut dicũtur de subiecto, sed materia est ipsum subiectum, & non inuenitur per se, sed ī aliquo. s. in composito, & cum aliquo. s. cum forma, sed materia inuenitur per formam fm ꝙ est perfectio eius, & forma inuenitur per materiam fm ꝙ est subiectum ei⁹, vbi patet ꝙ materia nullam aliam causalitatem habet, nisi quia est subiectum, ex quo fit aliquid. & hoc dixit lucidissimus Themistius in principio secundi de anima ꝙ hoc est discrimen inter materiã & formam, quia res a materia habuerũt vt fierẽt, sed a forma vt essent, quã sm̃iam imitatus est Commen. in septimo primæ philosophiæ. cõ. 35. dicens ꝙ cum materia fuerit non erit res, sed cum forma fuerit statim est res. Et sic intelligas fratermi ꝙ vulgata propositio non est vniuersaliter vera, ꝙ omnis causa dat esse, immo quædam est cã recipiẽs ipsum esse, sicut materia. ideo vt deducit Com. 2. ph. cõ. 12. materia nõ potest existere sine forma, alioquin quod non est in actu eẽt in actu. quo aũt de quatuor causis

agat diuin⁹, & quo cõsideratio sua differat a consideratione naturalis philosophi; alibi a nobis oñsum ẽ.

Substantiæ naturales si primę entiũ sunt, & vtiq; sciẽtia naturalis prima sciẽtiarũ erit. 11. primę philosophię. cap. 6. Inde colligitur scientiam primam esse primi generis.

Substantiæ generabiles hñt oĩa quatuor genera causarũ, & per oĩa cognoscunt, vt si velim⁹ scire hoiem vere, oportet scire p oẽs causas eius 8. metaphy. tex. com. 12. aliter cogniti o eius esset diminuta.

Substantiæ æternæ quia non hñt potentiã ad corruptionẽ, carent materia, sed materia earũ est aliquod de mõstratũ in actu. s. corpus. ideo dignius habent hoc nomen subiectũ q̃ hoc nomen materia. 8. meta. cõ. 12. & in. 2. cap. de substantia orbis.

Substantia & subiectum apud Arist. q̃nq; appellatione accidentis dñr. Themisti⁹. 2. d̃ aĩa, ī expõne. te. 65.

Substantia est primum ens ad quod oĩa alia p̃dicamẽta referunt; nã fm substantię rõnẽ dñr alia entia quãtitas, qualitas & alia sic dicta oĩa, nãq; habebũt rõnem substantiæ. 9. primæ philosophiæ, tex. cõ. 9. vbi Cõ. exponit q̃ multa dñr entia fm q̃ hñt diffinitionẽ substantiæ, pro quanto in diffinitione apparet substantia. vbi patet qualiter intelligẽda sit allegata philosophi propositio & satis vulgata in. 7. primæ philosophiæ, tex. cõ. 2. vbi habeť. Alia vero dñr entia eo q̃ talr entis, hæc quidem quãtitates, illa vero qualitates, alia vero passiones, quia Ari. dicit vt diximus in primis sermonibus, vbi Com. exponit fm antiquã diuisionẽ. i. in 6. & 7. i. in 7. 8. libro fm diuisionẽ nostram. Male igiť quidam intellexerũt locũ illũ asserentes ens essentiali predicatione non prædicari formaliter de accidentibus, sed de sola substantia, immo de vtriq; prędicatur sed fm prius & posterius. ꝓ tãto. n. alia dicuntur entia pro quãto in diffinitione eorũ apparet substantia: ista enim est magistri interpretatio. Patet aũt q̃ substantia nõ cadit in diffinitione accidẽtiũ nisi pro quãto, quia subiectũ & causa eorũ ī generatione causæ materialis sunt. scribit Cõ. in 4. meta. cõ. 2. cadit n. tanquã additũ. 7. meta. tex. cõ. 17. & infra. & ideo si accidentia dicũtur entia propter substantiam, hoc est quia ī diffinitione eorum sumitur substãtia, quæ est subiectũ eorum, & materia, sicut dicimus q̃ homo est homo propter deum, tanquam propter causam efficiẽtẽ & finalẽ, tñ homo fm se homo est, vt dicit in. 5. primæ philosophiæ. tex. c. 11. hominis multæ sunt causæ: attamẽ homo fm se homo est, vnde non quia deus est deus, ideo homo est homo, licet a deo sit homo, vt bene notauerũt subtiles, vide in theorematib⁹ in illo theoremate, Accidẽtia sunt entia eo quia taliter entis.

Substantia dicitur quatuor modis. 7. meta. tex. cõ. 44. &. 8. met. cõ. 2. vbi pondera q̃ Commentator dicit substantiam famosẽ diuidi in quatuor modos.

Substãtię sensibiles non diuersantur in suis substantijs quãdo diffinuntur & quando non diffiniuntur. s. q̃m sunt substantiæ, licet non diffiniantur etiam minus q̃ quando diffiniuntur, sicut est dispositio in visibilibus, q̃m ipsa non sunt minus visibilia, quando non videntur, q̃

q̃n videntur. 7. metaph. cõm. 46. & est expressa authoritas Ari. & Cõ. etiã ibidẽ in tex. c. 58. vbi dicit Philosophus quãuis vtiq; si nõ videremus astra, nõ minus existimatio fore nt substãtiæ sempiternę post eas, quas nos videm⁹. vbi Commenta. scribit q̃ sensibilia sunt entia, licet nõ intelligantur, sicut sunt entia licet non sentiantur. Ex quibus locis manifeste colligitur q̃, esse cognitum est aduentitium essentiæ rerum & q̃ non est de ratione intrinseca rei cognitæ.

Substantiæ separatæ sunt de genere rerũ per se existẽtiũ. 7. met cõ. 48. & 57. ꝓtra modernos asserẽtes substãtias separatas esse formas inherẽtes orbibus per informationem.

Substantia vna actu impossibile est vt sit ex duabus substãtijs in actu. 7. metaphy tex. commen. 49.

Substantiæ solum est diffinitio aut maxime. 7. metaphy. tex. cõm. 50.

Substantia vna numero impossibile est vt de pluribus prædicetur. 7. metaphy. tex. cõmen. 52.

Substantia quã significat diffinitio non habet generationem, neq; corruptionem. 7. meta. tex. cõ. 53.

Substantiæ omnis perscrutatio in scientia diuina de suis speciebus, non est nisi per substãtiã, quæ dicitur forma. 7. meta. com. 1.

Substantiarũ quædam sunt cõcessę ab omnibus, quædam vero a quibusdam. 8. metaphysi. textu commen. primo.

Substantiæ naturales sunt concessæ ab omnibus. ibidem.

Substantiæ sensibiles oẽs materiam hñt. 8. met. tex. c. 3. vbi dicit Cõ. in cõ. q̃ hoc est declaratũ in scĩa nãli. vide. 1. cœli. tex. cõ. 92. vbi dicit q̃ omne sensibile in materia existit.

substantiarum fm rationem hæc quidem separabiles, illę vero nõ. ibidẽ.

Substantia composita est cuius soli⁹ est generatio & corruptio. 8. met. tex. cõ. 3. & 7. meta. 26 & 27.

Substantia composita est separabilis simpl'r. 8. meta. tex. c. 3. vbi Cõm. exponens hoc dicit, quia est separabilis & fm diffinitionẽ & fm esse, ad differentiam formę materialis, quæ solum fm diffinitionem est separabilis a materia & non fm esse, & etiam ad differentiam materiæ quę etiã fm diffinitionem est separabilis a forma. 12. meta. cõ. 39. intellectus innatus est diuidere adunata in esse, sicut diuidit materiam a forma, & formã a congregato ex materia & forma, sed non est separabilis fm esse materia a forma, quia tunc quod nõ est in actu, esset in actu. 2. physi. cõm. 12. Beatus Thomas aũt in pũti loco in. 8. metaphy. super expõne tex. 3. dicit q̃ materia non est separabilis per intellectum ab ipsa forma, quia non intelligitur nisi vt est in potentia ad formã, sed forma põt p intell'm separari a materia sensibili indiuiduante. Sed ista opinio non est peripatetica si absolute & oĩbus modis hoc asserat diuus Thomas. nã licet ī secũda sui notione materia non possit intelligi nisi vt est in potẽtia ad formã, tñ in prima sui notione bene põt sine tali potentia intelligi, sicut pulchre declarauit lucidissimus Themis. in. 1. phy. in digressione de potentia & priuatione materiæ. & Commẽ. 1. phy. cõ. 71. & in. 1. capitulo de subã orbis. Contra diuũ Thomam.

Substantiæ proprium est pexistere aliquam substantiam in actu quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit vt animal si animal nascitur, quale vero aut quantum non necessarium nisi potestate solum . 7. meta. tex. comm. 32. vide pro hoc cō. 42 in 2. cœli, & mundi.

Substātia simpliciter dicitur de materia substantiæ compositæ, & de forma, & de composito ex materia & forma. 7 meta. tex. com. 7. & 34 idem 2. de ani. tex. com. 2. & 8. metaph. tex. com. 7.

Substantia maxime & primū & solum vt est dicere in scīa diuina est considerāda. 7. meta. tex. com. 5. consimile hī quarto primæ philosophiæ, tex. comm. 2. vbi scribitur. vbiq; vero primi proprie est scientia & ex quo alia pendent & pp qđ dicuntur, ergo si hoc est substantia substantiarum, oporret principia, & causas habere Philosophum cōsimile habetur in principio. 12. metaph. tex. com. 1. vbi dicitur de substantia theoria est, quia substantiarum principia & causæ quærūtur. Ex quibus locis clarissime colligit̄ ꝙ tametsi ens inquantū ens est subiectum adęquatum primæ philosophiæ, substantia tamen est subiectum principale in quo saluat̄ prīcipaliter natura entis.

Substantia prima est quæ non prædicatur de aliquo & alia prædicantur de ipsa. 7. meta. tex. com. 7. & ī prædicamentis idem habetur. vide in theorematibus meis in proprio theoremate de hoc.

Substantia composita est posterior duabus substantijs. ex quibus componitur & ipsam esse substantiam est manifestum per se. 7. meta. cō. 9. & habetur ex textu.

Substantia alia est separabilis, alia inseparabilis. ibid. & 1. phy. cō. vlt.

Substantiarum diffōnes significant vnam intentionem, accidentium vero plures 5. metaph. com. 34. vide. 7. meta tex. com. 17. & infra.

Substantiam cuiuslibet quod semel vt sex semel sex, non autem est bis tria aut ter duo 5. meta. tex. cō. 19. & est in cap. de quali.

Substantiam q̄ maxime significare vñr sunt aqua, ignis, aer, & terra, ex quibus composita cōponuntur horum aūt calores & frigiditates, & sīles passiones non sunt substantię. 3. meta. t. c. 17. Et ex illo loco p3 caliditatem & frigiditatem nō esse formas substantiales in elemētis. contra Alex. sed ꝓ Alex. sunt rationes, quia Aristo. inuestigans prīcipia corporis sensibilis. i. tāgibilis in secundo de gene. & corru. te. cō. 7. & infra dicit, ꝙ est prima materia & primæ contrarietates, ex his enim constant vocata elemēta, igitur qualitates primę cū prima materia constituunt elemēta. Amplius Arist. 2. de gen. & corru. dicit ignē esse contrariū aquæ, quod non esset nisi forma ignis esset caliditas, & forma aq̄ esset frigiditas. nam licet Arist. in p̄dicamētis dixerit substantiam non esse ꝓtrari ā substantiæ illud h3 locū de substātia cōposita, & nō de substātia simplici, sicut est forma. Amplius diffinitio substātiæ nō dat̄ per accidentia 7. met. tex. cō. 17. sed in diffōne ignis ponit̄ caliditas & siccitas, vt p3 2. de gen. tex. c. 16. & in principio 4. metheo. igit̄ sunt substātiæ. Amplius illud p cuius ablationem aufertur substantia est substantia rei, quia sicut qđ eo posito ponit̄ rei substātia, ē subā. ita ēt qđ ita se h3, ꝙ eo ablato aufert̄ subā est, subā, eadem

Digressio an qualitates primæ sint substātię elementā.

eadem enim sunt principia in qua aliquid resoluitur, & ex quibus cōponitur: sed ad ablationem caliditatis aufertur substantia ignis. Inquit. n. Cōmen. in cō. 67. super 3. cœli, ignis non inuenitur in actu nisi in fine caliditatis & siccitatis. Ex aduerso aūt contra Alexan. arguitur. nam in his quæ vniuoce dicuntur impossē est vnum & idem respectu vnius esse substantiam, & respectu alterius esse accidens. dixi notabiliter de vniuoce dictis, quia in his quæ dicuntur equiuoce, aut fm prius & posterius secus est, sicut scientia in deo est substātia: in nobis aūt est qualitas: equiuoce. n. dicitur scientia de scientia dei, & de scientia nostra, vt dicit Cōmē. 12. metaphy. cō. 51. ex libro destruct. disp. 6. in solone, 5. & 6. dubij. sed caliditas in elementis & mixtis est eiusdem rationis vniuoce, conueniunt enim in nomine & ratione, similiter rectus iudex de sensibilibus sensus est & tactus nullam differentiam ponit inter caliditatem elementi & mixti. Igitur cum fm Philosophum quod vere est nulli accidit. 1. physi. tex. cō. 27. & caliditas in elemento est substantia, in mixto non erit accidens. Dicimus igitur ꝙ substantia non componitur ex nō substantijs. 2. de anima. tex. cō. 2. & ideo elementa sunt cōposita ex materia & forma substātiali: caliditas aūt & id genus sunt qualitates per quas elementa sunt actiua, & passiua, quia actio est meritō contrarietatis. 1. de generatione & corrup. Et quia ignis vt ignis est subā & subā nō habet cōtrariū ideo Aristo. dicit ꝙ ignis non agit vt ignis, sed vt calidus. & quia de ratione elementi videtur esse ꝙ sit actiuum & passiuū, vt videtur colligi de mente Philosophi in. 2. de gener. & corrup. & in principio 4. metheororx. sic Arist. ibi naturaliter considerans elemēta dicit ea cōstitui ex materia prima & ex primis contrarietatibus: quia ad naturalem non spectat īquantum naturalis est cōsiderare ipsa vt sunt substantiæ, quia subā & accidens sunt de primis differentiis entis inquantum ens, sicut dicit Cōmen. 2. phy. cō. 4. vnde etiam Cōmē. 4. methe. cō. 1. expresse dicit ꝙ virtutes per quas elementa sunt elementa. sunt hæ virtutes quatuor, videlicet, caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. elementum enim dicitur relatiue ad elementatum, & quia elnta non sunt partes mixti nisi alterentur. alteratio autē est merito qualitatum: mixtio. n. est miscibilium alteratorum vnio. & forte hoc voluit Alex. nam si caliditas esset substantia, transmutatio in caliditate esset gñatio substantialis & non alteratio: nā vniuoce dī in simplicibus & mixtis, per hoc patet ad primum. Ad secundum. Arist. 2. de generatione & corrup tex. cō. 49. dicit ignem esse contrarium aquę, & aerem terræ, vt contingit substātiam substantiæ contrariam esse, quod ideo dixit, quia contrarietas in substantiis non est fm esse substantiæ, sed fm qualitates & passiones inuentas in eis. Ad aliud dico ꝙ qñ dīæ substantiales rerum latēt, tunc possumus circūloqui per passiones & proprietates inseparabiliter consequentes tales formas, vt dicit Cōmen. 7. meta. cō. 41. & 8. meta. cō. 5. Ad vltimum respondet̄ ꝙ illud

illud ad cuius ablationem primo, & per se aufertur substantia rei, est substantia: sed nego minorem. qa licet ad ablationem caliditatis aufertur substantia ignis, hoc non est primo & per se, sed est mediāte forma ignis, quia ablata forma primo aufertur ignis, sicut ad ablationem trianguli primo aufertur hꝛe tres, sed ab ablationem aufertur, sed nō primo, sed mediante triangulo. similiter hoc est per accns, pro q̄to forma non pōt conseruari in materia sine qualitatibus.

Substantias esse contrarias fm formas nihil prohibet. primo physic. com. 52. idem dicit in primo capi. de substantia orbis. vide in concordantijs.

Substantia & accidens sunt dꝛiæ entis fm q̄ ens. 2. phy. com. 4. ponderа reduplicationem illam. Nā vt dicit Auicenna in principio suæ logicæ, & in principio suæ primæ philosophię, ens absolute diuiditur in substantiam & accidens, sed ens vt cadit sub opereaïæ diuiditur ī res quæ sunt nostra opera & ī res quæ non sunt nostra opera, & talem diuisionem appellat Com. fm diuisionem demonstratiuam: 2. phy. cō. 71. Aut dic q̄ dixit illud propter diuisionem limitatam, quia ens sensibile diuiditur in substantiam sensibilem, & accidens sensibile. vt innuit Com. 3. de anima, com. 5. in solutione quęstionis tertiæ.

Substantiæ simplices sunt contrariæ fm suas qualitates, & qualitates earum sunt accidentia in eis. 5. physi. com. 10. idem 8. meta. com. 5. contra Alexandrum.

Substantias, quarū propria sunt cōtraria, dicere contrarias esse aut diuersas, considerandū est, sed nō in scīa naturali. Com. 5. ph. com. 10. vide cām dicti eius in 4. primæ philosophiæ. tex. com. 6.

Si substātiæ essent contrariæ fm formas & fm subiectum, in eis nō solū non esset motus, verūetiam neque mutatio. Com. 5. phy. com. 10. vide causam huius consequentiæ in primo de gene. & corru. tex. com. 43. & in 8 primæ philosophiæ. tex. commen. 14.

Substantia dī de tribus. s. de materia, forma, & composito. 2 de ani. text. com. 2. Nota q̄ ista diuisio primitus fuit Architæ tarentini, vt dicit Simplicius in prædicamentis, & in 1. phy. in expositione tex. 70. & ab Archita Aristo. sumpsit istā, ꝓpria aūt Arist. diuisio fuit illa, quā posuit in prædicamentis in primam & secundam.

Substantia est illud ad cuius ablationem aufertur substantia. 2. de ani. com. 2. & 8. quod quō sit intelligēdum vide in 8. primæ philosophię com. 5. contra Alexādrum, qui su per hoc fundauit intentionem suā ad probādum qualitates primas eē formas substantiales elementorū.

Substantiarum quædā sunt sine accidentibus, quædam vero sine accidentibus esse non possunt. 12. met. com. 25. Inde collige in abstractis substantijs nullum esse accidens, ni si forte in intellectu materiali.

Substantiarum quædam sunt naturales, & quædam animatæ. 12. metaph. tex. com. 25.

Substantiarum causæ vt causæ omnium, quia destructa destruuntur. 12. meta. tex. com. 27.

Substantiam æternam immobilem esse Aristoteles declarauit propositionibus cōibus vtriq; scientiæ. 12. meta. commen. 29. vide in contradictionibus.

Substantia necesse est illud quod est ꝓius substantia. 12. metaphys. tex. commen. 43.

Substantiæ primæ qnq; dicuntur diuinę substantiæ. vt 12. metaph. tex. commen. 50.

Substantia dicitur multis modis, sed famosior significatio eius est illa, q̄ dī de indiuiduo substantiæ. & vide cām in paraphrasi meta. Auer. tracta. 1. c. de substantia.

Substantia manifeste ponitur in diffinitionibus trium prædicamentorum v3. vbi, situs, & habitus, q̄ patet ex eorū diffinitionibus, ex paraphrasi meta. tracta. 1. in principio.

Substātia in diffinitionib⁹ quatuor prædicamentorum. s. quantitatis, qualitatis, relationis, & qn̄, non apparet, & præsertim qn̄ sumuntur vt abstracta per intellectum, & significantur per nomina in abstracto, vt albedo dum diffinitur quod est color disgregatiuus visus, & magis ad hoc de magnitudine & figura. Nihil ominis iam fuit ostēsum ipsam posse esse suo indigere substantia ex eodem loco.

Substantia recipitur in diffinitione omnium accidentium, vel potentia propinqua vt est in illis prædicamentis accidentium, in quorum diffinitione non apparet relatio ad substantiam, vt sunt quantitas, qualitas relatione & quando. Aut recipitur actu vt in cęterīs. ibidem.

Substantia respectu nullius potest esse accidens, Præpositio est quæ ex Philosopho sumitur 1. physi. quod vere est nulli accidit, fm Alexand. & Ioan. Grā. & sequaces, ꝓpō locū habet de substantia perfecta quæ ē composita ex materia & forma. vn̄ ipsi tenent q̄ sit perfectior forma, quod ēt latini nostri sequuntur in hoc aduersantes Com. q̄ asserit formam esse perfectiorem substantiā quàm cōpositum. vn̄ fallit fm istos græcos expositores ꝓpō in substātia simplici, sicut est forma, pp formas elementarias, q̄ sunt substātiæ in elementis, sed in mixtis substantijs pfectis sunt accña: sic ēt glosant Arist. dcm̄ in prædicamentis, vbi asserit substantiæ nihil esse cōtrariū, verum est in cōpositis, sed fallit in simplicibus, quia formæ subales elementariæ sunt cōtrariæ. Auerroes aūt & latini vl̄ dicunt propositionem istam veram esse tam in simplicibus quàm in compositis: in his tn̄ quæ vniuoce dn̄r. fallit aūt in equiuocè dictis, aut fm prius & posterius: quia scientia in deo est substantia, & in homine est qualitas. glosa Com. in 8. meta. com, 5.

Substātia sola est sepabilis. 7. primæ philosophię. t. c. 4. idē. 12. met. t. c. 3. & 1. ph. tex. cō. 14. & 39.

Substantia est prior omni accidēte tribus modis, diffone, cognitione, & tpe. 7. metaph. tex. cō. 4.

Substantia vniuscuiusq; rei est vna essentialr. 4. meta. cō. 3. Contra illos, qui dicunt vnū nō prædicari in primo modo dicendi per se de omnibus sicut ens.

Substantia dicitur multis modis. 5. metaph. tex. com. 15.

Substantię animatæ vn̄r esse principia substantiarum naturalium. 12 metaph. tex. com. 25.

Subæ tres sūt, duæ physicæ, & tertia immobilis. 12. met. tex. cō. 5. & 29. Nam substātia alia mobilis, & hęc duplex,

duplex, quædã generabilis, & quędam ſempiterna, de vtraq; conſiderat naturalis. tertia aũt eſt immobilis, & de iſta conſiderat diuinus.

Subiecto exiſtente vno, & potentia vna, & agente vno, nulla prorſus erit multitudo. 12. me. com. 11.

Subijci oportet ſemp aliquid in omnibus oppoſitis mutationibus. 8. primæ philoſophię. tex. cõ. 4. vide & primo phyſi. tex. com. 60. & 63. & in 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Subiectum qđ eſt in tranſmutatione ſubſtantiali eſt ens in potentia, & ſuum eſſe eſt quaſi mediũ inter eſſe in actu & non eſſe; ſed ſubiectum in alijs tranſmutationibus eſt in actu. 8. me. com. 4. & 1. phyſi. com. 63. & in 1. cap lib. de ſubſtantia orbis. 1. de gene. & corrupt. tex. com. 23. & 24 2. de ani. com. 4.

Subiectum tranſmutationis ſubſtantialis qñ recipit formam aſſimilatur enti in actu, & qñ dimittit formam, aſſimilatur non enti. 8. meta. com. 4.

Subiectum & vniuerſale differunt. 9 meta. tex. com. 12.

Subiectum dupl'r ſubijcitur, aut vt hoc aliquid vt animal paſſionibus, aut vt materia actui. 7. metap. tex. com. 44.

Subiectum formæ non habet eſſe niſi per formam, & ideo actio agentis dependet a ſubiecto fm ꝙ ſubiectum dependet a forma, cum actio agentis non depẽdet a forma neq; a ſubiecto ſine forma. 7. metaphy. com. 31.

Si ſubiectum formæ generaretur ab aliquo agente & forma ab alio, tũc ſubiectum & ſua forma eſſent duo in actu, & vnum actum fm ꝙ eſt vnum actum eſſet a duobus agentibus, quod eſt impoſſibile. Commen. 7. meta. com. 31. in digreſſione contra Auicennam, Themiſt. & Platonem, aſſerẽtes aliud eſſe agẽs diſponens materiam, & aliud eſſe generans, quod inducit formam in materia.

Subiectum primum maxime videtur eſſe ſubſtantia, tale vero modo quodam materia dicitur. 7. meta. tex. com. 7.

Subiectum aliarum rerum conceditur magis eſſe ſubſtantia quàm aliud. 7. metaph. com. 7. & 8. idem 2. phyſi. 8. 9.

Subiecta quæ ponũtur in diffinitionibus accidentium eſſentialiũ non ſunt ſicut genera dſiarũ, quia ſunt diuerſa fm genus & fm naturã qđ non contingit in gñe & dſia, neq; illud quod congregatur ex accidentibus & ſubiecto eſt vnum in actu, ſicut illud quod congregatur ex genere & dſia. 7. metap. com. 17. vbi patet genus & dſiam quæ ponuntur in diffinitionibus ſpecierũ eſſe eiuſdem generis, & ſignificare eandem naturam fm rem. Contra Ioã de Gandauo ponentẽ tot formas reales quot ſũt prædicata quiditatiua.

Subiectum eſt prius propria paſſione. Commen. 5. meta. com. 16. vbi dicit ꝙ paſſiua paſſionibus ꝓprijs ſunt ante paſſiones & accidentia, licet textus aliter jaceat in litera vera, quæ habet ꝙ alio modo priora dicuntur paſſiones priorum, ſicut rectitudo quæ eſt paſſio lineæ eſt prior lenitate quæ eſt paſſio ſuperficiei; quia linea eſt prior ſuperficie.

Subiectum eſt terminus multiplex, & obmiſſis ſignificationibus quib⁹ conſueuit ſumi in logica. v3. pro ſubiecto de quo aliquid dr̃, & ꝓ ſubiecto ſcĩæ de quo præcognoſcitur quid, & quia eſt, apđ Philoſophos aũt habet ẽt multiplex ſignificatũ: nam ſubiectum qñq; diſtinguitur contra materiam, quia nomen materiæ refertur ad futura nomẽ ſubiecti ad pñtia. mã. n. ſenſibilib⁹ qualitatibus informata ex materia trã ſit in ſubiectũ. vnde æs ex quo fieri poteſt mercurius ante ſuſceptionem formæ, materia mercurij dicit̃, introducta aũt forma dr̃ ſubiectum, ita notat Alexan. in principio libri metheororũ. vbi Philoſophus dicit ꝙ accidentium circa ipſum ignem & terram, & ſuigenea talis vtin materiæ ſpecie eorũ quæ ſũt oportet putare: vult enim qua dicit eſſe elementa reſpectu mixtorum eſſe vt in materiæ ſpecie. ideo aũt dicit, vt in materiæ ſpecie, quia reſpectu mixti. & hanc, etiam dſiam notauit lucidiſſimus Themiſtius in lib. 1. phy. authoritate Boẽtionę materiæ. Sumitur iterum ſubiectum apud Philoſophos ꝓ ſubiecto formæ. & ſic æquiuocè forma ſubſtantialis dr̃ eſſe in ſubiecto & forma accidentalis, tum quia ſubiectum formę ſubſtãtialis fm ꝙ ẽ ſubiectũ eſt ens in potentia, vt dicit com. 2. de ani. com. 4. ſubiectũ vero accidentis eſt ens in actu præcise accidentium terminatorũ: tũ quia ſubiectum formæ ſubſtãtialia ſuſtentantur in eſſe per formã, ſed accña ſuſtentantur in eſſe per ſubiectũ. 2. phy. com. 4. & 4. meta. cõ. 2. tum ẽt quia ex ſubiecto & forma ſubſtantiali fit vnum per ſe, ex ſubiecto vero & accidente quodcunq; accidens fuerit, non fit vnum per ſe, ſed vnum per accidẽs, 7. meta. tex. com. 17.

Subiectum ẽt in philoſophia qñque ſumitur pro quocũq; termino poſitiuo, & forma motus ſiue ſit terminus a quo, ſiue ſit terminus ad quẽ. & ſic ſumitur. 5. ph. tex. cõ. 7. vbi dr̃ ꝙ omnis motus eſt de ſubiecto in ſubiectum. dico aũt ſubiectum ex affirmatione monſtratũ.

Sumitur iterũ ſubiectũ præciſe pro termino ad quem intendit motus, & iſto modo ſumitur in 4. phy. tex. com. 129. vbi dr̃. Dico aũt velociꝰ mutari prius tranſmutans in ſubiectum fm idem ſpacium & regularem motum. vbi The. exponens inquit, voco ſubiectum id quo tẽdit motus locum formã & qualitatẽ.

Digreſſio de ſubiecto medicinæ.

Ex hoc poteris ſcire quantum errauerunt illi qui tenuerunt ſanitatem eſſe ſubiectũ in medicina, ſumentes ſubiectũ eo mõ, quo ſumũt logici ꝓ ſubiecto ſcĩæ, de quo demonſtrant̃, ꝓprietates & paſſiones, & ad quod omnia in ſcĩa habent attributionem pp authoritatem Galeni, male intellectam. in principio lib. de ſectis. vbi h3 ꝙ medicinę artis intentio ſanitas eſt: finis vero eiꝰ adeptio: dicunt intentionem ſumi ꝓ ſubiecto, ſed non aĩaduerterunt ꝙ ſubiectum ꝓ intentione eſt terminus inquem tendit intẽtio artis, ſicut Philoſophi terminũ ad quem tendit motus dicunt ſubiectũ, illđ enim quod primo obijcitur, intentioni artis medicinæ eſt ſanitas, qa eſt finis principal'r intentus ab arte quia aũt ars illa eſt factiua, & non conſiderat ſanitatem tanq̃ rẽ ſpeculabilem, ſicut facit naturalis, ſed vt eſt inducibilis p artẽ, ſic finis vltimatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vltimat' illius artis est sanitatis adeptio: hoc.n. est quando quis artem ad actum ducere voluerit, vbi op' est duplici incedere instrumento, ratione, & experimẽto, vt dicit Galenus in cõ. 1. primæ particulæ separatorum sermonum: artis igitur in se intentio est sanitas. i. finis principaliter intentus, sed sanitatis adeptio est finis artis vt habet deduci ad actum per rationem & experimentum. vnde ipse Gal. dicit corpus humanum esse subm medicinæ, sic.n. in diffinitione medicinæ dicit medicinam esse sanorũ, ægrorum, & neutrorum, & sanitas est finis medicinæ. vt dicit Arist. in principio libri ethicorum. vnde Auic. in prima Fen primi diffiniuit medicinam complete per subm & finem dũ dixit medicinã esse scĩam qua humani corporis dispõnes noscuntur ex parte qua sanatur. & ita dicit Amonius super Porphirio, & Cõmenta. Alexan. in illo lib. vnde equiuocatio decepit eos, quia quando q; finis & subm pro eodem accipiuntur, & intẽtio vt patuit, sed nõ summit' subm ꝓ subiecto de quo demonstrantur passiones, ad quod oĩa considerata in scientia habent attributionem. Subiectum ẽt apud philosophos qñq; sumitur ꝓ obiecto, vt patet. 2. de gen. & corru. tex. cõ. 7. vbi dicitur ꝙ visus est prior tactu, quapropter & subiectũ prius eodem modo sumitur in. 2. de aĩa. tex. cõ. 144 & 136. & in 3. de aĩa. cõ. 5. in solutione primę qõnis. vbi dicit ꝙ comprehendere per sensũ fit per duo subiecta, quorum vnus est per quod sensus est verus & est sensatum extra animam: aliud autem est subiectum per quod sensus est forma existens, & est prima perfectio sentientis, vbi in primo mẽbro sumitur subiectum pro obiecto. in 2. vero pro subiecto quod subiicitur sensationi & est recipiens.

Via doctrinæ eſt triplex genus demonſtrationis .ſ. demonſtratio ſigni,& demonſtratio cauſæ, & demonſtratio ſimpliciter. Auerr. in prologo 1. phy.Vbi aduerte qp demonſtratio ſigni eſt ab effectu ad cauſam,& dr demonſtratio,quia ē vel a ſigno ſuper effectum,vel etiā per cauſam remotā vt colligit, ex ꝓceſſu Ariſt.in 1.poſteriorum. Demonſtratio cauſę tantum, ſeu pp quid eſt,qñ eſſe effectus ſeu inhetia paſſionis in ſubiecto eſt per ſe nota ante demōſtrationē,ſed ignorat ꝓpter quid illius.huius exēplū accōmodatū exhibetur in 8. phy. tex.com.65.vbi demōſtrat ꝓpter quid eſt qp ſi duo mobilia æqualis velocitatis per idem ſpatium in eodem tēpore moueantur,ſi vnū moueatur directe motu continuo pertranſeundo totum ſpatium, alterū vero reflectat replicando medietatem bis,cuius ptranſit primum totum ſpatium q̄ ſm medietatem replicatam,& ē quia inter duos motus ptrarios cadit quies media,patet.n.qp per talem demonſtrationē nō aggñatur de nouo ipſius quia ē aliqua cognitio,ſed pp quid tm̄, & ideo dr demonſtratiuo pp quid ſeu cauſæ tm̄, Demonſtratio vero ſimpliciter ſeu demōſtratio dans cām, & eſſe,ſeu demonſtratio potiſſima eſt qñ,vt d. Themi. in 2.poſteriorum.cap.2.vt communi examine vtrāq, abſoluat cognitionem,& vt ſit,& quāobrē ſit,& ideo ab Auerr. dr plerunq, demōſtratio dans cauſam & eſſe,quia ſimul & ſemel facit cognoſcere inherentiam paſſionis,& cauſam inherentiæ, & iſta ē notabilis via Cōm. clare in 2. cælī & mundi.in com.35.Et Latini expoſitores in lib. poſteriorū non vidēnt intellexiſſe huiuſmodi differentiā. Conſidera ēt vt ſcribit Cō. in 1.cęli.com.95.qp demonſtratio nes ducentes ad impoſſe ſunt de numero ſignorū,quia cū oēs ferè demonſtrationes,quæ fiunt in ſcientijs mathematicis ſint ducentes ad impoſſibile,tunc ibi erunt demōſtrationes ſigni, quod cōmuniter non eſt conceſſum.

Via in rebus gñabilibus p naturam ē de ſpecie eius ad quem terminat, ſed differunt ſm magis & minus. 2.phy.com.14.idem 5. phy.com. 9.& 3.phy.com.4.

Via ad rem eſt aliud ab ipſa re. 5. phyſi.com.4.

Via q̄ eſt inter pōam & actū eſt de illo genere de quo eſt actus, & eſt idem cū actu,ſed nō differunt niſi ſm magis & minus.5. phy.com.9.

Via legis differt a via Philoſophorū,quia via legis ſimplex & narrata ponitur, ex diſputatione 6. in ſolutione. 6.

Vinū aromaticū eſt melius qđ repe riri poteſt in ſincopi, & hoc eſt qđ ſua caliditate penetrare pōt p totū corpus, quod eſt ſine amaritudine & ſtipticitate,& ē illud vinū qp eſt vinoſum,qđ eſt pungitiuū in principio,& poſt eſt delectabile ſine amaritudine &ponticitate,& ſarracenis in hoc caſu licet vinum bibere, quamuis eis prohibitum ſit. 7.Coll.cap.16.de cura ſincopis.

Vinum digeſtioni citi⁹ præparatur omnibus aliis cibis & medicinis, ita qp dicitur qp in ſtomacho non mutatur ad digerēdum, ſed in epate ſolum.ibidem.

Vinum dulce exhalat, pingue enim eſt & non coagulatur a frigore & vritur. ibidem.

Vinum quodcunq; paruam habet exhalationem, ideo emittit flammam. ibidem.

Vinum nouū habet plus terrę quā antiquum, 4. metheororum. tex. cōmen. 48.

Vinum vnum dicit & aqua vna inquātum indiuiſibile ſm ſpeciem. 5.meta. tex.com.9.

Vinum natationem cibi in ſtomacho vetat, ventoſitatem reſoluit, vrinam prouocat & ſudorem,animā letificat,& adiuuat nām ad expellendū ſuperfluitates-7. Col.ca.6.

Vina tēporibus calidis fece ſubuerſa deprauātur. 3. de generatione animalium cap. 2.

Vinum & ceruiſia ducibus reſiſtunt choleris & eas a corpore expellunt, melancolię vero a tota ſpecie reſiſtunt. 6.Col.cap. 6.

Vinum nouum abſolute eſt calidius antiquo, ſed in cōparatione corporis humani vinum antiquū eſt calidius nouo. Auer.in 2. de generatione aīalium cap. 2. vbi in ſimili cōciliat dicta medicorū cū dictis Ariſto, aſſerentium albumen oui eſſe frigidi⁹ vitello,cuius tm̄ oppoſitum ſentit Ariſto. inquit.n. qp multę res abſolute ſunt calidiores alijs q̄ in cōparatione corporis humani ſunt frigidiores. Et nota qp p hoc fundamentum multę apparētes ptradictiones īter Philoſophos & Medicos conciliari poſſunt in ſimilibus, nam medici ſimpliciū & cōpoſitorum cōplexiones graduāt in reſpectu corporis humani,medicina.n.eſt ſciētia qua humani corporis diſpoſitiones noſcūtur,vt inquit princeps,ex parte qua ſanatur aut ab ea remouet, vt habita ſanitas conſeruetur,& amiſſa recupere tur. vide ēt in 2. de aīa.com.105.

Vini & olei natura maxime alienos odores ſuſcipit. Ariſto. in libro de inſomniis.

Violentia non intelligitur niſi in reſpectu naturæ.1. cæli cōm.62. & 14.& elicitur ex textu.

Vis ſenſibilis eſt in corde. Ariſt.3.de partibus animalium. cap de corde,& vide etiam pulchre Alexandrum ī paraphraſi de anima. cap. vltimo, vbi arguit in quo loco, aut in qua corporis parte ſit animæ principatus.

Violentū & id quod eſt ꝓter naturā nō eſt in rebus ſempiternis 5.met. tex.com.6.idē.2.tex.com.18.

Violentū nō eſt manſiuū. 12.meta. com.54.& 2.cęli.tex.cō.18.

Vires reteto ſpiritu augent, ex ſcdo de gñatione aīalium cap.4.

Violentum præter naturā eſt Ariſt. in 5. de generatione animalium. cap. vltimo.

Violentię intentio non eſt niſi vt res moueat contrario modo ſuę naturę.3.cęli.cō.18.& elicit ex textu.

Violēte motū mouet ex alio3.cę.20

Vio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Violentia in rei veritate est, vt aliqd corpus moueat alterum corpus ab extrinseco, ita ꝙ in natura illi⁹ corporis motoris non sit vt moueat illud quod ex eo mouetur semper, sed in aliqua hora. Cõmen. 3. cęli. com. 20. Ex quo patet ꝙ propositio Pomponatii non est vniuersaliter vera, ꝙ omne quod mouetur ab extrinseco, moueatur violẽter, ẽt in motoribus corporeis.

Vipera sola animal edit, postquam intra se oua edidit, cum cætera serpentum omnia genera oua edant in lucẽ, quo fit vt viperę vni vulua similis vt chartilagineis sit. 3. de natura aĩalium. cap. 1.

Vipera sola ex serpentibus animal giguit. primo de historia aĩalium. cap. 6. & 5. lib. cap. vltimo.

Viperę vino venantur. 8. de natura animalium. cap. 4.

Viriditas est principium nigredinis, & ideo causæ quæ faciunt nigredinem sunt eędem cum causis faciẽtibus viredinẽ, excepto ꝙ in viriditate sunt debiliores. 4. Col. cap. 22. Et aduerte ibi ꝙ nigredo a calido & frigido causari potest.

Viri & mulieres pingues sunt min⁹ fecundi, vide causam. 1. de generatione aĩalium. cap. 18.

Virtus quæ simplices terminationes apphendit pluris est atq; prẽstantior virtute quæ componit & diuidit, nam in complexione modo veritas, modo falsitas continetur, intelligentia vero semper vera est. Amplius intelligentia attingimus rem & amplectimur, sed per cognitionem quę in cõplexione cõsistit circuimus rem atq; lustram⁹, & eir cunspicimus non accedẽdo. The. 1. de aĩa. cap. 26. vbi ponit dr̃iam inter intelligere & cognoscere.

Virtus sensibilis princeps cõis, & q̃uis sit in corde, tñ non completur cum operatio manifesta nisi in cerebro nucha & nerui. 3. Col. cap. 31

Virtus augumẽtatiua nõ habet alia mẽbra a mẽbris virtutis nutritiuę, sed cadẽ mẽbra sũt vtriusq; 2. Col. cap. 10. de iuuamentis mẽbrox officialiũ ministrãtiũ ỹ tuti gñatiuę.

Virtutes istę quatuor vel qnque. s. attractiua, retẽtiua, digestiua, & expulsiua, & discretiua, sũt ĩ vnoquoque mẽbro deseruiẽtes virtuti nutritiuę principali exñti ĩ illo membro, & nõ sunt sepatę, sed sunt sicut multi operii sup vnũ opus 2. Coll. ca. 9. de iuuamẽto mẽbrox officialiũ. Nota tñ ꝙ istud est verũ vt in plib⁹, sunt. n. aliqua mẽbra in q b⁹ nõ apparẽt eẽ oẽs illę qnque virtutes, sicut dicit idẽ Auer. de ĩtestinis in q bus nõ ẽ manifesta virt⁹ attractiua, & ideo nõ hũt tunicã lõgitudinalẽ, neq, villos lõgitudinales q bus fit attractio, quia cibus digest⁹ in stomacho per virtutẽ expulsiuã stomachi per portanarium transmittit ad intestina.

Virtutes digestiuę opatio nõ cõplet nisi p qetẽ, & virtutis expulsiuę opatio pficit p motũ 6. Col. cap. 2. ideo Hyppo. dixit, si vis ellebox ducere, moue corp⁹. motus. n. corpora turbat, declarat autẽ nauigatio.

Virtus & malitia ad aliquid sunt. 7. phys. tex. com. 17.

Virtus est indiuisibilis 7. phys. tex. cõmen. 18.

Virt⁹ cognitiua quemadmodũ alia primatum obtinet. alia vero famulat, ita ẽ in pte practicę, siue actiua comperies, vis enim qua ĩpellimur & appetim⁹ q̃ ĩpulsus, atq; appetit⁹ dicitur

dicitur, principatu fungitur, vis aũt quæ neruis insita est, qua corpus rationibus quæ ab impulsu & appetitu proueniunt mouetur, famulat, suo ac ministerio obsequit. Alexã. in paraphrasi de anima. cap. de impulsu & virtute impulsiua.

Virtutis & vitij nullum est medium, 7. phy. tex. cõ. 18.

Virtus & vitiũ sunt duo habitus qui acquiruntur consuetudine passionum laudabiliũ, aut illaudabiliũ, 7 phy. tex. cõme. 19.

Virtus & vitium sequuntur passionem. ibidem.

Virtus vegetalis est propter sensilẽ, sensilis pp appetitum, appetitus pp intellectum est. Alex. in paraphrasi de aĩa. in ca. de impulsu & vi impulsoria, nam semper vilius est nobilioris gratia.

Virtus moralis maxime operatur in hoc, videlicet, ad scĩam, & maxime castitas, 7. & phy. cõ. 20.

Virtus rationalis est magis spiritualis q̃ imaginatiua, quia appræhendit vniuersalia, 2. Coll. cap. 7.

Virtutes quæ apprehendunt particularia habitudinib⁹ imaginatis sunt tres. s. extimatiua & imaginatiua, & reminiscibilis, 2. Coll. cap. 7.

Virtus motiua voluntarie non est alia a virtute motiua in loco, vt dicunt medici, 2. Coll. cap. 7.

Virtutes naturales agunt vnum cõtrariorum per se, & aliud per accns, sed virtutes rationales agũt vtrũq; contrariorũ p se octauo physi. tex. cõ. 8. & 9. primæ philosophię t. c. 2.

Virtutes rõnales non quiescũt qñq;, & mouent qñq; nisi ꝓpter aliquã innouationem factam in anima, aut in corpore, aut in extrinsecis, 8. phy. cõ. 8. & 15.

Virtutes quinque sũt nutritiuę animæ. s. attractiua, retentiua, digestiua, expulsiua, & discretiua, 2. Colliget cap. 7.

Virtus autem excellentia est. 1. cœli tex. cõ. 116. vbi accipitur ꝙ definitio potentiarũ est per sumũ in qd⁹ pñt. Et aduerte ꝙ vt dicit dñs Albertus, propõ locũ habet in omnibus potentiis & virtutibus quę hñt rõnem totius potestatiui, tã in naturalibus q̃ in moralibus, habet ẽt locum in virtutibus animę sm Diuum Thomã, vide in 2. de aĩa. 49.

Virtus crescitiua est quasi finis nutritiuę, & generatiua ẽ quasi finis crescitiuę. 2. Coll cap. 7.

Virtutes quæ sunt in hoie, vt dicunt physici & medici sũt tres, videlicet, naturalis, vitalis, & aĩalis. 2. Co. c. 7.

Virtutes actiuæ & passiuæ corporeæ diuiduntur ad diuisionem corporis, & ideo omnes sunt finitæ. Cõ. in paraphrasi primi de cœ. ad finẽ.

Virtus pulsatilis est virtus cibatiua, sicut aliæ quinque virtutes ei attributę. videlicet, attractiua, retentiua, digestiua, expulsiua, & discretiua, 2. Coll. cap. 7.

Virtutes actiuæ & passiuæ differũt, quia virtutes actiuæ nõ indigẽt motore extrinseco vt exeãt ad actum, sed virtutibus passiuis motor extrĩ secus est necessarius, 4. cęli. cõ. 2.

Virtus qua iudicamus istum esse Socratẽ aut filiũ Socra. est superior ad virtutẽ sensus, 2. de anima. cõ. 134.

Virtus quælibet existens in corpore cõposito, aut attribuit primis qualitatibus. s. formæ complexionis, aut erit virtus existens in forma complexionali, 3. de aĩa cõ. 6.

Virtus imaginatiua est in anteriori cerebri, & cogitatiua in medio, &

rememoratiua ī posteriori, & hoc non tantum dictum est a medicis, sed dictū est in sensu & sensato, vbi per illud intellige librū de memoria & reminiscentia, vbi vide ipsū, sententia Cōmē. est 3. de aīa. cō. 6.

Virtus cogitatiua apud Arist. est virtus distinctiua individualis, quæ distinguit intentionem rei sensibilis a suo idolo imaginato 3. de anima. cō. 6. & cō. 20. & 33. & 2. de anima cōmen. 63.

Virtus cogitatiua est de genere virtutum existentium in corpore. cō. 6. 3. de aīa. & cō. 7.

Virtutes individuales fm Arist sunt distribuęe in quatuor ordinib⁹, in primo est sensus cōmunis, deinde est virtus imaginatiua, deinde cogitatiua, postremo est rememoratiua, 3. de anima cō. 6.

Virtus rememoratiua est magis spiritualis, deinde cogitatiua, deinde imaginatiua, postremo sensus cōmunis. ibidem.

Virtus imaginatiua & cogitatiua & rememoratiua non sunt nisi in loco virtutis sensibilis, & ideo non indigetur eis nisi in absentia sensibilis. 3. de anima. cō. 7.

Virtutes animę mixtę non indicant nisi finitas intentiones & fm conuersionem oppositi, illud quod nō indicat intentiones finitas necesse est vt non sit virtus animę mixta, 3. de anima. cō. 19.

Virtus apprehēdens simplicia & cōponens ea est vna & eadem virtus, contra Auempacem, qui tenuit virtutem cōpositiuam esse aliam ab imaginatiua, 3. de anima. cō. 22.

Virtus cogitatiua qñ iuuatur p virtutem informatiuam & rememoratiuam, innata est præsentare ex imaginibus rei aliquā, quā nunq̄ sensit, 3. de aīa cō. 33. idem. cō. 20. & cōmen. 5.

Virtutis cogitatiuę intētio nulla est nisi vt ponat rem absentem a sensu quasi rem sensatā, & ideo comprehensibilia humana diuiduntur in hæc duo, videlicet, in comprehensibile cuius principium est sensus, & in compræbensibile, cuius principiū est cogitatio. 3. de aīa. cō. 33.

Virtus cogitatiua non est intellect⁹ materialis neque est intellectus in actu, sed virtus particularis materialis, 3. de anima. cō. 33.

Virtus cogitatiua non componit intelligibilia simplicia, sed intellect⁹ materialis. ibidem.

Virtus cogitatiua hois habet instrm terminatum, & est medius ventriculus cerebri, 3. de aīa. cō. 33.

Virtutes sensibiles quædam sunt necessariæ aīalibus, quædam vero sūt pp melius, & oēs diuersant fm fortitudinem & remissionem ex principio cō lib. de Sensu & sensato, vide in concordantiis.

Virtus conseruatiua & rememoratiua sunt vnum in subiecto, & duo fm modum, ex cō. lib. de Memoria & Reminiscentia.

Virtus imaginatiua est in orizonte anteriori cerebri, & virtus distinguēs est in medio, in posteriori vero cerebri est virtus memoratiua & conseruatiua. ibidē. & in 2. Coll⁹ cap 20. de iuuamētis cerebri & partium eius.

Virtutes non mouentur nisi fm subiectū, ex cō. lib. de som. & vigil.

Virtus rememoratiua & cogitatiua non agūt in somno, sed virtus imaginatiua est quæ semper est in motu & actione cōtinua, & ideo actio somniandi

somniandi ipsi attribuitur, ex lib. de som. & vig. Cōmen.

Virtutes interiores sunt perfectiones apud quietem virtutum exteriorū. Cōmen in cō. lib. de diuinatione fm quietem.

Virtutes sensibiles in profunde cogitantibus contrahuntur interius, adeo q̄ accidit somn⁹ magnus. ibi.

Virtutes interiores in his q̄ nati sūt sine auditu & visu sunt perfectiores. ibidem.

Virtutes interiores qñ mouebūtur forti motu, ptrahent virtutes exteriores, adeo q̄ forte accidet ex hoc epilia aut sincopis, & iō accidit in dispōne sīl epilepsię. ibidem.

Virtus quælibet in materia existēs ē finitæ motionis, 3. capite de subā orbis, & 8. ph. tex. cō. 79. 12. primæ philosophię. tex. cō. 41.

Virtutes actiuæ sunt caliditas & friditas, passiuę autem sunt humiditas & siccitas, 4. metheo. tex. cō. 1. & 2. de gener. & corru. tex. cō. 8.

Virtutum rōnalium alia opinatrix, alia scientifica. 6. ethico. cap. 2. vide pulchre Alex. in paraph. de aīa capite de virtute rationali.

Virtus altrix est in corde, vide Arist. 3. de partibus anim. ca. 4. de cor, & Alex. pulchre ī paraph de aīa. cap. vlt. vbi agit in qua parte cordis est principatus animæ.

Virtus regitiua corporum est virtus nutritiua, & dr natura a medicis, & vide cām in paraph. metaph. tract. 3. cap. vltimo.

Virtus informatiua nō format alia membra nisi mediante calore cordis, sicut virtus nutritiua non facit suas operationes nisi mediante cō plexione sua, 4. Coll. cap 2.

Virtutes informatiuę in seminibus existentes, sunt, ex habente semen & sole, illa autem quæ est ex putrefactione est a sole tm̄. 12. metaph. cōmen. 13.

Virtutes naturales generatiuę similes sunt virtutibus artificialibus, 7. meta. cō. 23. vide 2. phy. cō. 79. & 7. meta. cō. 31.

Virtutes informatiuæ existentes in seminibus sunt virtutes diuinæ & fm Arist. in lib. de animalibus assimilantur intellectui: in hoc, q̄ non agunt per instrm corporale, & in hoc differunt a virtutibus naturalibus quæ sunt in corporibus animalium, istæ. n. non agunt actione intellectus operatiui, sed agunt p imprimentia terminata & mēbra propria, 7. meta. cō. 31. vide Arist. authoritatem in. 2. de gen. ani. cap. 3.

Virtus informatiua non agit p mēbrum proprium, & ideo dubitauit Galenus, & dixit. nescio vtrum virtus sit creator aut nō, 7. met. cō. 31.

Virtus informatiua agit per calorē qui est in semine, non ita q̄ sit in seminibus, sicut anima in calore naturali, sed ita q̄ sit inclusa in eis sicut anima in corporibus cęlestibus. & ideo Arist. magnificat hanc virtutem, & attribuit illam principijs diuinis non naturalibus. 7. meta. cō. 31. Inde collige intelligentiā non esse in corporibus cœlestibus sicut anima est in calido naturali. contra rudes.

Virtus sēsualis ab altrice differt, quia separantur in esse vt in stirpibus. item altrix est in omnibus partib⁹ corporis situs sēsualis, quia capillis, vnguibus, ossibusq; nullus est sensus. amplius sensualis vtitur cogitatione & iudicio, altrix vero actione sola. amplius non semp vtimur

sensuali,& vacatio eius est somnus, semper vero vtimur altrice,& vacatio eius mors est, vnde altrix etiam in somno operatur & viget magis, sensualis vero tunc feriatur & quiescit Alex.in paraphr. de aīa in cap. de impulsu & vi impulsoria.

Virtutes quædam animæ, vt cibabilis,sensitiua,& imaginatiua, & desideratiua non habent esse nisi cum materia.12.meta. cōmen. 17. authoritate Alexandri.

Virtutes quæ sunt in seminibus quæ faciunt aīata,non est necesse q̄ sint animatæ in actu, sed in potētia sūt, domus quæ est in anima domificatoris est domus in potentia & non est domus in actu.12.meta.co.18.

Virtutes existentes in seminibus,assimilantur virtutibus artificialibus, & sm Aristo. in lib. de animalibus sunt virtutes diuinæ quæ habēt potentiam dandi vitam & similes virtutibus quæ dicuntur intelligētiæ, quia perducunt ad finem .12. primæ philosophiæ.cōm. 18.idem 7. meta.cōmen.31.

Virtus quæ dat animā a Galeno vocatur formatiua,& quidam sapientum dicunt q̄ ista virtus est separatum principium.quidam vero istorum dicunt q̄ est intellectus,& quidam q̄ est anima, & quidam q̄ est corpus cœleste, quidam dicunt q̄ non est aliud nisi deus,& ideo Galenus dubitauit vtrum agens istam actionē sit ipsemet deus, aut aliud. ex lib.destr.disp.3.in fol.18.dubij. idem in 7.metaphy.

Virtus quælibet corporea finita est prout diuiditur diuisione sui subiecti.ex lib.destr.disp.5.in solutione 18. dubij.

Virtus voluntaria motiua duplex, cōmunis, & est in corde.i.in musculo mouēte cor,& particularis, & ē in musculo proprio vniuscuiusq; mēbri.2.Coll.cap. 18. de iuuamentis membrorum motus volūtarij. contra Petrum Pompon.

Virtutis animalis principium ibi est vbi est principium animæ inst̄m quod est spiritus, taleaūt est cor. contra Gal. in.2.de partibus anim. cap. de cerebro Auer.

Virtus vitalis est in corde sm Gale. & est diuersa a virtute animali sensitiua & motiua quæ est ī cerebro, & a virtute nutritiua quę est in epate:& dicit istam fuisse quęstionem Platonis & Hippocrā.Cōmenta.3. de partibus anim. in cap. de corde, in digress. de principatu mēbroꝝ.

Virtus tertia dari non potest,alia videlicet,a nutritiua & ab animali,vt posuit Gale.quia tūc daretur tertia actio distincta a nutritione, sensatione,& motu.3. de partibus in capitulo de corde.

Virtus augumentatiua aīalium est maioris ramificationis q̄ virtus augumētatiua plantaꝝ.Auer. in.3.de part.anim.in cap.de corde.

Virtus informatiua existens in semine,non est anima nutritiua, vt imaginatus est Auic. Auer.in 2 de generatione anim.cap. quo querit vtrū semen sit animatum.

Virtus informatiua non est suba separata, vt imaginatus est Abubac. sm snīam Arist.ibidem.

Virtus informatiua est similis arti & intellectui. ibidem. & in 7. primæ philosophię.cō.31.

Virtutes quædam partiales aīæ nutritiuæ insunt corporib⁹ plures existentes, quarum quædam est attractiua cibi, quædam expulsiua excrementi

crementi cibi, alia retentiua ipsius alimenti donec fiat concoctio, alia est discretiua excrementi ab ipso alimento. Auer.in 2.de gener.animalium.cap.2.

Virtus quælibet activa aut passiua requirit in operatione sua quantitatem terminatam & qualitatem terminatam ex 2.de gener.animaliū. Auer. in cap. 3. vbi declarat quomō fœtus in vtero aīaliū augeat.

Virtutis bonitas & malitia sequuntur bonitatem & malitiam complexionis,& propterea a medicis ponuntur in eodem genere. 7. Coll. ca. 9. de cura putridarum febrium in generali.

Virtutum actiuarum gradus super vnam eandem complexionē sunt sm comparationem graduum virtutum passiuarum. Auer.in 2.Col. cap. de complexionibus membrorum consimilium.

Virtus discretiua & separatiua differūt in esse & tempore. 3. Col.c.16.

Virtutum diuersitas est causa diuersitatis instrumentorum,& nō ecōtra. Auer.in 4.de gener. anim.cap. 1.& elicitur ex textu.

Virtutes apprehēdētes materiales.ſ. sensitiuæ non apprehendunt seipsas neq; finem suæ dispositionis.ex libro de continuatione intellectus abstracti cum homine.

Virtus extimatiua est quæ apprehēdit essentiam particularium existēt̄ium sub vniuersalib⁹, & virtus remiscibilis est recordatiua illorum particularium quę sunt comprehēsa ab illa, virtute propria & virtus imaginatiua est illa a qua extimatiua apprehendit suam impressionem. Auer.2. Colliget.capit.7. Ex illo loco intelligis dictum eius in.3.de aīa,cō.6.vbi Cōmenta. posuit virtutem memoratiuā magis spiritualem alijs virtutibus interioribus.nam sententia eius est q̄ imaginatiua apprehendit confuse ipsū particulare,sed extimatiua seu cogitatiua est,quę distincte elicit speciē particularis & cognoscit essentiam particularis, sed virtus reminiscibilis versatur circa facere reminisci illius particularis comprehensi cognitionem :ita q̄ obiectum reminiscibilis est in altiori gradu spiritualitatis, quia obiectum extimatiuę est essentia rei particularis,sed obiectum reminiscibilis est illius particularis cognitio reuocata auxilio eius.

Virtus attractiua non est in granis quando seminantur & nascuntur, nisi quando seminantur integra, & si seminarentur fracta nō nascerentur : quia hæc virtus attractiua est in eis quasi forma specifica in totalitate totius grani fixa, hoc est, quando partes sunt continue coniunctæ simul, & hoc est simile calori smeraldi vel alterius lapidis præcioſi, quia quando partes sunt coniunctæ in eis, & quando separate sunt priuantur ab eis, & Auenzoar reprehēdit medicos facientes aquā ordei ex ordeo prius fracto, deinde infuso in aqua.5.Coll.cap.31.

Vis sensualis differt ab appetitu, qa illa vtic iudicio,hęc vero actu.appetitus.n.ad actiuam partem spectat, q̄nquidem animalium motionum causam habet : appetitus etiā a sensuali differt ordine functionum & ipse:priores enim animæ appetitū omnino sensus est:non autem semper post sensum appetitus est:& iō non vbi est sensus,ibi appetitus est.

Amplius vis sensualis ꝑ passione ꝙdam sine affectione est: appetitus vero agendi & operandi facultatē habere videtur. Alexander in paraphrasi de anima cap. de impulsu & vi impulsoria.

Visus comprehendit album per se & nigrum per accidens, vt est priuatio albi, & hoc est vniuersaliter in comprehensione habituū & priuationum. 4. phy. cō. 118.

Visibilia mouēt media quousq; motus eorum perueniat ad virtutem corporalem. 2. cœli. cō. 12. & 7. physico. cō. 12. & 2. de aīa cō. 115.

Visio aliquibus contingit a remotis meliusaliquibusa propinquis. & vide causam. 3. Coll'. cap. 38. Vbi reprobatur quæstio illorum qui asserunt causam illorum, qui melius vident a remotis esse propter spiritus grossitiem.

Visus vniuersaliter non dicitur ꝙ sit fortis nisi quando videt res remotas, sicut dicit ꝙ turtur habet oculos similes colori rubini, & videt multum longe, & dicit ꝙ habet fortem visum, & hoc accidit ei pp claritatem instrumenti & bonitatem sensus. 3. Coll'. cap. 38.

Visus proprietas est ꝙ non recipit colores denudatos a materia. 3. Coll'. cap. 38. de sensu visus & de accidentibus. & vide in concor. nup ēditis.

Visus media sunt duo elementa, videlicet, aer, & aqua: hæc. n. media sunt inter mālia & forālia, quāuis ignis sit veracius mediū inter materiam & formam. 3. Coll'. cap. 38.

Visus accidentia habent causas naturales veras, in naturali philosophia declaratas, sed causæ datæ a medicis sunt fundatæ super falsa fundamenta. ibidem.

Visus est prior tactu, quapropter & subiectū est natura prius. 2. de generatione & corr. tex. cō. 7. vbi aduerte ꝙ subiectum sumitur pro obiecto, sic etiam sumitur 2. de aīa, cōmen. 144. 136. & 3. de anima, in commento. 5. in solutione primæ quæstionis.

Visibile quoddam in lumine, & quoddam in tenebris. 2. de anima. tex. cōmen. 72.

Visibilia in obscuro non videntur fm colorem proprium. 2. de anima. cōm. 73. & 72. vbi nota ꝙ talia colores non sunt, quę in tenebris videntur & non in luce, & non cōprehenduntur in diffinitione coloris: siquidē color est qui actu perspicui mouendi facultatem habet vt notat Alexan. in paraph cap. 12. vbi agit quæ sint sensibilia per se & quæ per accidens.

Visio non potest fieri per vacuum contra Democritum. 2. de anima. tex. cōmen. 74.

Visu non sentimus nos videre nec auditu quoniam audimur, ex lib. de somno & vigilia. Contra Thomā de garbo & Petrum Pomponatium, qui ponunt sensus apprehendere suas actiones proprias. vide Themist. ibidem cap. 6. & in 2. de anima, in expositione tex. cō. 148. & fm diuisionem grę corū & Themistij est in 3. de anima ca. 8. vide Alex. in paraphra. de anima, capite de sensu communi.

Visus est dignior tactu. Aristote. in libro de insomniis. vbi Themi. ibi, cap. 12. dicit ꝙ visus est actior & certior tactu. vide in concordantiis nuper editis.

Visibile magis in se non sequitur vt sit magis visibile apud nos: sol. n. est

est magis visibilis q̄ color, sed non est magis visibilis a visu nostro pp mixtionem visus nostri cum materia. 3. de anima, cō. 36.

Visus, olfatus, & auditus indiget medio extrinseco, proprium tamen visus est quod indiget cum medio lucet: non. n. videt in obscuro. ex lib. de sensu & sensato.

Visum qui argumentantur a lineis radiosis exeuntibus ab oculo ad rē visam. Dico ꝙ inuentio talium linearum non habet intentionem secundum sensum, sed fm intellectū, vt intelligatur quasi vt exeant ab oculo. 3. Colliget. cap. 38. vbi vide quomodo visio fiat. & ibi pulchra inuenies.

Visio fit per lineas & piramidem & hoc est verum, sed huiusmodi mēsuræ nullum habēt subiectum nisi medium diaphanum. Cōment. in lib. de sensu & sensato.

Visus ꝙ pupillam ita paruam comprehendit maxima corpora, ita ꝙ comprehendit medietatem sphęræ mundi, & hoc ostendit ꝙ colores non recipiuntur in eo fm extensionem corporalem, sed spiritualem. Cōmentator in lib. de sensu & sensato: & pondera bene hoc.

Visus non igni sed aquæ in omnib' tribuendum est. Arist. contra Empedoclem in. 5. de generatione animalium cap. 1.

Videre acute dicitur duobus modis aut ꝙ procul potest cernere, aut ꝙ differentias rerū quæ cernuntur q̄ maxime cernat. 5. de gener. anim. cap. 1. & 2. & vide differentiam.

Visibilia non sunt minus visibilia quando videntur q̄ quando non videntur. 7. metaphy. cō. 46. & est authoritas expressa Aristo. ibidem in tex. cōmen. 58.

Visibilis virtus videt se in speculo sine alteratione, & si hoc pōt est de visu, quanto magis illud erit de intellectu. 12. meta. cō. 39. authoritate Alexandri.

Videre quamuis nobilius sit q̄ non videre. tamen hoc non est simpliciter, sed in nobilioribus præstat nō videre vilia q̄ videre. 12. metaph. tex. cōmen. 51.

Visus sedes seu organum est in cerebro, & quare. vide in 2. de partibus animalium cap. 10.

Visus aquæ naturam obtinet. ibidē. & in 2 de anima. tex. cō. 130.

Visus optimus inter multum & parum humoris moderatus constat. Arist. in 5. de gen. anim. cap. 1.

Visum videre seipsum est sermo in vltimo sophisticationis & inuolutionis. ex disputationibus physicis, in secunda disputatione, in solutione. 6. dubij.

Viscera multiplicantur & ventres in aīalibus pp quatuor causas aut oēs aut alteram ipsārū. 3. de partibus animaliū in ca. de ventre ab Auer. & habet ab Arist. ibidē. in cap. 14.

Vitulus marinus & delphin' & cetarium genus, medium videtur esse inter aquatilia aīalia & terrestria. 4. de part. anim. ca. 11. prope finē.

Vitulus marinus animal generat, & habet lac, parit singulos aut geminos, & vt plurimum tres. mammis quas geminas habet, educat fętum ritu quadrupedū. 6. de natura animalium, cap. 12. Ex quo patet non veram esse Galeni sententiam in libro de interioribus, quòd natura tot mammas animalibus tribuit quot proles, vt plurimum concipere potest.

Vitulus marinus solus inter animalia quadrupedia viuipara auribus caret. & vide causam in 5. de generatione anim. cap. 2.

Vites quæ nimio alimento luxuriãt parum sunt fœcundę, & tunc hirci re dicuntur. & vide causam in 1. de gener. anim cap. 18. idem in 5. de historia aãlium. cap. 14.

Vitis quædam est quam aliqui compunum vocant, quæ cum vuam albam soleat ferre, si nigrã tulit monstrum id esse non putant, cum sępissime id facere solea, t causa ẽ, ꝙ sua natura inter albam & nigram est. Arist. in 4 de gener. anim. cap. 4.

Vitrum ratum est & est durum, & vitrum leue est, sed nõ humidum: & similiter vitrum graue est & rarum. cõtra Alex. 2. de gener. cõ. 15.

Viuum omne organicũ est instructumq; est, de mortalibus & genitis loquor, quibus ad vitam prędicto cibi sit opus. Themi. 2. de anima, cap. 5. in expositione diffinitionis animæ. Vbi scire poteris quantum deuient a via peripatheticorũ illi, qui asserunt diffinitionem animæ competere intelligentiæ: cum (vt inquit Themi.) anima non sit actus cuiuscunq; corporis, sed naturalis, neq; cuiuscliber, sed viui. Viuũ aũt oẽ organicum est ex corruptibilibus: vnde in cœlo quod est viuum & animatum non est organizatio, quia illa non indiget, licet. n. stella sit nobilior pars e rbis, tamen ea non est organum ex simplicib⁹ compositum, sed est eiusdem simplicitatis sicut & orbis. idem habetur a Them. 1. de anima, cap. 24.

Viuentia & inanimata in rei veritate indigent motore extrinseco, sed est latentius in rebus habentibus aĩas. 8. physi. cõ. 17. & tex. cõ. 20.

Vita & tempus vniuscuiusq; mensuratur periodo. 2. de gen. & corrup. rex. cõm. 57. iuxta illud poetę, Stat sua cuiq; dies. & scriptura dicit Numerus dierum suorũ apud te est. hic tñ considera de quæstione medicorum, an vita naturalis beneficio artis medicinæ possit prolatari naturaliter.

Vitæ actionis sunt quatuor gña, quorũ vnũ est intelligere, secũdũ sentire, tertium moueri, & quiescere in loco, quartum nutriri, augeri, & diminui. 2. de aĩa tex. cõ. 13.

Viuere in lingua græca dr̃ de oĩ habente virtutẽ nutrimenti. 2. de aĩa. cõ. 17. & habetur ex tex. ibidem.

Viuentia quælibet siccis, humidis, calidis, & frig. alunt. 2. de. aĩa. t. c. 28.

Viuere viuentibus est esse. 2. de anima. tex. cõ. 37.

Vitę naturalis mensura est fm mensurã humiditatis radicalis in quolibet indiuiduo ꝓportionato proportione duplici, vt est declaratum in lib. de causa breuitatis & longitudinis vitę. 3. Colł. cap. 11.

Vita diffinit nutritione, & auctione 2. de aĩa. tex. cõ. 3. idem Alex. in paraphrasi. cap. 8. & in fine vbi etiam agit de ordine potẽtiaꝝ animæ.

Vita equinoce dr̃ de superioribus & de istis. 3. de aĩa. commen. 60. & 2. cœli. 60. & 71.

Vitę hominũ sequunt cordis ꝓportionẽ cõplexionalẽ. ex cõ. hb. de lõgitudine & breuita. vitæ.

Vita est in anima & similiter felicitas, quia qualis quædã vita felicitas est. 9. meta. tex. cõ. 16.

Vita equiuoce dicitur de rebus æternis & corruptibilibus. ex. dispu. 11. in solutione. 1. dubij.

Vita

Vita procedere non potest ab eo qđ vitam non habet, si enim hoc esset possibile, sequeretur ꝙ entitas procederet ab eo quod non est ens. ex disp. 11. in solutione primi dubij.

Vltimum exigitid cuius est vltimũ 2. physi. com 18.

Vltimum vult nõ omne esse finem, sed optimum. 2. physi. cõm. & tex. 23. &. 31. & 2. metaphy. te. cõ. 8. & 5. metaphy. tex. com. 3.

Vltimum nobile conuertitur cum fine. 2. physi. com. 25.

Vltimum intentum in rebus voluntarijs videtur bonum, sed non est in rei veritate: sed vltimum intentum in rebus naturalibus est semper bonum. 2. phy. cõmen. 31. vide causam. 12. primæ philosophiæ. commen. 18.

Vltimum duplex, nobile, & vltimũ proueniens ex necessitate materię. Primum est finis motus. secundũ est sicut mors. 2. phy. cõm. 23. vide etiam 2. phy. tex. cõ. 87. vide differentiam inter ista ibi commẽ. 23. in calce commenti.

Vltima sunt in loco per accidens. Commen. 5. phy. cõ. 22.

Vltimum & cuius est vltimum alterum est. 6. phy. com. 1.

Vltima sunt in habentibus vltima. 6. phy. cõ. 26.

Vltimum in intentione est principium in actione. 3. de anima. tex. cõ. 49. idem. 2. physi. tex. cõ. 89.

Vltimo non est vlterius. 10. metaphysi. tex. com. 14.

Vltima vnius distantia, plura q̃ duo esse non possunt. ibidem.

Vltimum non est nisi vnum, quem admodum & primum. 10. meta. commen. 14.

Vltimũ cõcaui lunę est locus ignis, & istud vocat ab Arist. vltimũ, vltimũ concaui ignis est locus aeris, & aeris aquæ, & aquæ terræ, & hoc vltimũ concaui aquæ Arist. vocauit medium. 4. cęli. cõmẽ. 23. idem. 4. phy. commen. 46.

Vltima vt superficies, linea, & punctus non transferuntur in vbi, nisi per accidens. 4. phy. com. 9.

Vmbilicum habentia omnia, per vmbilicum augentur. 7. de natura animalium. cap. 8.

Vmbra fm Philosophos non ꝓprie sed largo modo dicitur causari a corpore, & vide causam libro destru disp. 3. in solutio. 2. dubij.

Vngues sunt propter duo iuuamenta, vnum quod est commune & est propter conseruationem extremitatum digitorum, sicut ponitur ferrum in extremitate hastæ. 2. est propter sustentamentum extremæ carnis digiti, quando capit aliquid, & istud est magis proprium vnguibus manus q̃ vnguibus existentibus in pede. 2. Colliget. cap. 8. ex quo patet solutio ad motiua Galeni contra Aristotelẽ.

Vnum numero quandoq; in scia diuina dicitur de substantijs separatis, quibus plus cõuenit dici ꝙ sint vnum numero q̃ alijs, quia sunt indiuisibiles fm qualitatem, quia nõ componuntur ex materia & forma, & etiã fm quantitatem: & istemod⁹ videtur ꝙ similatur partim vni indiuiduali, & partim vno specifico indiuiduali, quia non prædicatur de multis, neque dicitur vllo pacto de subiecto: assimilatur aũt vni specifico inquantũ est vna res per se intelligibilis. Auer. in tractatu. 1. in paraphrasi metaphysicę. Ex quo scire poteris vtrum vnitas

nume-

numeralis & numerus in intelligẽtijs separatis sit accidens, & in prædicamẽto quantitatis. de quo multi Theologi nostri dubitauerunt. Et nota q̃ istius rationis est vnitas numeralis, quæ demonstratur de mundo in. 1. cęli ab Aristotele.

Vnum opponitur multitudini pluribus modis, videlicet. primo fm diuisibile & indiuisibile, quæ est oppositio fm priuationem & habitum: & alio modo inquantum proprietates vnius opponuntur proprietatibus multitudinis: vnum. n. habet quasdam proprietates, vt esse idem in substantia, & ęquale in quantitate, & simile in qualitate, multitudinis vero ꝓprietates sunt oppositæ illis. ex paraphrasi metaphysicæ, tracta. 3. ibi. & dicamus q̃ vnum opponitur multitudini multis modis.

Vnum quod est principium numeri impossibile est q̃ opponat̃ multitudini per motum cõtrarij, quia est sibi contrarium paucum. tractatu tertio, paraphrasi ibid. & dicamus q̃ impossibile est q̃ vnũ opponatur multo per modum cõtrarij. & vide ibi etiam alias rationes ad hoc.

Vnũ opponitur multitudini & priuatiue & relatiue, sed duobus modis varijs. ibidem.

Vnum mensurat multitudinem, sed ista mensuratio non est de essentia vni⁹, sed accidit ei, sicut ignis est causa rerum q̃ igneatum, & tñ est ignis absq; hoc q̃ sit causa. ex eo igitur q̃ ignis, est in prædicamento substantiæ, sed ex eo, q̃ est causa est in p̃dicamẽto relationis. ibidẽ.

Vni cũ vnũ dicat̃ esse cõtrariũ qũo equale opponit̃ paruo & magno? solui t̃ hoc dubium, quia opponit̃ eis per inęquale. ibidem.

Vnũ nõ ordinat̃ nisi ab vno, habet veritatẽ de agẽte inquãtũ est agẽs, nõ inquantũ est forma & finis, q̃a forma & finis dũt agẽtia quodam modo similitudinis. tracta. 4. in paraphrasi meta.

Vnum reperitur in omnib⁹ prędicamentis, & sic̃ numerus, veruntñ vnũ, qđ est principiũ quãtitatis discretæ non est illud vnũ qđ dicitur fm pri⁹ & posterius de oĩb⁹ generibus, neq; etiã ille numerus qui est in quãtitate est ille numer⁹, qui reperitur in vnoquoq; gñe. Auerro. in paraphrasi. 3. meta. tract. 3. vide etiã pro hoc contra Auicẽ. 4. meta. com. 3.

Vnum numero dicitur multis modis Auer. ĩ para. met. tract. 3.

Vnũ qđ est synonimũ enti, differt a noĩe entis in modo tñ, nã qñ capit̃ quidditas eius ex eo q̃ est indiuisibilis est vnum, sed si sumitur vt est quidditas tñ, tunc nuncupatur essentia & ens. ibidem. tracta. 3.

Vnum numero in quãtitate & multa considerantur a mathematico, & etiam a diuino. Sed duobus modis diuersis ibidem.

Vnũ numero cũ cõcipiatur per priuationem multitudinis, & ipsum sumitur in diffinitione multitudinis, quæ est numerus videtur q̃ sit diffinitio circularis, Et fuit dubium Auic. Ad quod Com. rñdet, q̃ hoc est sicut de diffinitione relatiuorum, quia talia licet seipsa diffiniant, tñ vnum est causa alterius, & ideo non est circulus. Sed tunc cogita replica contra Auerroem, quia nõ videtur simile, quia vnum videtur esse causa numeri, cogita.

cogita. & forte diceret Cõmentator q̃ causa est anima ipsa, quia numerus est opus animæ ex iteratione vnitatis causatum.

Vnum quod est synonimum enti non est accidens, neq; est illud qđ est principium numeri. cõtra Auicennam. & vide fundamenta Auicennæ & impugnationem eius. ibidem.

Vnum absolutum, & multitudo absoluta differunt ab vno numerali, & multitudine numerali. ibidem.

Vnum numerale & ipsa vnitas numeralis, & quid fabricatum ab anima in ipsis indiuiduis a motu, & si non esset ipsa anima, neque etiam vnitas numeralis inueniretur, neq; numer⁹ pęnitus. ibidẽ. Vbi aduerte inter alias dfias, quę sunt inter Auicẽ. & Auerroem de vno & numero est ista, quia opinatur Auer. talia esse ab opere animæ, & ideo vult q̃ quantitas continua est materialior quàm numerus, q̃a quantitas continua, vt linea, & superficies, & corp⁹ habent aliquam nãm extra animam. non aũt est sic de vno qđ est indiuisibile quantitate, quãtitate, & situ, quia tale non est nisi intellectu abstrahente, & similiter numerus resultans ex reiteratione talis indiuisibilitatis est ab intellectu. & ideo Aristo. dicit q̃ nihil põt numerare nisi anima, aut animæ intellectus. 4. phy. tex. cõm. 132. & si non esset anima, neq; numerus esset. Sed Auicenna voluit (cuius opinionem multi latinorum sequuntur) q̃ ista significat naturam aliquam extra animam, sicut linea suo modo Et nota bene hoc vltra alias differentias notas, quia Auicen. non distinxit inter vnum absolute, & tale quod est in prædicamento quantitatis, quod dicit respectum indiuisionis.

Vnumquodque entium nãlium habet in se principium motus, quod non est in artificialibus. 2. physic. tex. commen. 1. & 3. & commen. 23. & 5. physico. 2. & 3. de anima commen. 18.

Vnum est indiuisibile, & causa in hoc est, quia omne quod est vnũ, est per suam formam, & forma est per se indiuisibilis. 3 phy. com. 68.

Vnum est indiuisibile si vere vnum est. 3. physi. tex. cõ. 68. & 4. metaphy. tex. com. 3.

Vnigeneę res cum fuerint continuę ad inuicem non agunt, sed cũ fuerint contiguę. 4 physi. cõmen. 48. vide in primo de generatione, & corruptione. tex. cõ. 78.

Vnum essentia & quiditas idem significant. 5. physi. cõmen. 34. idẽ 4. metaphysic. commen. 3. contra Auicennam.

Vnumquodque diuiditur in ea ex quibus est. 6. physi. tex. com. 3.

Vniuoca sunt quorum diffinitiones sunt eędem voce & ratione. 7. physi. tex. cõ. 26. idem in prædicamentis.

Vniuocorũ alia comparabilia sunt, alia vero non. 7. phy. tex. com. 27.

Vnus homo de triginta non mouet nauem solus, sed extrahit in actu illud de præparatione & potentia, quod largiuntur viginti nouẽm. 7. phy. tex. com. 37.

Vnum vni contrarium est. primo cęli. tex. commen. 10. & habetur in. 10 primæ philosopiæ. tex. com. 14. & 17. quod quomodo sit intelligendum vide duas limitationes positas ab Auer. in. 8. phy. cõ. 62.

Vnum-

Vnumquodq; quorum est opus, est gratia operis. 2. cęli. tex.cō.17. Et aduerte ꝙ (vt inquit Simplicius in commento ibidem.) ista propositio est tanquam dignitas. Nota tamen ꝙ secus est in entibus necessarijs & sempiternis, secus in corruptibilibus. nam dispositio entis necessarij non est vt sit propter suam actionē, sed vt actio sit propter ipsum. 2. phy. cō. 74. & est etiam notatum per Auer. in. 2. cęli. cō. 17. & 21. & in. 12. primæ philosophiæ. com. 36. secus autem est in corruptibilibus, intelligitur etiā vt glosat Cōmentator ibi, dum finis fuerit passio non actio.

Vnum in quolibet genere est prius multitudine, & simplex composito. 2. cęli. tex. cō. 22.

Vnum habet tres modos prioritatis, scilicet, quia est vnum simplex, & quia est prius diffinitione, & quia est prius numero .i. in ordine numeri. 2. cęli com. 25.

Vnumquodque aptum est ferri in suijpsius regionem. ex. 2. de generatione, & corruptione. tex. cō. 50.

Vnum, & esse cum multipliciter dicuntur, quod vere est actus est. 2. de anima. tex. cō. 7.

Vnū subiectū habeē nisi vnā formā substantialem est impossibile. 2. cap. de substantia orbis. Vbi considera ꝙ fm viam peripatheticorū, locū habet ꝓpositio de formis iuncti, seu perfectibilibus, propter animam intellectiuam, quę fm Auer. & Themistium. non est forma dās esse, sed extrinsecus perficiens. hoc etiā est verum in via Themistij. 1. de anima. cap. 24. ponentis animam mundi. vbi inquit: vt enim nihil vetat duas habere perfectiones perspicui corporis, quarum perfectior vna sit sol, altera imperfectior lumen, ita dici de anima potest nihil obstare duas esse animaliū formas, qua vna perfectior sit, vt anima ea quæ foris est, altera imperfectior, vt ea quę int' ad singulas pertinet. Simplicius etiam in libro cęli, & in libro de anima plerunq; idem affirmat, apud peripatheticos esse duplex genus formarum. s. intrinsece, & extrinsece perficiens.

Vnum numero non prædicatur de pluribus. 1. metaphys. tex. cō. 28. idem in prędicamentis in capitulo de substantia; & Porphirius in capitulo de genere.

Vnum in numero non inuenitur in pluribus. 1. metaphy. tex cō. 31. cō tra Platonem ponentem ydeam. cogita, quia videtur procedere etiā contra vnitatem intellectus.

Vnum quod est immateriale nō iteratur fm individuum. 1. meta. cō. 40. idem. 1. cęli. cō. 4.

Vnumquodque maxime aliorum dicitur secundum ꝙ alijs inest vnio uocatio. 2. meta. tex. cō. 4. idem. 1. posteriorum, propter quod vnumquodque tale & illud magis.

Vnumquodque sicut se habet vt sit, ita & ad veritatem. ibidem.

Vnū fm formam sunt illa, quæ sunt vnum fm diffinitionē: vnum fm numerum sunt illa, quæ sunt numerata fm locū. 3. metaphy. cō. 2.

Vnum numero synonimum est eū particulari. 3. meta. cō. 14.

Vnum est causa vnitatis essentialiter & primo. 3. meta cō. 16.

Vnum & ens sunt magis vniuersalia alijs. 3. meta. tex. cō. 16.

Vnum apud antiquos non significat

cat nisi vnam intentionem dictam vniuoce, & ideo tot quæstiones eis contigerunt. 3. meta. cō. 16. & istę quæstiones soluūtur per hoc, quia hęc nomina ens & vnum dicuntur multipliciter fm ꝙ Arist. contradixit Parmenidi in. 1. physic. vide. 1. phy. tex. cō. 14. & infra. Contra ponentes vniuocationem entis apud Aristotelem.

Vnius quot sunt species, tot & entis. 4 meta. tex. com. 3.

Vnitas de perfectis rebus iustius q̄ de imperfectis habetur. Themisti⁹. 5. physi. 42.

Vnum significat negationem & est priuatio diuisibilitatis. 4. meta. cō. 3. & decimo metaphy. cō. 8.

Vnum & ens fm Auicen. significant dispositiones additas essentiæ. ibi.

Vnius est opposita speculari. 4. meta. tex. cōmen. 4.

Vnum aut significat negationem multitudinis, aut priuationem absolutam. 4. metaphy. cō. 4.

Vnum opponitur multo, & idem diuerso, & simile dissimili, & æquale inæquali. 4. meta. tex. cō. 4.

Vnius inquantum vnum, & entis in quantū ens eædem sunt fm se passiones. 4. meta. te. cō. 5.

Principia contrariorum sunt vnum & pluralitas. 4. meta. tex. cōm. 6. & ideo ibidem dicitur ꝙ omnia alia contraria videntur reduci ad vnū, & pluralitatem.

Vniuoca habent multitudinem ratione materiæ, ex paraphrasi metaphys. tracta. 4. vbi colligitur ex mente Auer. expresse in abstractis a materia, nihil de multis posse vniuoce dici. sic enim ibi probat principium de separatis intelligentijs non dici vniuoce. & sic genus vniuocum appellatipsum, quod est genus prædicamentale non comprehendit nisi materialia. vt patet. 2. cęli. cōm. 49 & super Porphirio in cap. de specie.

Vnum non significat vnam intentionem vniuoce in omnibus reb⁹, neque est intentio diuersa in omnibus rebus, isti enim duo modi sunt impossibiles, sed dicitur fm prius & posterius. 4. meta. te. cō. 6.

Vnum non intelligentem nihil contingit intelligere. 4. met. te. cō. 10.

Vnum significare non idem significat, ꝙ de vno, alioquin musicum, & album, & homo idem significarent. 4. meta. tex com. 11.

Vnum dicuntur quorū genus vnū est, & prope hunc modum quorū materia vna est. 5. meta. te. cō. 10.

Vnum vniuersaliter esse dicuntur quæcūque non habēt diuisionem inquantum non habent. 5. meta. tex. cō. 11. Ex illo loco patet vnum supra ens non addere nisi indiuisionem, vt tenet Commentator. 4. metaphy. com. 3. contra Auicēnā.

Vnam materiam habent quæ inuicē transmutantur. 5. met. tex. c. 11. idem primo de generatione. tex. commento. 43.

Vnum fm continuitatem, & vnum fm perfectionem, seu formam differunt. 5. meta tex. com. 11.

Vnum aut quantitate, aut specie indiuisibile. 5. meta. tex. com. 12.

Vnitas & punctus nullatenus diuisibilia sunt. ibidem.

Vnum sunt alia numero, alia specie, alia genere, alia analogia, supra.

Vnum numero sunt quorum materia vna. ibidem.

Vnum specie quorum eadem ratio. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnum ſpecie quorum eadem ratio.ibidem.
Vnum genere quorum eadem eſt figura prædicationis.ibidem.
Vnum proportione quæcunq; ſe habent vt aliud ad aliud ibidem.
Vnitas maior ſemper infert minorem.ibidem.
Vnum quod eſt metrum in omni genere non eſt vnum.ibidem.
Vnum quod eſt principium numeri,& vnū numero differunt. ibidē.
Vnum ſm formam,aliud eſt ſm formam generalem, aliud ſm formā ſpecialem. 5. metaphy.cō. 12.
Vnum opponitur multitudini, & quot modis dicitur vnum,tot modis dicitur multitudo. 5. metaphy. tex. commen. 12.
Vnū aliud per ſe,aliud per accidens. 5.meta.com.13.
Vnum numero non habet diffinitionem, ſed cognoſcitur ſenſu. 7. metaphyſi.tex.cō.39.vide in concordantijs.
Vnitas hominis ſi eadem eſſet cum vnitate equi,forma hominis & forma equi eſſet eadē.7. met.te.c.38.
Vnitas in rebus non eſt quia omnia ſint in vno: ſi enim omnia eſſent vnum,quia continentur in vno,totus mundus eſſet vnum eſſentialiter,quia omnia ſunt in cęlo, quod eſt vnum. 7.meta.com.42.& elicitur ex textu. vbi dicitur, ꝙ partes diffinitionis, quæ ſunt plures,non ſignificāt vnum,quia ſunt in vno.
Vnum ſm diffinitionem infert vnitatē materialem,quia omnia, quæ ſunt vnum ſm diffinitionem,ſunt vnum numero, quia diffinitio eſt ſermo vnus qui ſignificat vnā naturā,ſeu ſubſtāntiā.7.met.te.c.42.
Vna ſm diffinitionem ſunt vnum ſpecie.7. meta.cō.45. vide in concordantijs.
Vnum quod eſt principium numeri ſignificat rē,quæ eſt extra eſſentiam & vniuerſaliter accidens qđ conſequitur rem in imaginatione. vide diligenter in paraphraſi. tractatu primo. cap.de vno,in metaphyſica contra Auic. vide etiam tract.2.ibidem.
Vnum numero non prędicatur de pluribus.7.meta.tex.cō.55.
Vnum & ens non contingit ſubſtantias rerū eſſe, ſicut neq; elemento, aut principio eſſe.7.met.tex.c.57.
Vnum apud multa ſimul non erit, quod autē commune ſimul apud multa exiſtit.7.meta.com.&.tex. 57. Vnde elicitur ratio ardua contra vnitatem intellectus perfidi Auerrois. Ariſto.enim arguit contra ydeas Platonis,& eſt valde diſſicile euadere ab huiuſmodi ratione:& qui tenent in via eius animā intellectiuam, & formam dantem eſſe formaliter homini,nullo pacto habent aliquam apparentē reſponſionem ad hoc, ſicut patet inteligenti.
Vnum numero in quantitate eſt illud,quod ſm intellectum eſt indiuiſibile quantitate, qualitate,& poſitione.trac.3.metaphy.
Vnum dicitur ſicut ens. .7. meta. tex.com.57.
Vnitas in compoſitis ex materia & forma eſt per ſuas formas, ſed res carentes materia non habent aliā cauſam a ſeipſis,in hoc ꝙ ſunt ens & vnum.8.meta.tex.cō. vltimi.
Vnum licet multis modis dicatur:ea pitales tamen modi ſunt quatuor. 10 meta.tex.com.1.
Vni eſſe indiuiſibili eſt eſſe.10.met. tex.

tex.cō.1.&.3.phy.tex.cō.68. vnū eſt indiuiſibile vere, cū vere vnū ſit,vt vnus homo.
Vno aut numero cognoſcitur quantitas in eo ꝙ quātitas. 10. metaph. tex.com.2.
Vnum primum eſt metrum & menſura in vnoquoq; genere. ibidem.
Vnum non eſt numerus,ſed principium numeri 10. meta. tex.cō.2.
Vnum eſt indiuiſibile,aut ſimpliciter,aut inquantum vnum. 10. metaphy.tex cō. 5.
Vnitatis eſſentia ſimpliciter & principaliter eſt īn vno quod eſt in quātitate,deinde in qualitate. 10. metaphy.tex cō. 5.
Vnitatis neglecta diſtinctio fuit cauſa erroris illorum,qui opinati ſunt ꝙ vnum,quod eſt in quantitate diſcreta,eſt ſubſtātia,& qđ eſt principium entiū, & quod propter hoc numeri ſunt ſubſtantię:& iſta etiā fuit cauſa,erroris Auicennæ,opinātis ꝙ vnū, quod eſt principiū numerorum eſt genus decē prædicamentorum,ita ꝙ eſt accidens commune eis. 10.metaphy.cō. 5. &. 8. 4.metaphy.com.3.
Vnum ſm Pythagoricos & Plato, eſt ſubſtantia quædā.10. met. tex. com. 6. vt Commenta.dicit ꝙ poſuerunt vnum eſſe ſubſtantiā aliā ſeparatam a ſenſibili parte exiſtētē.
Vnus homo nō ꝑdicat altęꝝ ab hoīe aliquid 10.meta.tex.cō.8.
Vni eſſe quod vnicuiq; eſſe.ibidē.
Vnū & ens ſunt ſynonima Cō. 10. meta.cō.8 nā ꝑdicamēta ęqualiter diuidunt ſm ea,& habēt in textu.
Vnum & ens ſignificant accidens in rebus ſm Auic.cuius.impugnationē vide 10.met.c.8. &.4.met.c.3.
Vnum opponitur pluri,magis q̄ ſm vnum modū oppoſitoꝝ quatuor. 10.primæ philoſophiæ.tex. cō.9
Vnū & multa ſunt oppoſita ſm priuationem & habitum. 10. meta. tex.com.9.
Vnius ſunt idem & ſimile & ęquale, multitudinis vero diuerſum diſſimile & inęquale. 10.meta. tex. cō. 10.vbi Cōmē. dicit ꝙ ſunt ꝓpria.
Vnum per artificiū eſt multa: quia vnum per artem eſt vnum per accidens,& vnū per accidens eſt multa,10.meta.cō. 11.
Vni non contingit plura eſſe contraria. 10.meta.tex.cō. 14.
Vnum & multa ſunt principia & genera contrariorum, alia nāque ad hæc reducūtur. 10.meta.te.cō. 17.
Vnum numero dupliciter, priuatiue,& poſitiue. 12. primæ philoſopiæ.cō. 14.vbi declarat qūo materia eſt vna numero per priuationē cuiuslibet formæ indiuidualis dantis vnitatem numeralem.idem. 1. phy.com.63.
Vnum & ſimplex non idem ſunt. 12.meta.tex. com.37.
Vnum quod dicitur de continuo differt a ſimplici,quia continuum eſt vnum in actu & plura in potentia:omne enim continuum eſt diuiſit ileī plura,ſed ſimplr eſt diuiſibile actu & potētia. 12.met.cō.37.
Vnū & ſimplex aut dñr ſimplr. aut in cōparatione.ibidē.cō. 37.vbi dicit Cō.ꝙ abſolutum vtriuſq; eſt illud, cui non admiſcetur materia, neq; eſt omnino diuiſibile.
Vniꝰ famoſior ſignificatio eſt,dū dr de continuo.ibidem.com.37.
Vnum ſm Ariſt. quodammodo eſt cauſa vnitatis:& alio modo eſt cauſa multitudinis.ex diſpu. 3. in ſolutione.12.dubij.

Vnitas entis nullam aliam significationem habet nisi priuatiuã. s. priuationem diuisionis. ex lib. destru. disput. 3. in solutio. 14. dubij.

Vnum ens est a quo vna simplex influitur virtus, a qua oĩa entia esse habent, & quia multa sunt entia, p cedẽtia ab illo vno inquantũ vnũ, sequitur multitudo necessario. Ex disput. 3. in solutio. 12. prope finẽ. & adde dictum eius in hoc ex solutione. 18. dubij, in eadem disputatione prope finem. Vbi dicit q̃ nõ sequitur q̃ ex extensione vnius virtutis in pluribus rebus, q̃ sit in ipsa virtute pluralitas, sicut quidã opinati sunt, q̃ ab vno principio influitur vnum, & ab illo influitur pluralitas: iã. n. ab vno potest prouenir̃ pluralitas. vbi aĩaduerte mẽtem Auer. fuisse sine dubio deum glorioſum esse illum, qui dat entitatem & vnitatem cuilibet enti, secundum capacitatem naturę cuiuslibet. & ad istarum vnitatũ productionem in latitudine tali resultat multitudo, colligata per vnitatẽ virtutis diffusę in omnib⁹, per quã consistit vniuersum & ordo eius. & isto modo intelligas quomodo esse sit effectus dei creatoris

Vnum agẽs solum vnum effectum est propositio qua vtitur Auicen. Alpharabius, & Algazel, & est falsissima. nam sequeretur q̃ omne generabile debeat procedere a decem agentibus, quod est absurdũ cogitare: quilibet enim effectus in rebus nobis presẽtibus ab vno efficiente fit, licet participent cũ eo decem predicamenta. ex lib. destr. disput. 3. in solutio 23. dubij.

Vnum esse quàm plura vbicumq; fieri potest melius est. 3. de partib⁹ animalium cap. 4. & est capitulum de corde. vide etiam in paraphrasi metaphy. ex. Auer. tracta. 4.

Vnumquodq; est vnum per suam & vnicam formam, alioquin aliquid esset vnum per aliquid posterius ad suum esse. ex. 3. de partibus ani animalium. cap. de corde.

Vnum ex his fieri non potest, quorũ alterum agens, alterum vero patiens est, vt agens in eo q̃ insit, aut motor in eo quod mouetur. Arist. 1. de gener. animalũ. ca. 20.

Vniuersalia quodammodo sunt in ipsa anima. 2. de anima. tex. c. 60. Auer. perscrutans locum ipsum asseruit ponderando ipsum modum loquendi cũ illa clausula. & dixit q̃ ideo hoc fuit dictũ, quia postea declarabitur in. 3. de anima in tex. c. 30. q̃. phantasmata ita se habent ad virtutem intellectiuã, sicut sensibilia ad sensum: etenim vt mouetur sensus a sensibilibus, ita intellectus a phantasmatibus, & quia phãtasmata sunt intellecta in potentia non actu, & sunt in phantasia non in intellectu. ideo dixit q̃ vniuersã lia ista s. in potentia sunt quodam modo in anima, quia intentio imaginata, quæ mouet intellectum est alia ab intentione vniuersali, quæ mouet immediate. Simplicius autem aliter interpreratur locum istum. nam vniuersalia non sunt secundum prædicationem in anima, sed in singularibus, sed in anima solum sunt fm consideratiõnẽ. Et ita etiam Amoni⁹ interpretatur locum istũ q̃ vniuersalia fm subsistentiam sunt in singularibus, sed fm cogitationem merito suæ communitatis solũ in anima sunt. Dat etiam Simplicius aliam expositionem,

nem, qũo vlia quodammodo sunt in anima: vult. n. vlia, hic sumi eo modo quo in. 6. primæ philosophiæ sumpsit Arist. ipsum vle. vbi asseruit q̃ si fuerit aliqua substantia immobilis hæc prior & philosophia prima, & vlis, sic nam, quæ sunt separata a materia & imparibilia: talia enim sunt causæ sensibilium & diuisibilium. vnde tales species seipsis, & vndiq; indiuisibiles sunt substantiæ, quæ aũt in aĩa substentantur solum fm rõnalem reddition em, & non sunt indiuisibiliter vnita, & non sunt principaliter causæ, sed secũdario, propterea vlr ea quę sunt oĩum primę causę sunt intelligibilia in quæ, per intell'm scientia colligitur: intell'u enim terminos cognoscim⁹: termini autem sunt species, seu ydeæ ipsæ: hæ aũt non primo sunt in anima, sed secundario: & sunt quodãmodo connite intelligibilibus: & ideo dicuntur quodãmodo eẽ in aĩa, qm̃ fm colligantiã, vel coniunctionẽ ad intell'm: tenuit. n. Simplici⁹ fm Arist. species ydeales esse primitus in mente diuina, & sẽdario in anima rõnali. Aliter exposuit Amoni⁹ q̃ vlia sunt in aĩa quodãmodo sicut in loco, quia Arist. laudat antiquos. 3. de aĩa, dicentes aĩam quodãmodo esse locũ spẽrum, non totam, sed itellectiuã. Aut dic q̃ sunt in anima, quodãmodo qui sunt sicut cognitum in cognoscente, & non sunt sicut forma in materia, & ideo non denominatur lapideus intellectus, licet, lapis in esse abstractionis sit ī eo: lapis enim non est in anima, sed species lapidis. 3. de anima. 38.

Vniuersalia ordine doctrinæ sunt præponenda particularibus. i. minus vl'ibus existentibus sub eis pp tres causas, tum quia sunt notiora, tum vt tractatus, & demonstratio sit vl'is & fm q̃ ipsum, tum ẽt vt nõ fiat vt petitio in scia, Auerr. sñia in prologo. 1. physi. & in prologo super. 1. posterio. &. 1. phy. cõ. 57.

Vniuersum quodãmodo ī loco nõ esse dr̃, & quodãmodo dr̃ esse. Eudemii sñia in. 3. vol. nãlium rerũ. nã pro quanto non habet ambiẽs extra se corpus sic in loco esse non dr̃, pro quanto vero in extimo. s. cœlo astra & reliqua hñr, locabuntur proculdubio in illi⁹ extremis, ea parte qua continet ipsam, sed q̃ ita, & in aliquo sunt in loco esse dicuntur. The. 4. phy. 43.

Vniuersum & totum differunt, nã vniuersum est aggregatum ex oĩbus suis partibus, sed totum est ipsa rei absolutio atq; perfectio, quæ partibus superueniens spectat in oĩbus, quæ cõparatio mãæ forma dr̃. Them. 2. phy. 31.

Vniuersum. i. totum aliud est spẽs, quæ componitur ex suis causis, aliud quod est vle quod componit̃ ex suis spẽbus: aliud vero est vniuersum in rei veritate, quod est in diuiduum demonstratum, quod componitur ex suis partibus fm qualitatem. i. ex partibus essentialibus. i. ex mã & forma. 1. physi. cõ. 5. Vbi aduerte q̃ iõ indiuiduũ dr̃ totum, seu vniuersum in rei veritate, quia vera & maxima vnitas est vnitas nãlis. vnde Cõmen. in. 2. de gñone & corru. t. cõ. 59. & est melius, quàm non ens, & ens verum, quàm non verum, & verum fm in diuiduum, quàm secundum spe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciem. idem. 12. meta. com. 27. verus respectus est particularis, cum vniuersalia non habeant esse extra animam.

Vniuersale notum est secundum rationem, singulare autem secundū sensum. 1. physi. text. com. 49. & 1. phy. tex. com. 4.

Vniuersalium causæ sunt vniuersales. 2. physi. tex. comm. 38. idem. 5. meta. tex. com. 3.

Vniuersaliter omnia duo, quæ non communicāt in eadem natura nō habent comparationem, neq; proportionem; diuersa enim secundū magis & minus necessario cōmunicant in eadem natura. 4. physic. commen. 71.

Vniuersaliter manifestum est ꝙ cā diuersitatis & æqualitatis motuum, est diuersitas & æqualitas proportionis motoris ad rem motā. ibi.

Vniuersaliter omne quod impossibile est trāsmutari, impossibile est ipsum incipere in transmutatione. 6. phy. com. 92. idem. 1. cęli te. cō. 58. &. 3. cęli. tex. com. 19. &. 4. cęli. tex. com. 33.

Vniuersalis cognitio fit in nobis per considerationem particularium. 7. physi. tex. com. 20. idem in fine 2. posterior. &. 12. meta. com. 4.

Vniuersale est ab intellectu. 1. de anima. com. 8. &. 12. meta. com 4. &. 3. de ani. com. 18.

Vniuersale est magis notum apud nos quàm proprium. 2. de anima. com. 34. idem. 1. phy. t. commen. 4. &. 57.

Vniuersalitas & indiuidualitas cōprehenduntur ab intellectu. ſ. diffinitio vniuersalis & diffinitio indiuidui. 2. de ani. cō. 65.

Vniuersalia fm Platonem non sunt generabilia neq; corruptibilia, & sunt existentia extra mentem. 3. de anima, in solutione quæstionis secundæ. iuxta finem. &. 3. de anima. commen. 18.

Vniuersalia non habent esse extra animam quod intendit Plato. nā si ita esset, non opus esset ponere intellectum agentem. 3. de anima. commen. 18. idem. 12. meta. com. 4. &. 14 27. 28. 1. de ani. com. 8. 2. de anima. commen. & text. 60. 7. metaphysi. 57.

Vniuersalia fere sunt hominibus difficillima ad cognoscendum, nam a sensibus sunt remotissima, ex prohemio primæ philosophiæ, vide in concordantiis.

Vniuersale sic describitur, quod est prædicatum de pluribus. 1. meta. commento. 27. idem primo perihermenias.

Vniuersale non habet esse, nisi secūdum quod est scientia. 1. secūdum quod est in anima. & similiter affirmatiuum & negatiuum. 1. metaphysi. com. 27.

Vniuersalia non sunt generabilia, & corruptibilia nisi per accidens. 1. meta. com. 27.

Vniuersale intellectum est prius secundum causam & secundum tempus, illo quod est sub eo. 1. meta. commen. 28.

Vniuersalis intentionis substantialis mixtio cum particularibus, est fortior mixtione accidentium cū suis subiectis. 1. metaph. tex. com. 31. Ex hoc sequitur ꝙ inherentia accidentis ad subiectum, siue aptitudinalis, siue actualis, non est de intrinseca ratione accidentis cō tra Ioan. de Gandauo. & cōtra modernos, vide quæ scripsi in theorematibus, & vltra rōnes quas ibi adduxi addo hic. Sicut non esse in subiecto non constituit substātiam, sed est substantiæ proprietas quædam, quod ostēditur ratione, & authoritate. ratione quidem, quiā effectus positiuus debet habere causam positiuam, nō existere autem in subiecto non est aliquid positiuum formaliter loquendo. authoritate autem hoc patet ex prædicamentis, vbi Arist. inuestigans proprietates substantiæ inter alias assignatistam. inquit. n. cōe est autem omni substantiæ in subiecto non esse, igitur pariformiter esse in subiecto erit proprietas accidentis, diuersorum enim entiū diuersę sunt proprietates & fuit etiam sententia Auic. in. 2. suę primæ philosophię. Amplius Alex. (de quo Cōm. in. 3. de ani. c. 14. asseruit ꝙ nullus olim Peripateticus reputabatur qui nō esset Alexandreus) in principio libri priorum, vbi declarat quomodo modus abstrahendi, mathematicus inquam, pluribus locis deseruit naturali Philosopho. d. sicut est de forma q̄ est separabilis a materia fm rōnem, vt patet in. 2. phy. tex. com. 12. & sicut est de accidentibus, quæ licet sint in subiecto fm esse, sunt tamen separabilia a subiecto fm rōnem, quod non esset verum si inherentia esset de quidditate accidentis, quia abstrahentium non est mendacium, ex. 2. physico. tex. commen. 18 Amplius Commen in. 5. metaphy. in comm. 14. dicit, ꝙ hoc nomē ens quod significat essentiam rei, est aliud ab ente quod significat verum, & ideo expositores diuersantur in. 2. topicorum, in quæsito simplici. ſ. dicere aliquid esse verum collocetur in qæstionibus generis, aut collocetur in quæstionibus accidentis. qui intelligit de ente id quod est commune decē generibus dicit, ꝙ collocatur in quæstionibus generis. & qui intelligit de ente id, quod dicitur de vero, dicit ꝙ collocatur in quæstionibus accidētis, & idem habet Commen. in lib. destru. destr. in dispu. 8. in solu. 1. dub. vbi determinat quid quærit quæstio, si est, quæ est quæstio simplex. inquit. n. id nanque quod præcedit in nobis quidditatem rei est id quod significat esse, verum, & ideo quando quærimus si res est ens, vel si habet esse, & illa res habet causam inferētem suum esse, tantum valet quantum dicere vtrum habet causam, vel non, vt patefecit Aristo. in principio secundi posteriorum. sed si illa res non habet causam, tātum valet quantum dicere, vtrum res habet cōsequens suum esse, sed qñ intelligitur de ente id quod intelligitur de re vel substantia, tunc sumitur modo generis analogicę dicti, ecce quomodo ex mente propria vult ꝙ ens vt significat substātiam, vel essentiam rei est genus analogicè dictum de decem prædicamentis, & dicitur in primo modo dicendi per se, vnde accidentia sunt entia formaliter in primo modo. Et confirmatur, quia Commen. 1. ph. com. 27. dicit. ꝙ dicere aliquid esse, ideſt quòd sit ens non est prædicatio per accidens, sicut prædicatio albedinis. Amplius primo physico. comm. 25. vbi Arist. declarat rationem Parmenidis esse malam de materia dicit, quòd quādo Parmenides assumit illā ꝙ

positionē, quicquid est præter ens est non ens dicit, ꝙ ista est falsa, qa vtitur eo quod est multipliciter dictum, ac si esset simpliciter dictū, si enim ens significat substantiam tantum, aut quantitatem tantum, non sequitur quōd quicquid est p̄ter ens ꝙ est substantia, aut qnantitas sit non ens. vbi colligitur ꝙ ens formaliter dicitur de omnib⁹ prædicamentis, & non solū de substantia vt isti asserunt.

Vniuersalia Platonica si darentur, daretur quarta ars, seu scientia speculatiua. 1. meta. te. cō. 47.

Vniuersalia non sunt innata iterari, intellectum enim animalis non inuenitur magis vno. 1. metaphysic. commen. 49.

Vniuersalia Platonica si darētur ad quæ intellectus aspicit, sicut sensus aspicit ad sensibilia, & comprehensio sensibilium est naturalis in nobis, cum non acquiritur ex præexistenti cognitione, necesse esset, vt intellecta essent naturalia in nobis & non vt quędam sint naturalia, & quædam accepta per doctrinam. 1. meta. com. 49. Ex quo patet quantum deuiant a veritate illi, q̄ tenent ex mente Aristote. & Commen. Auer. nostrum scire esse reminisci, sicut posuit Plato. Vide cōtra opinionem istorū, etiam Auer. in paraphrasi super. 1. posteriorū. in commen. 2. in. 7. metaphysi. cōmen. 58. &. 6. physi. com. 59. & est contra Aristo. etiam. in fine secundi posteriorum, in illo capitulo. de principiis autem, vbi habet pro inconueniēti ꝙ habitus primorum principiorum, qui est adeo nobilis, & certior scientia, sit nobiscum congenitus, & lateat nos, & idem habetur hic in tex. com. 49. super 1. metaphy.

Vniuersalia Platonica si darētur ad quæ intellectus aspicit, sicut sensus ad sensibilia, sequeretur quod cæcus a natiuitate haberet scientiam de coloribus, & surdus a natiuitate posset habere scientiam de sonis. 1. Metaph. commen. 49. Ex quo patet contra illos qui dicunt oppositum ꝙ cæcus a natiuitate potest habere scientiam naturaliter de coloribus, vide etiam Philosophum 1. posteriorum. in illo capitu. Manifestum est quod distincte sensu, & in. 2. phy. tex. com. 6.

Vniuersale comprehendit res infinitas in potentia non in actu. 2. Metaphysico. commen. 13. idem 3. de anima. com. 19. &. 12. meta. commen. 14. &. 51.

Vniuersale & indiuiduum sunt duę naturæ, hoc enim est intellectum, illud vero sensibile. 3. metaphysic. commē. 10. idem Boetius. vniuersale est dum intelligitur, & singulare est quod sentitur.

Vniuersale esse non est dubium, sed dubium est quid sit natura eius. 3. meta. tex. com. 12.

Vniuersalia separata in rebus artificialibus, & accidentibus nullus potest ponere. 3. metaphysi. tex. commento. 12.

Vniuersalia sunt communia, quia sunt in pluribus. 3. metaphysicæ. commen. vlti.

Vniuersalia sunt priora secundum rationem, singularia autem secūdum sensum. quinto Metaphysic. in tex. commen. 16. in capitulo de priori. vniuersale est simile toti, quia continet particularia, sicut totum continet partes. 5. Metaph. tex.

tex. commen. 31. &. 1. physic. tex. commen. 4.

Vniuersale commune est quod aptum natum est in pluribus inesse. 7. Meta 45.

Vniuersalium diffinitiones habent aliquam dispositionem substantiarum existentium extra animam, & qualitatem accidentem eis. 7. Metaphy. commen. 46. inde colligitur vniuersale sumi dupliciter, pro prima & ꝑ secunda intētione.

Vniuersaliter existentium nihil vtique substantia est. 7. Metaphysic. tex. commen. 48. vbi expresse colligitur, quōd vniuersalia apud Aristotel. non sunt substantiæ rerum, sed sunt notiones, seu conceptus declarantes substantias rerum, sicut notauit Commentator etiam primo Metaphysico. commen. 45. vn de Aristote. istam quæstionem late examinat contra Platonem in 7. Metaphy. a tex. com. 44. vsq; ad tex. comm. 50.

Vniuersale est in capitu. ad aliquid, & substantiæ Socraticæ sunt de genere rerum per se existentium, & ideo vniuersale non est substantia separata. com. 48. Vide etiam ibidem. com. 57.

Vniuersale quod prędicatur in quid de re non significat eam, vt est in diuidua, sed vt est in ea natura similis naturæ, quæ est in quolibet indiuiduorum. 7. Metaphysicorū. commen. 48. Vide etiam. 12. metaphy. com. 4.

Vniuersaliter omnis natura congregata ex duabus naturis conuenientibus, necesse est, vt sit de natura cōponentium. 7. metaphysic. commento. 48.

Vniuersale nullum est separatum a singularibus. 7. Metaphy. tex. commento. 57.

Vniuersalia impossibile est, vt sint substantiæ rerum, quia vniuersalia rerum sunt communia, & nullum commune est substantia. 7. Metaphysico. tex. commen. 57. & tex. commen. 58. & hoc est quod notauit pulchre Commentator in 1. Meta. com. 45. idem. 9. meta. tex. commen. 6.

Vniuersale & particulare sunt ad aliquid. 7. Meta. com. 57.

Vniuersale & subiectum seu materia differunt, quia vniuersale prædicatur essentialiter de re, materia autem seu subiectum, non prædicatur nisi denominatiuè. 9. metaph. tex. com. 12.

Vniuersale nullum substantiam esse possibile est. 9. metaphysico. tex. commen. 6. & habetur in sermonibus de substantia & ente, id est in septimo Metaphysi. tex. commen. 44. & infra.

Vniuersalia apud Platonē sunt substantiæ abstractæ, & sunt principia substantiæ sensibilis. 12. Metaph. commen. 4.

Vniuersalia apud Aristotelem, sunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea consimilitudinem, & facit ea intentionem vnam. Plato autem ponebat vniuersalia extra animam existentia per se. 12. Metaphy. commen. 4 & 3. de anima. commen. 18. &. 1. de anima. com. 8.

Vniuersalia sunt priora in intellectu particularibus, quæ cum auferuntur, auferuntur particularia. 12. primæ philosophiæ. authoritate Alexandri. commento. 27. vide in contradictionibus nuper ęditis.

Vniuersum differens de omnibus dicat necesse est. Aristotel. in quinto de generatione animalium. capitulo vltimo.

Vniuersalia cum sint abstrahibilia a singularibus, & sint accidentia, quomodo poterũt notificare substantias rerum singularium, vide in solutionibus, in paraphrasi metaphysi. tracta. 2. ibi, sed hoc dubium facile soluitur.

Voluntas est appetitus rationi & deliberationi coniunctus. Alexander in paraphasi de anima. capitulo vltimo.

Voluntas non est extra cognitionẽ consimile. in. 12. primæ philosophiæ. com. 39.

Voluntas non postponit facere, qđ intendit, nisi propter essentiam alicuius in re intenta, quæ ante non erat. 8 phy. commen. 15. & nullus hoc fundamentum negare potest per rationem suam intrinsecam, sed extrinsecam. ibi.

Voluntatis nouæ, mouere quod sequitur a volente est nouum necessario, sed mouere quod sequitur voluntatem antiquam, est æternũ necessario. octauo physicor. commento. 15.

Voluntas appetitus est. 3. de anima. tex. comm. 50.

Voluntaria operatio non fit nisi cogitatione & volũtate. secundo colliget. capitu. 19. de iuuamen. membrorum anhelitus.

Voluntas est propter intellectum. 12. primæ philosophiæ. commento 36.

Voluntas est quoddam desiderium de duobus oppositis æqualiter dependens, & desiderium illud cessat quando desideratum, deductum est ad actum. Ex libro destructionum, disputatione. 1. in solutione. 2. dub.

Voluntas infinita de natura necessarium reputari potest. ibi.

Voluntas si esset in antiquo, nouũ ab antiquo prouenire posset. Ex libro destru. disputatio. 1. in solutione. 10. dub.

Voluntas quum fuerit ad inuenien dum aliquid in aliqua hora, necesse est. vt in ea fiat in illa hora in agente concupiscentia, quæ ante non erat octauo physicorum commento. 8.

Voluntarius motus non est impossibile, vt sit sine musculo contra Gal. 2. colli. ca. 18.

Voluntas æquiuoce reperitur incorruptibili, & in Deo, & abstractis. Ex disputation. 3. in solutione primi dub.

Volũtas est passio & mutatio in corruptibili. ibid.

Voluptates non sunt de dispositionibus necessariis in esse hominũ, neque de perfectionibus eorum, sed sunt consequentia ex necessitate materiæ Auerroes in prologo physic. quod ideo dixit quia, ex secundo physicorum, quædam sunt ex fine, & quædam ex materia, vt mors & corruptio, similiter homo non est propter voluntatem tanquam finem. sequitur igitur, vt sint ex materiæ necessitate, vnde Commentator, secundo physicorum. commento. 88. Illa enim inueniuntur in rebus naturalibus de necessitate, non propter aliquid, vt mors animalis, sunt propter materiam, & illa quæ inueniuntur in eis propter aliquid sunt propter formam, & diffõnem. cũ igitur

igitur voluptates corporis nõ sint hominis finis, neque perfectio, vt demonstratum est in scientia morali, non sunt igitur propter formam, relinquitur igitur, vt sint propter materiam, & illum locum pauci intellexerunt, vt poteris videre.

Voluptas alia est respectu præteriti, alia respectu præsentis, alia respectu futuri. septimo physicor. commento. 19.

Voluptas præteriti est per rememorationem futuri, per speciem præsentis, per sensum in actu. ibid.

Voluptatis causa est comprehensio. 12. metaphy. tex. commen. 39. vbi ponitur probatio a signo, quia sensus & vigilia, & intellectus sunt nobis delectabiles & voluptatem afferentes.

Voluptas intellectus nostri qui quãdoque est in potẽtia, & quandoq; in actu, differt a voluptate aliarum intelligentiarum, quæ semper actu intelligunt, quia nostra est ad tempus, & illarum est sempiterna. 12. meta. tex. com. 39.

Voluptati quę est in deo nulla opponitur tristitia. Commentator authoritate Alexandri, quia non consequitur passionem, cum compræhensioni eius non opponatur ignorantia. 12. metaphysicorum. commento. 39.

Volentem si poneremus aliquem vnum oppositorum ab æterno retinentem, remoueremus voluntatis dispositionem. ibid.

Volenti si duo similia ęqualia proponantur, nõ magis unum, quàm aliud eligeret, nisi aliquo modo dissimilia sint, & fuerit aliqua denominatio in vno, & non in alio, si enim omnimode similia forent, & non esset ibi causa inclinans, tunc voluntas respiceret ambo æqualiter, ex libro destructionum. disputatione prima. in solutione decimi dubij.

Volucrum alia penitus volant, vt aquila, alia membrana sicca, vt apes & scarabei, alia cute, vt vespertilio. 1. de histo. ca. 5.

Vox & locutio differunt, quælibet enim locutio data, est iis etiam & vox, sed non quibus vox, illis etiã locutio inest. Arist in. 4. de natura animalium. capit. 9. locutio etiam nõ perinde a natura est, sicut vox, vt ibidem habetur.

Vox est sonus animalis. 2. de anima. tex. com. 88.

Vox & sonus si indirectum semper progrederetur nemo seipsum loquentem audiret, nec etiam qui esset a tergo loquentis. Themi. 2. de anima capitu. 27. & est super text. commen. 80.

Vox elementorum, genus est & materia. 7. metaph. tex. com. 43.

Vox tum marium, tum fœminarũ immutatur, cum semen ferre incipiunt. 7. de natura animalium. capitu. primo. Vide causam in quarto de generatione animalium. capi. 8. vbi de lacte disserit.

Vox est exercitium pulmonis. 6. colliget. cap. 2.

Vox non est necessaria in esse nostro, sed est ad bene esse. 2. Colliget. cap. 19.

Vox est materia orationis. Aristoteles in quinto de generatione animalium. cap. 7.

Vox alia acuta, alia grauis. ibid.

Vox fœminarum, senum, ægrorum, est acutior vt plurimum vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ce marium, iuuenum, & ſanorum. ibidem. & vide ibi cauſam, vide etiam de voce fœminarum, quòd ſit acutior, vt plurimum. quinto de natura animalium. capitulo quarto.
Vox ex ſectibus teſtibus immutatur in animalibus. vide cauſam. quinto de generatione animaliũ. capitulo.7.
Voces proprię ſingulis animalibus ad initum, & venereum coitum accommodatę. Ariſt,in.4 de natura animalium.ca.9.
Vocalis arteria eſt organum reſpirationis.ex ſecundo de anima tex. commen.89.
Vocis eſſentia non eſt aliud niſi percuſſio aeris anhelati ad membrũ quod canna dicitur ab expulſione animæ imaginatiuæ voluntariæ, quæ eſt in iſtis membris. ſecundo de anima.commento.90. & elicitur ex tex.
Voci figuram ineſſe putari poteſt propter aerem qui in voce elidenda percutitur. Themiſti.2. de anima in expoſitione.tex. com.108. & in cap.37.
Vocis inſtrumentum appropriatũ eſſe epiglotum oſtenditur ſigno, quia cum inſufflamus epiglotum formatur vox ſimilis illius animalis.2.colliget.ca.19.
Vocis grauitas videtur eſſe naturæ generoſioris. Ariſt.in.5.de generatione animalium.capitulo ſeptimo. Et nota quòd hoc eſt ex opinione antiquorum, contra quos inuehit,vt notat ibi Ioannes Grãmaticus.
Vrinæ & ſeceſſiones & catarri,oma, ſeu cruda dicuntur,eo quòd non ſunt obtenta a caliditate.4. methe. tex.comm.22.
Vrinæ diſpoſitio ſignificat principaliter ſuper ępate & venis, ſecundario vero ſuper renibus & veſica.capitulo.21.
Vrſus animal omorum eſt, & cum tauro congreditur, & vide modũ. octauo de natura animalium.capitulo quinto.
Vrſus hieme conditur, ſed vtrum propter frigus,an alia de cauſa,ambigitur. 8. de natura animalium. capitulo.17.
Vrſa fętu grauida,vel a nemine, vel a pauciſſimis capta eſt, & tempore ſui latibuli hoc animal nihil edere certum eſt.octauo de natura. capitulo.17.
Vrſum latebra egreſſum aiunt Arum herbam dictam deguſtare, vt inteſtinum laxetur,& hiet. ibidẽ.
Vrticarum duo ſunt genera.4.de natura anima.ca.6.
Vrtica nulla excrementum habet: in hocq; eſt ſimilis ſtirpibus. ibid.
Vſus quo vtitur rhetorica & dialectica enthymemate & exemplo, alius eſt ab vſu, quo vtitur illis ars demonſtratiua. Auer. in prologo phyſi. vide quomodo hoc ſit intelligendum in ſecundo priorum. capit 23.& in 8.phyſico.commen. 33 & in. 2. phyſico. commen.80. Et animaduerte q̃ conſimilis differentia contingit de locis topicis, quia aliter vſitantur apud rhetores & aliter apud dialecticos, ſicut bene notauit Seuerinus Boetius in fine quarti libri de dẽtiis topicis.
Vſtibilia & inuſtibilia quæ ſint, require.quarto metheororum. text. commen.48.
Vſtibilium quædam ſunt inflammabilia,quædam vero non.ibid.

Vtentes

Vtentes hoc nomine ens pro principio,non perceperunt, niſi principium materiale tantum,& nõ formale.primo phy.com.7.& ſecundo phyſic.commen.9. Vide etiam 4.phyſ.com.primo,& tex.com.7. in quarto meta. & ſeptimo meta. com.8.& ſecundo de anima.
Vtrũ in corporibus ſimplicibus motor & res mota ſint idem,hoc indiget declaratione,non autem vtrũ ab intelligẽtia moueantur. 2.phy. commen.3.& ſeptimo phyſ.com. 2.& quarto phyſi.com.71. & octauo phyſ.32.& tertio cœli.28. & 4. cęli.22.24.& 25. & primo cęli.81. & 89.& 17. & quinto phy.18.
Vter inflatus plus trahit vacuo.4.cęli.tex.com.30.
Vtrum,particula,quando eſt interrogationis nota non quęritur,niſi de oppoſitis quæ ſimul eſſe nõ poſſunt.decimo metaphy.tex.cõ.17. Dixi quando eſt interrogationis nota,quia aliquando eſt nota ſolutionis apud Ariſt.pręſertim,& iſta eſt ſententia Ariſt. in.10.metaph. tex.cõmen.18.vbi dicit.ſemper in oppoſitis eſt interrogatio ipſius vtrum &c.
Vteri,ſeu vuluæ mulieris ſitus ẽ inter inteſtina & veſicã.1.de natura animalium.cap.vltimo.
Vuam albam cum ſoleat ferre vitis quam capnium vocant,ſi nigram tulit monſtrum id eſſe non putãt, quoniã ſæpiſſime id facere ſoleat, cauſa eſt q̃ ſua natura inter albã, & nigram eſt. Ariſt.in.4.de generatione animalium.cap.4.
Vulpes quũ partum ediderit,lingua lambendo refouet, & concoquit. 6.de natura animalium.cap.34.
Vuluę pars ĩterior loci,& vteras appellatur,vnde fratres vterinos dicimus,oſtium vero & ceruix matrix dr̃.3.de natura aĩalium.cap.1.
Vuluas aut vteros omnia aĩalia intꝰ habent, teſtes vero quædam intus, quædam vero extra. videcãm in 1.de gener.anim.cap.12.
Vulua attrahit ſemẽ,vel pp virtutẽ attractiuam exiſtẽtem in villo,vel pp caliditatem,vel pp vtranq; iſtarum ſimul.Auer.in 2.de generati. anim.cap.2.
Vulua an habeat virtutem immutatiuam,hoc indiget ſpeculatione,tamen virtus informatiua non põt dici q̃ ſit in vulua, quia non eſt ipſa, quæ creat membra embrionis, ſed verius forma quæ eſt in ſemine,in vulua aũt non eſt virtus immutatiua, niſi loco conſeruãtis cũ attingit aer ſperma, corrũpit eius complexionem.2. Col.cap.10.
Vultures nidificant in altiſſimis rupibus propterea,& ex ignoto orbe, aduenire Herodotꝰ Bryſſonis rhetoris pater opinatus eſt,& q̃ multi exercitum ſequentes repente apparent.6.de natura anim.capit.5.idẽ in 9.de natura animalium.
Vultures habent fortem viſum, ita q̃ dr̃ de eis q̃ ipſis exiſtentibus in damaſco, videbant morticina babyloniæ.3.Col.cap.38.
Vulgus non intelligit de non eſſe, niſi illud quod non comprehenditur viſu,octauo phyſicorum commento.4.
Vulgo non ſunt propalanda diuina. vnde laudanda eſt ſententia illius qui dixit, q̃ communicans vulgo ſecreta ſcientiæ, eſt ſicut tradens venenum quibuſdam corporibus.ex diſputatione ſexta, in ſolutione, ſexta.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De litera. X.

Xiloptoros est vermiculus a corrodendis lignis dictus, quem (vt Theodorus gaza) ligniperdi appelles. vide de eius generatione 5. de natura anim. cap. 32.

De littera. Y.

Ydeę Platonis nusquam sunt 3. ph. tex. cō. 25. Ydeæ nō prosunt nec ad scientiam, nec ad gñonē. 7. met. t. c. 20. vsq; ad tex. cō. 22. probatur ꝙ non prosunt ad scientiam, sed a tex. cō. 22. vsq; ad tex. cōm. 33. ostenditur ꝙ nō prosunt ad gñationē. vide ꝙ hoc Cō. in c. 20. 22, & in c. 33. alleg. Ydeas asserentes numeros illas esse inquiunt. 12 meta. tex. cō. 42.

Ydeam non contingit diffinire, singularium enim est idea, vt dicunt & separabilis est. 7. metaphysi. text. cōmen. 53.

Ydeas esse rationes separatas in intellectu creatoris opinatus est Plato, vt testatur Ammonius in 1. de anima. in expositione tex. 8. & Simplicius 1. cœli, & pro hoc vide primo cęli ipsum tex. cōmē. 19. & est opinio Ioannis grāmatici, & multi viri illustres, vt Bessario Cardinalis, & Boetius. ex latinis, in secūda editione libri de interpretatione ait, non esse differētiam in hoc, nec in aliis inter Arist. & Platonem nisi in verbis solum, vnde quod Aristo. viderit etiam tales rationes ideales esse in mente diuina. isto modo astruunt, quia Aristote. 12. metaphysi. tex. cōmen. 52. ꝙ duplex est ordo, vnus qui est in duce, alter qui est in exercitu, & ille qui est in exercitu est causatus ab illo qui est in duce. sic duplex est bonū vniuersi, vnum inuentum in ipso, & ordo duplex, aliud est in conditore. vbi aūt est ordo ibi est iudiciū. Amplius 7. primæ philosophiæ, te. commen. 23. dicit Aristo. ꝙ forma domus in materia fit a forma domus, sine materia, & sanitas in corpore infirmi fit a sanitate, quæ est in anima medici. Amplius Aristo. 3 de anima. tex. cō. 6. laudat antiquos qui posuerunt intellectum esse locum specierum, multo magis intellectus diuinus. Et confirmatur, quia Arist 3. metaph, habet ꝙ inconuenienti contra Empedoclē deum non cognoscere omnia, sed hoc non esset nisi haberet in se rationes ydeales omnium, & confirmatur authoritate Cōmen. in. 12. metaphy. cō. 37. vbi dicit. ꝙ opinio dicentium deum omnia intelligere, quodammodo est vera, & quodammodo non, nam sub rationibus singularibus quæ infinitæ sunt non est vera, sed bene sub rationibus specialibus. ita ergo cōcluditur, ꝙ quælibet species habet propriam ydeam in diuino intellectu. Et confirmatur authoritate Commentatoris. 12. meaaphysic. cōmen. 36. ubi habet, ꝙ forma habet duplex esse, materiale & abstractum. & hoc est ꝙ volūt dicere ponentes ydeas. Amplius Aristo. in 2. physi. de scribēs genus causæ formalis, asserit ipsam esse rationem & exemplar, sed causa exemplaris non est, nisi causa ydealis. Propter has & consimiles rationes voluerunt supradicti viri non esse discordiam

diam inter magistrum. scilicet Platonem & discipulum Aristotelem, nisi in verbis tantum, quia Aristoteles voluit vt ydea hominis homo diceretur, quia homines ex nominibus facile cū eorum phantasia concurrunt ad id, quod per nomen importatur, & consuetudo est vt homo significet hominem qui est in materia sensibili, vnde Aug. in lib. 83. quæstionum. q. 46. inquit. non est verisimile, aut nullos sapientes ante Platonem extitisse, aut formas quas Plato ideas nominauit non intellexisse, siquidem tanta vis in eis sita est, vt eis non intellectis sapiens quis esse non possit.

Dicimus nos esse hoc maxima admiratione dignum, si Arist. non discrepat nisi in verbis tantum, in positione ydearum, sed in solis vocibus, cur igitur in ipsa logica eas insectatur. dicit enim in lib. primo posteriorum ualeant ydeæ Platonis. Monstra enim sunt. cur in philosophia naturali, vt in 2. physico. tex. cōmen. 26. & primo cœli text. cōmen. 92. cur in scientia morali primo ethicorum. cap. 7. facit illam protestationem in illa quęstione de per se bono, quum dicit esse per difficilem ob amicos qui ydeas introduxerunt, & dicit ꝙ duobus amicis existentibus magis piū est veritatem in honore præferre, cur in primo & in 7. primæ Philosophiæ ostendit ydeas, neque propter scientiam, neque propter generationem esse necessarias? nunquid illa est dispositio de vocibus & non de rebus? o per uitā meam quomodo præclara ingenia alluci nātur in re clarissima, est enim processus ille de vocibus, an de rebus? discurrant quæso. & parumper considerēt si dispositio illa de vocibus vel de rebus, lucidissimus Themistius in primo de anima. capit. 20. scribit in altissimis præsertim philosophiæ quæstionibus, non ęquum est aliud dicere, aliud sentire. Manifestum autem est inter altissimas philosophiæ quæstiones esse illam de ydeis. altissimum enim inquit Porphyrius est huiusmodi negocium, & maioris indigens inquisitionis. Quapropter teneo Aristo. nedum vocibus, verumetiā intellectu dissentire. alioquin oportuisset ipsum soluere rationes, quæ de rebus ipsis procedunt. Et ideo pro solutione omnium authoritatum quas ipsi adducunt, scias formam habere duplex esse, materiale & abstractum, vt forma coloris in corpore materiali habet esse materiale, sed in sensu spirituale, quia in sensu est comprehensio, & in hoc est latitudo, quia nobilius esse habet in virtute imaginatiua, q̄ in sensu communi, & in cogitatiua q̄ in īmaginatiua & in memoratiua q̄ in cogitatiua, tertio de anima commen. 6. & in intellectu nostro adhuc est in altiori gradu, & in intelligentia luna adhuc altius, & ita gradatim ascendunt formarum perfectiones vsque ad formam formarum quæ est prima, & est diuina essētia īqua omnia vnitiue continentur & eminenter. 12. metaphysi. comm. 37. Est enim in supremo gradu vnitatis simplicitatis & nobilitatis, vnde deus est omnia entia nobiliori & diuini ori modo qui esse potest, & isto modo Philosophi dixerunt in diuina essentia vniri & contine-

Cap. 1.

ri

ri modo q̄ sint in propria forma, vnde ens per participationem continetur eminenter. i. nobiliori modo simpliciter quā sit in seipso, & quia licuit semper Philosophis in rebus arduis exemplis vti, vt testatur Cōmentator in fine primi physico. commen 82. & in 3. de anima. in cōmento. 14. propterea imaginari ꝙ sicut habens aureum dicitur habere marcellum & soldū, & ereum bolum, & nobiliori modo præcium & valor talium possidetur in forma aurei q̄ si possiderē tur in forma propria. sic diuinus intellectus solam diuinam essentiā intuitiue intelligendo, dicitur omnia entia intelligere diuiniori modo, q̄ si eadem in formalibus & propriis earum rationibus attingeret, & est modus qui non potest attingi ab aliquo alio intellectu, vt bene dicit Cōmen. in libro destructionum, & ista est Aristotel. sententia, & hoc est quod dicit Commentator quòd omnes formæ sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore, quia sunt in virtute actiua eius in qua continetur in supræmo gradu vnitatis, simplicitatis, & nobilitatis, & istæ sunt ideæ quas comminiscebatur Plato & 12. metaph. commento 36. Forma habet duplex esse, materiale & abstractum. & hoc est ꝙ volunt dicere ponentes ydeas, sed non perueniunt ad hoc. Vide igitur magnam esse differentiam inter Aristot. & Platonem, dato ꝙ Plato posuisset istas ydeas ī intellectu diuino, quia Plato posuit ydeas sub formalibus & distinctis rationibus in diuino intellectu, & Theologi nostri hoc asseuerant, vnde Diuus Augustinus dicit alia ratione conditus est equus, & alia ratione conditus est homo, in libro. 83. quæstionum. quæstione. 46. Sed hoc non vidit Aristot. nec eius sequaces, sed voluerunt nullum aliud esse intellectum a diuino intellectu, nisi suam essentiam modo prædicto, quia ibi non est aliqua multitudo, nec secū dum rem, nec secūdum rationem, & ꝙ ista fuerit opinio Aristotel. ex intentione Auerro. ostenditur manifeste ex verbis eius in paraphrasi metaphysicę tractat. 2. vbi dicit, ꝙ licet in artificialibus est magis manifestum, omne quod generatur, generatur a sibi simili, quia forma sanitatis in corpore fit a forma sanitatis in anima medici, & domus forma in materia fit a forma domus sine materia, quæ est in anima ædificatoris, vt dicitur in 7. primæ philosophiæ. subdit ꝙ in naturalibus etiam rebus res, ita se videtur habere, ꝙ earum principia vltima fit conceptio per intellectum. Aliter enim vnde euenit eis ꝙ sunt ex sui natura aptę vt intelligantur a nobis, nam hoc est sibi quid essentiale & inherens naturæ earum, id autem ꝙ est essentiale alicui, peruenit quidem ipsi enti a causa efficiente de necessitate, nihil autem datur quo sensibile euadat intelligibile in potentia & quod de sui natura est vt intelligatur nisi eius generatio fiat ex intellectuali apprehensione, licet suum esse sensibile sit conceptum a suis principiis sensibilibus, quemadmodum in artificialibus contingit, nam accidit rebus per artem confectis ꝙ intelligantur ab illo, qui non operatur eas

eas, propterea quia sunt ordinatę ab intellectu qui est ipsa forma existens in anima artificis. aliter. n. essent intellectæ per accidens, & similiter res se habet in natura & in rebus naturalibus'. Hinc apparet generatim ꝙ dantur formæ separatę, quæ sunt causa ob quam ipsa substantia sensibilis est intelligibilis, præstant autem ipsi sensibili formam substantialem qua fit intelligibile potentia per ipsam naturam, & per corpora cœlestia, & tales formæ sunt formæ corporum cœlestium, & hoc est ꝙ quærebāt ponentes ydeas, sed non peruenerunt ad illud & consimilem sententiam vt dixi habetur. 12. metaphysicæ. commen. 18. prope finem.

Amplius Commentator in eodem. secundo tracta. in paraphrasi ibi Themistius reddit rationem pro Platone, vbi recitat quòd ideæ sunt necessariæ propter generationem animalium & plantarum, spōte nascentium, quibusdam interpositis, scribit, in quibusdam tamen entibus existimari potest, ꝙ necessitas cogit ponere formas separatas in generatione induidui, vt in animali non gignitiuo, in quibusdā tamen non videtur hoc necessarium, neque videtur ꝙ indigeant ipso inquantum sunt generabilia. veruntamen si considerentur formæ generatę inquantū accidit eis ꝙ sint intelligibiles, & tandem habentes ordinem, apparebit necessarium ponere vel intromittere hanc formam cunctis rebus, vt prius diximus: sed huiusmodi principium alio modo se habet qùam ponit' a ponentibus ydeas, dicebant enim quòd intelligibile ipsius equi, & eius quidditas, vt est in materia, est idem extra materiam, & sic sequitur necessario, vt sit & detur equus hinnibilis sine materia & ignis comburens, & si sic intelligunt, errant omnino. & si ipsi velint de esse rerum separatarum id quod Aristote. intendit vt existimauit eorum fautor, scilicet Themistius, errauerunt, tandem quia transtulerunt dicta scientifica in dicta poetica, quæ non sunt vera, & sunt ad docendum populum. vbi clare patet secundum mētem Auerr. Aristo. res generabiles ratione qua sunt generabiles & sensibiles non indigere, vt ficagente separato, quia generans apud Aristote. necessario est corpus aut virtus in corpore, vt dicit hic Cōmentator & in 7. metaphysi. commen. 31. & idem est agens ꝙ transmutat materiam, & ꝙ inducit formam, Sed si considerentur res generabiles & sensibiles, pro quanto sunt intelligibiles in potentia, quia ex sui natura habent aptitudinem vt intelligantur, & tandem vt habent ordinem, quia ordo iste in sensibilibus generabilibus esse non potest a principio, ex quo sortiuntur sensibilitatem, & est materia, quia illla est causa inordinationis, oportet ex hoc ꝙ iste ordo dependeat tanquàm a primordiali principio ab agente separato, & est primum principium a quo cœlū & tota natura dependet. 12. metaphysicæ. text. commen. 38. &. 52. vbi ostenditur quòd ordo vniuersi est sicut ordo in exercitu, qui causatur, & dependet ab ordine in duce, & bonum eius est a bonitate ducis, & sub ista ratione bene generabilia

bilia omnia, & cum semine & sine semine, immo omnia quæ sunt indigent isto agente separato, quod sui virtute continet & influit esse intelligibilitatem & ordinem omnibus. Sed platonici, quia ipsi videntur, aut hoc intellexisse quod intellexit Aristote. vt dicit Themi. & omnes fere posteriores expositores, vt Antonius, Philoponus. Simplicius, & id genus, & tunc plato peccat, quia in scientia demonstratiua & speculatiua non debemus vti metaphoris, vnde ex hoc quód equus est in virtute actiua dei, modo prædicto, non propterea illa virtus debet equꝰ appellari, aut asinus, Si autem ipsi intelligunt ꝙ quidditas equi in materia est eadē cum quidditate equi intelligibili separata, tunc est error clarus, quia daretur equus sine materia, & ideo qūocunque intelligant Platonici & defensores Platonis, non possunt euadere ab inconuenientibus, sed vt dixi videtur mihi ꝙ Aristo. impugnet ipsos in re, & non in sermone tantum.

